I
00326

Lucanus
Pharsalia
cum co
Sulpitii Verulani
et Omniboni
Leoniceni

12-3-5

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS DIGITALES

326

326

226

29-1-14.

Del siglo 15.

2 - 12 - 3 - 4

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

00326

Bl7600712

¶ Lucanus Cum Duobus Commentis.

Cum Gratia & Previlegio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Ad Ampliſſimum ac Optimum Patrem & Dominum.D.Antoniotũ Gentilem Palauicinum Sanctæ Romanæ eccleſiæ Tituli Sanctæ anaſtaſiæ præſbiterum ;Cardinalem digniſſimum Io . Sulpitii Verulani Interpretationem: Lucani præfatio.

T ſi multo ante Pater Ampliſſime:ꝗ Tuæ te uirtutes ad cardineam purpuram euexiſſent:mearum
e aliquid locubrationũ tibi ut de me optime merito dicare ſtatueram.Tamẽ ut felix ille dies illuxit:
quo patribus non ſolú approbantibus: ſed exoptantibus a Summo Pontifice in eũ ordinẽ es aſci
tus:cogitare mecú intentiſſime cœpi. Quodnã munus eo tempore tibi tam fortunato deditiſſimus ego
poſſem afferre.Volebã eni omnino eũ munere:ueluti parthorũ regẽ ſalutaturus accedere.Sed cum neq;
gemmas:nec aurũ.nec aulea:nec purpurã:nec multas:aut deſultores.nec fabrefacta uaſa:quibus omnibus
te abundare ſciebam:me habere conſpicerẽ.Sciréq; potius ingenii te uocalibus monumentis:quæ nomi
nis claritatẽ ad poſteros prorogant ꝗ mutis diuitiis delectari.Ad diuerſos meorũ laborũ faſciculos men
tem conuerti.Cunq; hinc epigrammatũ hinc poematũ aliorũ uolumina:hinc ſoluti pedis epiſtolæ & ora
tiones:hinc in poetas complures:& in Ciceronẽ cõmentarii plurimi ſe mihi offerrent nihil eorum uiſum
eſt uel præſtantius:uel oportunius his quos tunc in Lucanũ elaborabam.Sed cũ imperfectas non deceret
afferre ueni ut ſcis:tuæ illas dignationi pollicens:reꝝ omniũ uacuis:ſed multũ gaudio fide obſeruantiaq;
honuſtus.Quo me uultu:qua humanitate:quibus uerbis: & tunc & alias ſemper exceperis atq; dimiſeris:
quid opus eſt dicam:poſt illud equidem non conquieui donec librũ ad calcem perducerem:perduxi.eũq;
ſincera fide perfectũ ut cernis nunc affero.Vt quicquid Lucubrationis in facundiſſimi poetæ ſenſibus eno
tandis:aperienda hiſtoria:fabulis explicandis:orationũ artificio demonſtrando omnigena doctrina qua
totus refertus eſt oſtendenda:& totius operis ſingulorũq; libroꝝ argumentis ſcribendis impendi:id totũ
in lucem:ad tui decus nominis:meæq; gratitudinis teſtimoniũ prodeat.Nec ſolũ Hieronymo & philippo
fratris tui filiis tradas.Sed etiam ad omniũ illius poetæ ſtudioſorũ commoditatem:& in primis hiſpano
rũ quorũ habes innumeras clientelas in uulgus impreſſum emittas.Erit enim non parũ populare : ſi tanꝗ
per tuas manus Cordubenſis poetæ fidam hiſpania interpretationem acceperit.Valebitq; non modo ad
omniũ ex uetuſta & Illuſtri Gentiliũ palauicinorũ familia claritatem.Quod quidem cũ iis de cauſis:tũ ma
xime ut profis quãplurimis:perlibenter te facturũ exiſtimo.Eo enim ingenio iiſq; moribus te præditũ no
ui:ut cũ ſis Innocentia clarus:quæ ſolertii iuncta prudentiæ & modeſtiæ ſingulari ſemper ſe Diuo Innocẽ
tio chariſſimũ reddidit:multum operæ:Curæ:uigilantiæ:conſiliorũ & facultatum:ad cuiuſq; nationis ho
mines iuuandos impendas.A quibus & ſi meritas laudes conſequeris: Nemo eſt enim qui religione pieta
te fide gratia benignitate & humanitate præſtantiſſimũ te eſſe nõ prædicet:Clementia Continentia & hu
manitate quibuſlibet egregiis æquet.Animi Celſitudine atq; Conſtantia tam egregiũ:ut laudatiſſimos an
tecellas:Tamen cũ hoc ſit futurũ tam in hiſpanos ꝗ litteratos.omnes numeris ui multo quidem pulchrius
erit & fructoſius:Omnis enim beneficentia quo in plures effunditur eo præclarior eſſe ſolet & gratior.ſed
illuſtrant maiori quodam lumine de ſe benemeritos litterati:Efficiturq; in horũ ore cuiuſcunq; gloria ne
ſcio quo modo amplior.Ad quam nimirũ conſequendam ꝗuis omnes alicuius ingenii ſe ſolent erigere
Tamen quo ſunt præſtantioris eo magis illius ſtudioſi ac auidi eſſe debent.Illos autem gloriam flagrãtis
ſi me & uere expetere cernimus:qui res a quibus hæc emanat efficiunt.Emanat aũt a benefactis:quibus li
cet ipſa uirtute & conſequentia noſtra cõtenti aquieſcere ualeamus:Tamen dulcis eſt celebritas nominiſ.
Quod ut dilacerari & contaminari pati non poſſumus ſic ut perſtet & uigeat eſt adnitendum.Generoſa
enim uirtus & ſi ſe ipſam ſui premium putat:nec humana munera reſpicit.quia ſperat diuina.Tamen ſi il
la etiam uelut per ocium conſequatur:nitidior certe erit:& ſua rem ſolertia feciſſe dignam uidetur.ſed de
his hactenus:Nunc ad Vatem quem enarrauimus me conuertam.Qualiſq; ſit & in quo a Virgilio poeta
ſummo differat explicabo.Lucanus non minus oratoribus ꝗ poetis fabii iudicio imitandus cum puram
hiſto riæ fidem ſequatur:etiam hiſtorici ſuſtinere perſonam uidetur.ſingulorum enim pariter officio ſun
gitur.Quippe ardens concitatus:ſententiiſq; clariſſimus:modeſta figmenta & concinnas habet euagatio
nes.Eſtq; in concionibus artificioſus abundans uirilis & cultus.In cæteris uero grauis:copioſus:amplus:
terſus:mira eruditione & rerum uarietate perfuſus.Tantaq; carminis maieſtate conſilia rationes: geſtaq;
explicat ut hæc ipſa non legere:ſed cernere uideatis.Bella uero & conflictus nõ narrari.ſed geri:Vrbes tre
pidare:acies concurrere:& militum ardorem terroréq; te putes aſpicere. Cunq; ſit in deſcriptionibus fre
quens & locuples.In rerum perſcrutanda natura:exprimendiſq; affectibus perſpicax:in moribus iudican
dis argutus:Atq; in omni oſtentanda doctrina uerſatilis:quẽ Coſmographũ:quẽ aſtrologum aut mathe
maticũ aut philoſophũ dum eũ legimus deſideramus.Quis eni de rebus in quas incidit:aut affectat ſubti
lius & accuratius differit.Magnus profecto ẽ Maro:Magnus Lucanus:Adeoq; prope par:ut qui ſit maior
poſſis ambigere:Summis eni uterq; eſt laudibus eloquentiæ emulatus Diues eſt & magnificus Maro:hic
ſumptuoſus & ſplendidus.Ille maturus ſablimis abundans:hic uehemens Canorus effuſus.Ille uenerabi
lius pontificio more quadã cũ religione uidetur incedere:hic cũ terrore cõcitatius imperatorio.Ille cura
& diligentia cultus:hic natura & ſtudio perpolitus.Ille ſuauitate & dulcedine animos capit:Hic ardore &
ſpiritu complet.Virg.nitidus beatus compoſitus:Lucanus uarius floridus aptus.Ille fortioribus telis pu
gnare uidetur:hic pluribus.Ille plus roboris habere:hic plus terroris & acrimoniæ.Illũ grandi tuba uti &
horriſona dixeris:hunc fere pari ſed clariori.Tanta deniq; eſt huic cũ illo affinitas & in diuerſitate pſtãtia
ut cũ ad illã Maronis diuinitatẽ acceſſerit nemo:Tamẽ niſi ille priorẽ locũ apud nos occupaſſet hic poſ
ſideret.Vale iã Reuerẽtia digniſſime Dñe: & Mancipolũ tuũ ſolito patrocinio & amore pſeq ne grauere.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Lucani Vita a. Io. Sulpitio congeſta fideliter.

m

Arcum Anneum Lucanum Gaia Acilia Acilii Lucani oratoris filia ex Anneo Mela Senece Stoici fratre equite ro. peperit cordubæ tertio nonas nouembres. C. Cæſare germanico iterum & L. Ceſiano Cons. Octo menſium infans Romam a patre aduectus eſt. Ibiq; patemone grammatico Virginio flauio rhetore & Cornuto Poeta ac philoſopho præceptoribus uſus eſt una cum Saleio baſſo & A. Perſio quos præcipuo amore dilexit. Cumq; Neroni quem adoleſcentem patruus inſtituebat eſſet non iniucundus ante annos queſtor eſt factus: & munus gladiatorium edidit. Inde cunctis ſuffragiis in auguratus ſacerdotium aſcitus eſt. Vxorem habuit Pollam Argentariam Pollii argentarii filiam: nobilem ditem & eruditam. In neronis odium cupiditate oſtentandi ingenii incidit. Nam cum ille per Clinium Ruffum Nioben in theatro Pompeii pronunciaturum ſe indixiſſet: Lucanus Orpheum extempore decantauit. Coronamq; a iudicibus reportauit. Poſt illud famam Carminum eius præmente Nerone quieum publicæ recitare & oſtentare carmina prohibuerat: Piſonianæ coniurationi adhæſit Accuſatuſq; & tortus Matrem indicauit impunitate promiſſa ut Tacituus ait. Mox mori iuſſus calida aqua immerſus uenas medico prbæuit. Profluēte ſanguine ubi frigere pedes manuſq; & paulatim ab extremis cedere ſpiritum ſentit feruido adhuc & compote mentis pectore hos uerſus ex libro tertio enunciauit. Scinditur auulſus nec ſicut uulnere ſanguis Emicuit lentus ruptis cadit undiq; uenis Diſcurſuſq; anime diuerſa in membra meantis interceptus aquis nullius uita perempti eſt tanta dimiſſa uia: Hæc illi ſumma uox fuit. Deceſſit autem pridie calendas maii: Nerua Syllano & Attico Veſtino cons. Cum conſul deſignatus cum Plaucio laterano eſſet. Vitæ uero anno ſeptimo & uiceſimo Sepultus eſt in horis ſuis quos pulcherrimos habuit. Hæc de eo. Inſcriptio uetus & marmorea in Diui Pauli templo Romæ conſpicitur. M. Anneo Lucano Cordubenſi poetæ beneficio Neronis Cæſaris fame ſeruata: Scripſit pene puer ut Papinius docet Certamen Hectoris: & achillis cum cadaueris hectorei redemptione: fabulam orphei inferos adeuntis. Incēdium urbis. Lauream & laudes uxoris: declamauit etiam & cauſas orauit. Poſtremo loco pharſaliam ardenti animo eſt aggreſſus. ſed non perfecit: Primos tres libros adiuuante uxore correxit. Septem reliquos ſi uixiſſet emendaturus. In iis ordinē ſequitur quo res geſtæ ſunt. mens eius eſſe commēdare immortalitati & ciuilia bella diſſuadere: pharſaliam autem inſcripſit a pharſalo theſſaliæ oppido in cuius campis pompeius a Cæſare eſt ſuperatus.

Hiſtoriæ Argumentum ab eodem Sulpitio.

c

Vm prouinciæ Conſulares hiſpaniæ Pompeio Craſſo Syria & partichum bellum: Cæſari Gallia Gærmaniaq; datæ eſſent: Craſſuſq; periiſſet: & Cæſari in alterum luſtrum prorogata eſſet poteſtas Decretuſq; a decem tribubus Conſolatus: & pompeius Iulia uxore iam defuncta ſuſpectas haberet Cæſaris opes. Marcellus Cons. de Cæſaris ſucceſſione agere cœpit. Hic uero pacata iam intra nouem annos uniuerſa prouincia non abnuebat modo in proximis comitiis ſui abſentis ratio haberetur: ſed aduerſantibus pompeianis decretum eſt ut dimiſſo exercitu ueniret & peteret more maiorum. Ille niſi & pōpeius ab armis cederet & niſi decretis ſtaretur ſe non dimiſſurum reſpondens pro hoſte habetur. Iratuſq; iis prouinciam cum exercitu Romam uerſus egreditur. Tantumq; terroris urbi incutit: ut pom. cum ſenatu Capuam: & inde Brūduſium fugerit. Ibi obſeſſus a Cæſare uix euadit in græciam Cæſar Romam reuerſus ærarium direptum ſuis militibus diuidit. poſt Maſſiliam oppugnatus petreium & Afranium pompeianarum duces partium in hiſpania ſuperauit. Inde Romam poſt i Aemathiam uenit. Ibi deuictus pompeius in ægyptum fugit ad ptolemæum: cuius iuſſu ſpectante Cornelia coniuge & altero filio eſt interemptus. Alter enim in lybiam cum Catone & reliquis exercituum ad Iubam regem confugerat. Mox Cæſar ægyptum adiens biennium ibi conſumpſit & pharnacem ſuperauit. Inde in lybiam nauigans ſcipionē uincit: & Iubā ad mortē compellit Cato ipſe ſibi mortē conſciſcit pompeii filii Mundā ſe cōferunt ibiq; a Cæſare expuguantur: Gneuſq; etiam interficitur. ſextus ſe in ſiciliam recipit poſt hæc Cæſare Romā reuertitur triumphatq; quinquies. hic finis huius bellis ciuilis fuit: quod ſecutū eſt aliud ſub Auguſto.

Io. Britannicus brixianus Hieronymo aduocato. Ambroſii Iuriſconſulti. F. Salutem

On poſſū noſtris temporibꝰ Hieronyme aduocate mirūimmodū nō gratulari priſca. n. illa uideor uidere ſæcula. quibꝰ eo in culmine cū græcarū tū latinarū litterarū ſtudia fuere ut ad utriuſq; orationis facultatē deſiderari haud quicquā poſſet. perſpicuū. n. nobis eſt hæc noſtris ſtudia quæ penitus iā tre cētis: aut pluſ eo (ut arbitror) ānis ſiue tēpoꝝ iniqtate. ſiue hoium incuria & negligētia extincta erāt. iā ætate noſtra ita reluxiſſe. ut noſtri homines priſcis illis ad æquari fere poſſint. Scimꝰ. n. illos in ſcribendo immortalē quidē gloriā ſibi peperiſſe & laudē. Diuinū. n. quoddā potiꝰ q̄ humanū ingeniū ſcriptis ſuis oſtenderunt. Noſtra uero ætate ea proferunt hominū ingenia. quæ tantū ipſa laudis intelligendo. quantū illi ſcribendo promeruiſſe ualuerunt. Minorē. n. ego uirtutē cenſendā nō puto. cū poetarū qui diuino quodā ore & pectore carmina effundunt: mentē & ſenſū intelligas. idq; tibi liceat aperire: ꝙ ipſi plerūq; ad ingenii ſui magnitudinē oſtendendā obſcurū eſſe uoluerunt: & uix cuiquā præter (ut aiunt) muſas & Apollinē intelligibile. Quapropter qui in interpretandis poetis ad comunē omniū utilitatē. cū ex his omne genus ſcientie (ut noſti) colligat uerſati ſunt de republica litteraria bene meriti ſine controuerſia ſunt cenſendi. eorūq; induſtriā & laborē. qui nō laudet. admiret & magnifaciat. inuidiæ ſuſpenſione haud q̄q̄ carere debet. Quid. n. turpius q̄ uniuerſis bene conſulentē detractione & calumniis inſectari. & illius famā uelle extinguere: qui multis uigiliis & laboribus aliis potius q̄ ſibi prodeſſe ſtudet. in quo quidē genere ſi quiſpiā merito laudandus eſt Ioannē Taberiū conterraneū noſtrū. qui (ut ſcis) in hac noſtra urbe florentiſſima cū græcis tū latinis litteris ornatiſſimis & habet & prædicat: extollendū iudico. is. n. cū eos commentarios in Pharſaliā Lucani qui falſo Omniboni Vincentini titulo inſcripti circunferebant: tā manifeſtis ineptiis & mendis refertos animaduerteret. ut unicuiq; haud arduū eſſet dignoſcere a grauiſſimo illo litteratiſſimo uiro conſcriptos nō fuiſſe operis cū ut amicis & litteratis iuuenibus tū ut impreſſoribus qui id q̄ emendatiſſimū ſummo opere hr̄e ſtuduerunt ſatiſfaceret: correctionē tanto ſtudio ſuſcepit. induſtria labore & fide. ut plus certe q̄ mille locis opus emendauerit. Tantūq; ex ſuo ingenio. quo plurimū ualet & addiderit & ademerit. ut iā Lucanus pueris et iā rudibus intellectu facilis ſit. Nihil. n. ꝙ ad hiſtoriā ad fabulas ad geographiā ad aſtrologiā ad artē deniq; ipſā pertinet in eo deſyderandū inuenias: Nec mihi quidē dubiū eſt. quin his uigiliis ſuis Ioannes Taberius ſi minus apud præſentes. qui plærūq; uitio malignitatis humanæ uiuentiū ſcripta: & ſi lectionis cibus ſapiat. ueluti faſtidio quodā ſenili deguſtant & legunt apud poſteros immortalē ſibi & gratiā & nomē ſit conſecuturus. Hæc autē ut ad te ſcriberē Hieronyme Aduocate duo quidē illa impulere potiſſimū: alterū ꝙ ſcribā pro ea beniuolentia quia in Ioannē Taberiū (ut es a natura optimus & benignus) ſemper contuliſti eius ſcripta & laboro tibi iucundos & gratos fore. Es. n. tu is qui inter cæteros excellentis ingenii uiros. quorū haud paruus in urbe noſtra eſt prouētus. uirtutē colis: magnifacis. amplecteris. Nihil. n. tibi dulcius eſt: nihil ſuauius: nihil deniq; iucundius q̄ in his noſtris ſtudiis uerſari quorū (ꝙ mihi aliorū pace dixiſſe liceat) iā primā arcē poſſidere mihi uideris. iā omnes qui cū litteris commertiū habent ingentes gratias tibi agant neceſſe eſt. Feciſti. n. tua induſtria: ſtudio & labore ut Victruuius de architectura qui iā tot ſæculis in lucē caput ſuū proferre nō audebat: ꝙ ex omni parte mancū: lacerū mutilatū ſe ſentiebat: nunc politus: purus integer huc & illuc geſtat meare omnibus gratus excipiat. Alterū ꝙ tanta te obſeruantia proſequor. ut omnes meos labores induſtriā: & me ipſū ſtatuerim tibi dicatū eſſe debere. Nā inter cætera & corporis & fortunæ bonaq; illuſtria & ampliſſima habes unū illud eſt ꝙ me tibi incredibili quodā amore contingit: ꝙ ea te animi excellentia eē cognoſco: & magnitudine ut nihil fere nunquā niſi de uirtute aut loquaris aut cogites. Idq; tibi ſtatutū ſit uirtutē more ſtoico ſolū bonū dicendū eſſe. Ex quo fit. ut qui te nouerit plurimū te diligat: plurimū te obſeruet. Sed hæc hactenus. Illud a te dumtaxat penitus: ut Britannicū tui ſtudioſiſſimū diligas: ames & cōplectaris. Vale.

M. Annei Lucani uita ex commentario antiquiſſimo.

Arcꝰ Anneꝰ Lucanꝰ patrē habuit. M. Anneū Melā ex ꝓuincia Bætica hiſpāiæ interioris cordubēſē eqtē Romanū. illuſtrē inter ſuos. notū Rōæ & ꝓpter ſenecā fratrē clarū poēs uirtutes uirū & ꝓpter ſtudiū uitæ qetioris: ꝙ ſeqns magis a turba recedebat: minꝰ latebat. Matrē hūit & religiōis eiuſdē & urbis Acilā noie Acilii Lucāi filiā oratoris opæ apud ꝓcōſules freqntis. & apud clariſſimos uiros nōnulliꝰ in gēii. adeo nō im ꝓbādꝰ ut in ſcriptis aliqbꝰ hodieq; duret eiꝰ mēoria: cuiꝰ cognomē huic inditū apparet. Natꝰ eſt. iii. nōas nouēbres. C. Cæſare Auguſto Germāico. ii. L. primo Cæſiāo cōs. ſed in pria ſua nō ualuit educati. fatoꝝ (credo) decretis ut id ingēiū ꝙ orbē fama ſui impletuꝝ creſceret. in dōina mūdi alereť urbe. Octauū. n. mēſē agēs Romā trāſlatꝰ eſt ac ne diſpar euētꝰ in eo narrareť eiꝰ q in Heſiodo refert cū opinio tūc nō diſſimulis māeret cūas infātis qbꝰ ferebať apes circūualarūt oſq; inſidere cōplures aut dulcē iā tū ſpiritū eiꝰ inhauriētes: aut fœcūdū & qlē nūc exiſtimamꝰ futurū ſignificātes ꝑceptoribꝰ tūc eminētiſſimis eſt eruditꝰ: eoſq; intra breue tpis ſpaciū ingēio adeqūit. Vna uero ſtudētes ſupauit ꝓfectibꝰ: declamauit & græce & latine cū magna admiratiōe audiētiæ ob ꝙ puerili mutato in ſēatoriū cultū & in notiā Cæſaris Nerōis facile puēit. & honore uix dū ætate debito dignꝰ iudicatꝰ eſt Geſſit aūt q̄ſturā in q̄ cū collegis more tūc uiſitato munꝰ gladiatoꝝ edidit ſecūdo populi fauore ſacerdotiū ēt accepit auguratꝰ. Eqdē hactenꝰ tpa hūit ſecūda. Quæ āt ſequūť mutata inuidia & odio Nerōis ipi exitiū: dōeſticis luctū miſerabilē attulerūt. Inter amicos. n. Cæſaris: ꝙ tā cōſpicuꝰ fieret ꝓfectꝰ in poetica freqnter offēgebať. Quippe & certāine pētaterico acto in pōpeii theatro laureis recitāte Nerōe fuerat corōatꝰ & ex tpe orphea ſcriptū in experimentū ingenii ediderat: & tres libros quales uidemus. Quare inimicū ſibi fecit imperatorē. quo ambitioſe imitante nō hoium tantū: ſed &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

artiũ ſibi principatũ uetidicante:interdictũ eſt ei poetica:interdictũ eſt etiã cauſaꝝ actionib⁹:Hoc factũ Cæſa
ris iuuenili æſtimans animi calore.ſperanſq; ultionẽ.a coniuratis in cædẽ Neronis ſocius aſſumptus eſt ſed
paꝝ fauſte.Deceptus eſt enim.a Piſone & conſularibus:aliiſq; prætura perfunctis illuſtribus uiris.Dũ uindi
ctã expetit in mortẽ irruit:nã ſua ſponte coactus uita excedere:uenas ſibi prædicit. periitq; pridie Calendas
maias.Attico Veſtino & nerua Syllano cõ.xxvii.ætatis annũ agens:nõ ſine iactura utilitatis.cũ patriæ.quæ
tanta immature ammiſit indolẽ.tũ ſtudioꝝ quoq;.Reliqui enim.vii.belli ciuilis libri locũ calumniantibus
tanquã mendoſi nõ darent:qui tametſi ſub uero crimine nõ egent patrocinio.in eiſdẽ dici quod in Ouidii
libris præſcribit:poteſt.Emendaturus ſi licuiſſet erat.extant eius & alii complures.ut illa conſaturnalia. Ca
taſcomõ.ſyluaꝝ.x.Tragœdia media imperfecta.ſalticæ fabulæ.xiiii.& hippamata proſa oratione in Octa/
uiũ ſagittẽ.& pro eo de incendio urbis. epiſtolaꝝ ex campania nõ faſtidiẽdi quidẽ omnes:tales tamẽ ut bel
li ciuilis uideat acceſſio.

Ex dimidiato codice particula ad poetæ huius uitam pertinens ſumpta.

Rrima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine deinde ciuile bellũ
quod cũ pompeio & Cæſare geſtũ eſt:recitauit.ut præfactione quadã ætatẽ & initia ſua cũ Virgilio
comparans auſus ſit dicere : & quantũ mihi reſtat ad Culicẽ . Hic initio adoleſcentiæ cũ ob infeſtũ
matrimoniũ patrẽ ſuũ agere longiſſime cognouiſſet.reuocatus Athenis a Nerone cohortiq; amicoꝝ addi
tus:atq; etiã quæſtura honeratus.nõ tamẽ permanſit in gratia ſi quidẽ ægre ferens recitantes:ſubito ac nulla
niſi refrigerandi ſui cauſa indicta:ſenatu cũ receſſiſſet. neq; uerbis aduerſus principẽ . neq; factis extantibus
poſt hæc temperauit:adeo ut quondã latrinis publicis clamore cũ ſtrepitu uentris emiſſo emiſtichiũ Nero
nis magna confeſſoꝝ facta pronunciarit.Sub terris tenuiſſe putes.ſed & famoſo carmine cũ ipſũ:tũ poten/
tiſſimos amicoꝝ:grauiſſime proſcidit.ad extremũ pene ſignifer Piſonianæ coniurationis extitit multus in
gloria tyrannicidaꝝ palã prædicanda.ac plenus minaꝝ uſq; eo intemperans:ut Cæſaris caput proximo cui
q; iactaret ueꝝ detecta coniuratione ne quaquã animi conſtantiã præſtitit facile enim confeſſus & ad humi/
limas deuolutus preces matrẽ quoq; innoxiã inter ſocios nominauit ſperans impietate ſibi apud principẽ
profuturã.impetrato autẽ mortis arbitrio libero.codicillos ad patrẽ corrigendos quibuſdã uerſibus exara/
uit.epulatuſq; largiter brachia ad ſecandas uenas præbuit medico.

Pomponii Infortunati.M. Annei Lucani Vita.

Arcus Anneus Seneca e corduba ciuitate Bethice Romã uenit.ſtatimq; eques factus eſt cuius decla
mationes & ſi celebratæ:negligentia tempoꝝ ad nepotes peruenẽ. Suſcepit in patria ex Elbia uxo
re liberos tris:L. Anneũ Senecã Iuniũ Anneũ Gallionẽ: & Anneũ Melã .quẽ ut minorẽ natu domi
reliquit.Seneca & Gallio Romæ profecere ſub marulo grammatico & Ceſteo ſmyrnæo atq; Aſinio pollio
ne rhetoribus.Mela cũ adoleuiſſet iubente patre rẽ domeſticã gubernauit donatus ut cæteri fratres amici/
tia Cæſaꝝ equeſtri ordine.C.Aciliã duxit uxorẽ filiã Acilii Lucani oratoris cuius tunc nõ mediocre nomẽ
apud prouinciæ pioconſules erat Ex ea Melas.iiii.nonas nouembris.C.Cæſare iteꝝ &.L. Cæſiano conſuli/
bus.M.Anneũ Lucanũ impoſito ſoceri nomine genuit.faſtiditus inde familiari cura cũ octimeſtri infante
Romã uenit quietiori uitæ apud fratres uacaturus:ſperanſq; procurationes acquirendæ pecuniæ breuius ſi
bi iter fore quo æquari conſulibus credebat Lucanus ſtuduit Romæ ſub Rhemmio palæmonte & cornu
to:ex condiſcipulis Saleiũ baſſũ &.A.perſiũ præcipue dilexit Neroni cuius ætas patruo Senecæ commiſſa
erat diu gratus:quæſtor ante ætatẽ gladiatoriũ munus edidit.ſequenti anno populi fauore in auguratus ſa
cerdotũ aſcitus.ut papinius Statius refert.
Romani colitur chori ſacerdos.
Vxorem duxit pollam Argentariam polli Argentarii filiam de qua Calliope papinii canit.
Nec ſolum dabo carminum nitorem:
Sed tædis genalibus dicabo
Doctam atq; igenio tuo decoram:
Qualem Blanda Venus daretq; Iuno:
Forma.ſimplicitate:comitate.
Cenſu:ſanguine:gratia:decore:
Nero cum per per Clinium Ruffum Niobem ſe pronunciaturum polliceretur pronuncianit in theatro
pompei Lucanus ex tempore Orpheum recitauit iudices quorum cenſuram uerebatur princeps .coronam
Lucano dedere Non tulit Cæſar.cuius natura fuit odi proſequi præcellentes . & contumeliis ac maledictis
laceſſere.Interdixit igitur poetæ foro.theatro:& carmina oſtentare prohibuir.de quo papinius.
Ingratus Nero dulcibus theatris
Et noſter tibi præferetur Orpheus
Lucanus cum ſe premi odio animaduerteret.Piſonianæ coniurationi hæſit:quæ tunc ad extinguendum ty
rannidem inſurgebat:quam & ipſe fateri uidetur cum ait.
Conſilio iuſſuq; deum tranſibis in urbem
Magne tuam ſummuſq; feret tua buſta ſacerdos:
Corpus enim pompei niſi extincto Iuliorum gerere Romam transferri non poterat.Accuſatus diu ſilenti/
um tenuit ſed promiſſa impunitate matrem nominauit acceptoq; mortis arbitrio uenas ſoluit : Cum fri/
geſcere pedes manuſq; & ſpiritum cedere intellexit pronunciauit uerſus quos per huiuſmodi imaginem
de milite fecerat:
Sanguis erant lachrymæ:quæcunq; foramina nouit
Humor.ab his largus manat cruor.ora redundant.
Et patulæ nares.ſudor rubet:omnia plenis
Membra fluunt uenis totum eſt pro uulnere corpus.
Deceſſit pridie calendas Maii Silio Nerua Attico Veſtino conſulibus Qui conſul deſidgnatus cum plautio
Laterano erat Anno nondum ſeptimo & uigeſimo finito. Sepultus eſt in hortis ſuis ubi forte tale potuit
inſcribi epigramma.

Bethis habet natale ſolum:eſt annea Propago
Vix luna octonos cælo confecerat orbes
Setuatumq; foro traxit phœboq; dicauit
Orphœus ingrati ſtimulus liuorq; tyranni:
Inuidit famæ Nero : proh muſæq; canentis.
Aſſertore ſacros maculauit ſanguine uultus:
De genitore Mela dat mater Acilia terris
Cum me roma ſui reſperſit tybridis unda:
Hinc ſiluæ geminæq; faces:reus inde Sagitta:
Dum ciuile nefas aperit pharſalia noſtræ.
Interrupit opus gladio:uenisq; reſectis.

Scripſit Saturnalia ſyluarum libros decimo.Mediam.Orpheuum:incendium urbis.incendium Troianum
cum priami calamitate . Oratione ſua Octauium Sagitta qui pontiam confoderat damnauit . Pharſaliam
non finiuit.cuius primos tris libros cum uxor correxit quos inſcitia deprauotos cum reliquis ſeptem Ioan
nes Andreas Antiſtes Alerienſis diligentiſſime noſtro tempore emandauit rogantibus Conrado & Arnol
do qui ne lingua Romana pereat libros laudabili inuetione imprimunt Varius copioſus:ſublimis.concita
tus ut Quintilianus ait oratoribus magis quam poetis numerandus quanuis aliter Martia . Sunt quidam
qui me dicunt non onſſe poetam Sed qu me uendit bibliopola putat Mela pater Caſo filio dum rem fami
liarem diligentius quærit.accuſatur a Fabio Romano ex intimis Lucani amicis: ſimulataſq; filia ad patrem
litteras retulit:ubi Nero inſpexit inhians opibus eius cædem imperat: Mella uenas ſecuit ſcriptis codicillis:
quibus in Tigilinum & Coſſucianum Tigilini generum grandem pecuniam errogauit . ut cætera mane/
rent adiecit & quærelas:mori ſe ſcilicet nullis Sulpitii cauſis. Apud Cornelium Tacitũ legitur Conſulibus
Silio Nerua & Attico Veſtino coniurationem in Neronem cœptam & in primis Lucanum Anneum coniu
raſſe quod famam carminum eius præmebat Nero:prohibueratq; oſtentari uanus aſſimulatione.tum dete
cta coniuratione Lucanus Aciliam Matrem ſuam inter conſcios nominauit promiſſa impunitate. Sed Ne/
ro poſt mortem multorum Lucani cædem imperauit is pfluente ſanguine ubi frigeſcere pedes manuſq; &
paulatim ab extremis diſcedeie ſpiritum feruidus adhuc & compos mentis intelligit recordatus a ſe carmẽ
compoſitum quo uulneratum militem per eiuſmodi mortis imaginem obiiſſe tradiderat:uerſus ipſos retu
lit:atq; illi ſuprema uox fuit.

Si generi ſoceriq; cupis cognoſcere bella:
Non alium quæras : hic manifeſta facit.
Immatura dies rupit pharſalia fata
Quo bonus haud tantum clauderet auctor
Quod nero crudelis facinus licuiſſe putaſti.
A te non aliud debuit ire bonis.
Multa quidem licuere tibi:ſed plura relicta
Imperfecta licet non tamen illa perit :
Viuet:& extinctis pharſalia nempe legetur
Cæſaribus:cinereſ non capit urna ſacros:
Et licet hic partes uel plures rhetoris exten:
Inuenies & quæ mira poeta canat.

Ioannes Taperius brixianus Franciſcho Barbaro poſteriori patricio ueneto integerrimo Salutem.

Ommentaria quæ in Annei Lucani pharſaliam ab Omnibono leoniceno edita putabantur. uiro
ſi quiſquam fuit ætate noſtra eruditiſſimo:ſicut mihi mandaueras Franciſce Barbare : ſucciſiua & tu
multuaria quadam cognitione recenſui.Rem quæ & altioris ingenii uirum.& pluſculum temporis
ad poematis magnificentiam depoſcebat: Tanta enim in illis fuit errorũ ſeries.ut mihi uiderer aliquando
(quod aiunt)ſine filio labirynthum ingreſſus . Nam præter odioſam prolixitatem . multa inepte nimium:
multa contra ciuilis hiſtoriæ fidem atq; etiam nihil ad poetæ expoſitionem conferentes nugas:ut immen/
ſum opus excreſceret quiſquis fuerit.inculcauit.Neq; enim omnibonum ipſum iſtæc unquam ſcripſiſſe cre
diderim:ſed ab eo dictata uero ſimilius ſit quempiam ex diſcipulis in uolumen collegiſſe : qui inſcriptione
ipſa præceptori ſuo non tam benigne quam imprudenter acceptum retulit . Ego uero & ſi intelligebam
nullam me pro laboribus gratiam ſuſcepturum : quod eo deliciarum omnes hac tempeſtate peruenimus:
ut nihil ſit detrahentium morſibus inuiolatum. tuis tamen in me beneficiis aſtrictus.opus ipſum quod alio
quin uerborum ambagibus faſtidiendum uidebatur:pro ingenii tenuitate.ſed temperata caſtigatione cor
rexi.ne forte literatorum uulgus criſpatis naribus inſurgens.alienæ meſſi nõ auaram nimis falcem ſubieciſ
ſe contenderet. Tametſi quis iure ſuccenſeat. Addimus quæ græce latineq; fuerant oportuna : quæ autem
non poterant ſine puplico eminentiſſimi uatis diſpendio legi receſa ſunt. Deprauata loca fideliter emenda
uimus eaq;(opinor)ſolertia:ut ſi quis errorum cauſas.& rationes emendatiõum: collato priore exemplari.
ſepoſitoq; liuore diligenter excuſſerit:pauca admodum ſint:quæ ad plenam poetæ intelligentiam deſyde/
rentur.Te igitur mihi aſſertorem Vir humaniſſime præſtabis : cuius auſpicio quicquid eſt hoc lucubratio/
nis egreditur.Tu enim excellenti uirtute ſummoq; ingenio unus in primis litterarum ſubtilis æſtimator &
cenſor intelligis qua uerborum ſententiarumq; maieſtate poeta concitatus aſſurgat. intermiſſiſq; nonnun/
quam grauioribus ſtudiis poeticas interpretationes inſpicis:& explorthe. Stilus autem ſi quid te impolitior
offendet cogitabis trimeſtri celeritate:& pauciſſimis quidem diei horis cuncta mutari non potuiſſe.urgen/
te atq; indies expoſtulante impreſſorum turba . Cuius anguſtiæ teſtes mihi Hieronymum aduocatum . Io/
annemq; Britãnicum raræ ſynceritatis uiros & plane in ἐγκυκλοπαιδείᾳ diſertiſſimos appello . Quod
ſi acutiſſimo iuditio tuo pharſalica hæc enaratio fuerit comprobata.nihil erit amplius quod a doctoꝝ etiam
bibliotecis ullam repulſam uereat . Ama nos & uale.Brixiæ pridie Calen.maias.M.CCCC.LXXXVI.

Epigramma Laphrančí Ch.

Lucanus ad lectorem.

Nō rudís occurro:ſed lima terſus ad unguē.
Nuper quí fueram ſordídus atq; lacer.
Egredíor.língua íuuene animíſq; fauete.
Liuída turba tace.quíd nocuíſſe íuuat?
Pātagathí(fateor)mōumēta priorib⁹ annís:
Sed mage taberíi cura ſecunda placet.
O utínam tales producas bríxia fœtus.
Vnde habeas nomen perpetuumq; decus.

Lucaní Epitaphium.

¶ Corduba me genuít.rapuít nero ꝑlia díxí
Quæ geſſer pares.híc ſocer ídē gener.
Contínuo nunq̄ dírexí carmína ductu
Quæ tractím ſerpāt pluſ míhí cōma placet.

Sulpítíana argumenta ín ſíngulos líbros.

¶ Prím⁹ bella moués expellít ab urbe ſēatū
Brūduſíí oppugnat magnū fugat atq; ſecūd⁹
Tertíus exornatq; duces & phocída uexat.
Ad ſycorím quartus certat longaſq; ſalonas.
Quínt⁹ab heſperíís uíctorē míttít ín hoſtes
Claudít ín ſexto pſ & ſtríps cōſulít umbras.
Septím⁹ expugnat partes magnūq; repellít.
Octauus magní cædem cum funere deſlet.
Per líbycas nono uíctos cato ducít arenas
Exponít decímus cœnam fraudeſq; photíní.

Sulpítí argumentum ín prímum líbrum.

¶ Prímus hēt bellí cauſas. utq; actus ab íra
Præcípítí cæſar rubíconí trāſílít undas.
Vícínūq; mínax ínuadít arímínū. índo
Excípít attoníta deíectos urbe tríbunos.
Ad bellumq; ſuos anímatq; cohortes.
Auxílíum fídem:terror tum ſcríbítur urbís.
Et fuga pompeíí trepídans pauídíq; ſenatus.
Poſt hæc prodígía & uatū reſponſa canunt.



IOANNIS SVLPITII VERVLANI: ET OMNIBONI VICENTINI IN LVCANI PHARSALIAM INTERPRETATIO.

ELLA PER AEMATHIOS.Proponēs breui peryphraſi quid ſit ſcripturus poeta ſuo quodā inſtituto anteq̄ inuocet bella ciuilia deteſtatur atq; deplorat.& Neroni aſſentat.Inde ubi odiorū cauſas inter Cæſarē Pompeiūq; aperuit hiſtoriā narrare incipiet.Indicare autē uidetur hoc primo uerſu etiā ciuile bellū quod confecit Auguſtus ſe ſcribere conſtituiſſe:nā bella non bellum dixit & utrūq; in æmathia geſtū ē:& infra poſtq̄ pharſaliæ meminit qua utrunq; deſignauit exequitur reliqua loca his bellis ciuilibus nobilitata:& in fine primi libri ut tanq̄ ſpatia quæ ſit peruagaturus oſtendat uatē ſic dicentē inducit. Impiaq; in medio peragūtur bella ſenatu.Conſurgunt partes iterum totumq; per orbem rurſus eo. Canimus:metrice eloquimur ad græcorū imitationē qui ἀειλεῖν pro φράσιν ponebant ut indicat Strabo. Bella pluſq̄ ciuilia.i.inteſtina & cōia. Omne eni bellū aut eſt externū:aut ſociale:aut ciuile:aut inteſtinū:aut cōe.Sed hoc ut inquit florus non recte ciuile:nec ſociale nec externū dicetur:ſed potius cōe ex oibus & pluſq̄ bellū. Per campos æmathios:a loco q̄ eſt tanq̄ area ſui decurſus hæc bella ab aliis ſegregat:uelut ipſe per æmathiā præcipue ſit uagaturus: ac ſi diceret nos canimus æmathia prælia.Aemathia aūt uictore Plinio Macedonia eſt q̄ & pyrrhia & hemonia & theſſalia dicta eſt:nec hēt in pricipio aſpirationē nec diphtongū:quia nō ab ἄιμα τοσ ideſt a ſanguine:ſed a rege imathione dicitur : græciq; eā per ι & ο ſcribūt. Ius datū ſceleri.i bonū & æquū uiolatū:& iuſticiā ſubiectam iniuriæ.nā ut paulo poſt ait:menſuraq; iuris uis erat.Fuerūt eni humana diuinaq; iura a Cæſare oppræſſa promiſcue. Populū potentē:romanos rege dominos. In ſua uiſcera:in ſeipſos:hoc eſt ciues intimos propinquos fratres parētes & filios. Dextra uictrici:innumeras eni gētes domuerat. Cognataſq; acies:multitudines armatorū cōſanguineas. Cognati.n.dicuntur qui cōmune naſcendi initiū habent:quaſi una & cōmuniter nati ut Modeſtinus & labeo tradūt: Rupto fœdere regni rupta concordia dominādi quam Pompeius Cæſar & Craſſus inierant:ut unus hiſpanias:alter gallias: Tertius aſiam obtineret:nec legas regnum:ut quidam huius loci ordinādi ignari.

Ella per æmathios plusq̄ ciuilia campos
Iuſq; datum ſceleri cāimus: populumq; potentem
In ſua uictrici conuerſum uiſcera dextra
Cognataſq; acies: & rupto fœdere regni

(Marginal notes: Aemathia · Cognati · pharſalia)

ELLA per æmathios.In exponēdo hoc auctore hæc oia libanda ſunt:Libri titulus: Poetæ uita:Intentio ſcribētis:character carminis:cui parti philoſophiæ ſubiiciatur. Poſtremo q̄ nā inſauia ipulerit populū romanū:ut in ſe arma cōuerterēt:cuius belli cā explicabit:ubi dicit.Fert aius cās tātarū expromere rerū Verūtamen generaliter quædā dicit:quæ principes excitauerint ad arma.Titulus eſt.Lucani Annei Cordubenſis pharſaliæ Liber primus incipit.Lucani:propriū nomē.Annei:cognomē familiæ.Cordubenſis:patriū eſt.Nā Corduba ciuitas ē hiſpaniæ:pharſalia denoiatio ē operis a loco:ubi ciuile bellū de quo tractat geſtū eſt:q̄ puincia ſæpe nomē mutauit ꝙ eā Duces uarii a ſuis noibus appellauerūt .Nā ab Aemathio:æmathia dicta ē.pharſalia:a pharſalo. Theſſalia:a theſſalo.Macedonia:a Macedone.poſtrēo a philippo rege campi philippici ſunt appellati.Liber primus icipit qa ſequit ſecūdus & tertius & reliqui:nā numero decē ſunt.De poetæ uita dictū eſt . Intētio ſcribētis ē principes ciuitatū a bellis ciuilibus & ſeditioibus deterrere exēplo Cæſaris & pōpeii q diſcordia populū rōanū eo furore cōpulere:ut rēpu. funditus perderēt.parti āt philoſophiæ ſubiicit quā θνηκὴν uocāt.i.mortalē .nā ſub occaſiōe Nerōis in dominādi libidine iuehit: q̄ mala hæc infert ciuibus.Seditiones:ſacrilegia:Cædes:Rapinas:Incēdia ciuitatū caſus.Character carminis eſt grādiloquus & heroicus nā exametro ſcribitur.hic geſta uirorū fortiū ſubtilius uerbis grauibus q̄ ſententiis deſcripta cōtinet.Cauſæ belli tradūtur ab aliis:alio mō.C.iulius Cæſar iulii Lucii & Aureliæ filius a prima ætate aio magna cōcipiēs:Pōpeio magno:filiā ſuā iuliā:Seruilio Cæpioni ante deſponſatā connubio iūxit.hic pōpeio Marcū Craſſum cōciliauit.nā ab eo capitali odio diſſidebat.poſt conſulatū & ſe ipſis ſociū tertium adiunxit.ne male reſpublica gereretur.Itaq; Cæſar haud multo poſt:fauente pompeio Gallias cū illyrico petiit:ſed cum Lutius Domitius minaretur ſe ſi conſul factus eſſet:exercitum adempturum cæſari: illum nō modo a conſulatu deterruit:ſed fauente pompeio effecit:ut ſupplementū mitteretur: nec eo honore ſe indignū præbuit & bello fœliciter geſto in Gallia:Britanniā ſubegit : cuius uictoria magnæ ſunt ortæ diſceptatiōes & rēpub.geſſit:nō ut antea ſtipēdiū militibus duplicauit:& cætera fecit quæ ſine dubio tyrannicā adminiſtrationē præ ſe ferre uidebātur.Itaq; diu latens tādem erupit inuidia. Bella per æmathios.poeta ſicut mos eſt:primo quidē proponit.Deinde inuocat:poſtremo narrat:Sed hoc amplius facit quod per cōqueſtionē a lectoribus beniuolētiā comparat.nā deploratio eſt populi romani magis q̄ inuectio.proponit igitur Lucanus quod ſcripturus ſit cum dicit. Bella.ſ.geſta. Aemathios campos.i.theſſalos a loco ubi geſtū fuit bellū inter cæſarē & pompeiū ab Aemathione duce.Nā principes prouincias ab eorū noie in quibus imperabant denominare conſueuerunt. Pluſq̄ ciuilia: quia bellū ciuile dicitur quod inter ciues geritur.Hoc autē nō modo inter ciues:ſed inter cognatos parentes & filios fratreſq; geſtū fuit. Iuſq; datū ſceleri:Nam ius quod adminiſtrari deberet a uiris integris & puris quodāmodo datū eſt tyrānis. Sceleri:hoc eſt ſceleſtis. Victrici dextra.ſ.externorū populorū:nam qui externas gentes ſubegerant nunc ipſi inter ſe manus conuertunt. Cognataſq; acies:nūc declarat quod dixit pluſq̄ ciuila:uidelicet cum filius aduerſus patrē:frater aduerſus fratrē:cognatus contra cognatum arma ſumpſerit. Rupto fœdere.concordia ſoluta.ſ.Craſſi Pompei & Cæſaris. Regni:autē inuidioſe dixit:nā principum factiones regnum appellauit.nam quoad ipſi concordes fuere bellum ciuile quieuit.mortuo uero craſſo & iulia q̄ alterum uinculum erat inter cæſarem & Pompeium:tum demū bellum erupit:ideo regni inuidioſe dixit ꝙ ipſi tāq̄ reges rempublicā occupauerint



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& mortuo Craſſo iurgia ſtatim in bella proruperunt.

SVLPI. Et nefas in cōe: canimus etiā īquit ſcelus in uniuerſos & cōtra bonum cōe quo oīa diuina & hūana pturbata ſunt. Certatū: pugnatū. Cōcuſſi: pterriti & cōmoti ad bellū. Nā oriēs Pōpeio: occidēs maiori ex pte Cæſari fauit: & i oibus mundi ptibus hoc bellū exarſit: primū i europa i italia hiſpania & dirrachio. Inde i aſia & ægipto. Poſtremo i lybia & iterū i europa. Obuia: cōtra eūtia & ſiſtia: nā litui uexilla & arma diuerſa nō erant. Infeſtis aduerſis & īpnitiē uenientibus. Signa: tubas: tympana lituos Fabius lib. ix. Nec idē ſignoꝝ cōcētus eſt. Signorum tria eē genera docet Vegetius: uocalia ut uoce hūana ꝓnunciata ut palma. Semiuocalia ut quæ cornibus aut tuba dant. Muta ut aquilæ dracones. Pares aquilas Aquilā argenteā ſimilē cū īſcriptiōe. S. P. Q. R. partes utreq; gerebāt. Sed ut tradit appianus cæſar uictricē uenerem: Pōpeius īuictū Herculē inuocabat. Pila minātia. tela cōtrauenientia: & p hæc oia exercitus accipit. Sūt aūt pila rōanoꝝ peditū miſſilia triū pedū utrinq; pfixa ferro trigono unciaꝝ nouē ut Halicarnaſſeus & Vegetius tradūt. Geſa galloꝝ hauſtæ Sariſſæ macedonum ſunt. Quis furor: Romanos ab imprudentia & ſeuitia arguēs utitur licentia cuius acrimoniam per deplorationem mitigat. Eſt autem ſenſus: quæ iſta ueſtra dementia: quis ferri abuſus: quæue crudelitas offerre uos ueſtroſq; barbaris occidendos: & male uobiſcum cum dedecore & ſeuicere quā cum ulciſcendo hoſte iuſte & cum honore pugnare. Furor. impetus animi ſine ratione. Licentia ferri: abuſus & certādi permiſſio. Præbere cruorem latium: exponere uos & italos occidendos. Gentibus inuiſis: barbaris quos odiſtis. Ideo hoc ait: quia barbari in utroq; exercitu ſtabant contra romanos. Cumq;: quæ fieri oportebat demōſtrat. Babylon: urbs chaldea a Semiramide condita: a qua chaldea omnis & Meſopotamia chaldea eſt appellata. Murus eius & lateribus & bitumine conſtat: latus pedes quinquagenos altus ducenos. lx. milia paſſuum amplectitur ut Plinius ait. Superba: uel nobilis uel elata recenti uictoria. Tropheis auſoniis: ſpoliis italis quæ parti Craſſo cum cede exercitus eripuerant. Sed hæc demum Tyberius auctore Auguſto recepit ut Suetonius docet. Sunt autē trophea hoſtium ſpolia in arborum truncis aut ſaxis affixa in uictore ſignum. Auſonia autem dicta eſt ab Auſone Vlyxis Calipſuſq; filio. Craſſus. M. craſſus parthico bello relicto poſt terga Euphrate in camporum uaſtitatē ad carras adductus a Silice & Sorena ducibus cum undecim legionum ſtrage captus eſt: & ne quid uiuus pateretur repugnans eſt interemptus. Caput uero eius ludibrio hoſti fuit: aurum enim liquidum in rictum oris infuſum eſt tāq ad auaritiam eius explendam. Erraret: quia inſepultus & implacatus. Inſepulti enim ut ait Maro Centum errāt annos: uolitantq; hæc littora circum. Vmbra: manibus eius. Nullos triumphos: de bellis nāq; ciuilibus auctore Valerio nō triumphatur. Triumphus aūt erat ſummus honor qui uictoribus ducibus publica cū ilaritate dabatur. Coronati. n. & quadrigis inuecti magna cū pompa capitoliū cōſcendebant: & illic tauros immolabant.

Certatum totis concuſſi uiribus orbis:
In cōmune nefas: infeſtiſq; obuia ſignis
Signa: pares aquilas & pila minātia pilis.
Quis furor o ciues quæ tanta licētia ferri
Gentibus inuiſis latiū præbere cruorem.
Cūq; ſupba foret babylō ſpoliāda tropheiſ
Auſoniis: umbraq; erraret craſſus inulta
Bella geri placuit nullos habitu͞ra triūphos:

OMNIBO. Certatum totis: nam gentes atq; nationes ſecutæ ſunt hinc Pompeium: inde cæſarem: cum totius orbis imperium po. ro. teneret. Commune: quia contra rempu. fit bellum. Signa: hinc cæſaris: inde pōpei: Obuia: ut oſtenderet ea ſigna non fuiſſe contraria ꝙ continuo oſtendit: nam uexillū pompei aquilam habebat in quo ſcriptum erat. S. P. Q. R. & hoc idem cæſar geſtabat. Pompeius teſte Appiano Herculem inuictum: Cæſar uero uictricem uenerē in auxiliū uocabat cui erexit templum: ut prius ad pharſalū uouerat bellum initurus. Pares aqui. declarat ſigna obuia. Pila: tela proprie romana. Quis fu. o. ci. nunc per deploratiōem ab auditoribus beniuolentiam comparat: deplorat. n. po. ro. ꝙ externis bellis relictis in ſeipſum arma cōuerterit: legenda autem hæc ſunt cū miſeratione: nō autem cum inuectione: neq;. n. inuectio conuenit poetæ heroici carminis ſed ſatyrici: eſt autem deploratio talis etiam apud Hora: Audiet ciues acuiſſe ferrum: Quo graues perſæ melius perirent: Audiet pugnas uitio parentum Rara iuuentus. Eodem modo Vir. cum de ænea loqueretur. Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem. Ciues: admonet ciues ipſos eſſe qui ſanguinē ſuū appetūt. Licentia: eſt data uobis. Præbere: ut præbeatis. Gentibus inuiſis. i. hoſtibus. nam po. ro. barbaris ſanguinem ſuū donauit: quē aduerſus gentes imperio augēdo præbere debuerat. Cumq; ſu. fo. quæſtio uidetur excitari cur in principio deploret quod ſolet eſſe Epilogi. Epilogus autē fit per deploratiōnē & amplificationē: ſed habetur in arte rhetorica eoſdē ferme locos eē epilogi & prooemii. Locus eſt cū oſtendimus factū quod nō oportuit. ſ. po. ro. crudis uulneribus in ſe arma cōuertiſſe: nō factū qd oportuit: uidelicet externos hoſtes bello proſequi: & aduerſus eos pro augēdo imperio bellū gerere. In principio beniuolētiā a rebus cōparabimus ſi incōmode noſtra per cōqueſtionē ſiue deploratiōnē oſtendemus. Superba: declarat cur ſuperba: nam Parthi fuerāt gloriati ad internetionē uſq; cecidiſſe romanū exercitū. Nā cum Craſſus: Pōpeius & Cæſar inter ſe cōiūcti eſſent & rēp. ro. pro arbitrio ſuo uexarēt partiti ſunt inter ſe prouincias: ita ut Cæſar gallias Britaniā & germaniā. M. Craſſus parthiā: Pōpeius uero Italiā teneret. Sed craſſum cupiditas auri traxit in parthiā quā audiuerat auro abundare. Cū igitur fretus uirtute militū: negligentius exercitū duceret. in inſidias ꝑcipitauit: & tāta ſagittarū multitudine obrutus eſt: ut nubes uiderētur ꝙ quaſi cœlū obtexerēt. Cū igitur in collē tutū exercitū recepiſſet: ſpe colloquii allectus occiſus eſt. cuius caput abſciſſum: & cerebro uacuato plūbo impleuit nā rex decreuerat tantū auri ei qui caput Craſſi obtuliſſet ſe daturum. Auſoniis: italis. Babylon: metropolis parthorū chaldeæ gentis caput eſt a Semirami cōdita diu ſummā claritatē obtinuit in toto orbe: propter quā reliqua pars meſopotamiæ aſſyriæq; babylonia appellata eſt. lx. m. paſſus amplexa: muris. cc. pedes altis quinquagenos latis: unde & hoc ex ſeptē ſpectaculis unū dicitur. Iſtē orti penſiles ut refert Strabo: in figura quadrata: quorū latus qdlibet eſt quaternum iugerum: hi fornicibus cōtinētur ſeſe in forpicis modū intercidentibus: ſitis ſuper pilis in alea



toriarū tabellarū formā alius ſup aliā poſitarū. pilæ cōcauæ ſunt & terra plenæ: ut arbores maximas conſitas recipere poſſint. Ex lapide coctili & bitumine cōſtructæ: tā ipſæ: ꝗ fornices: & fornicū interſectiones ſupræmū tabulatū aſcenſus ſcalares hēt: & cohchlias ipſis adiacētes per quos cōtinue aqua ex Eufrate in hortos afferebat ab hoibus ad hoc ipſum cōſtitutis. Vmbraq; er. more gentiliū locutus eſt: qui dicebāt umbras mortuorū tā diu errare ꝗ diu ſepulchro carerent: & ideo quia Craſſi corpus alitibus laniādus expoſitus fuerat errare dixit. M. Craſſus bellū parthis illaturus Euphratē fluuiū trāſiit: uictuſq; ꝓlio in quo & filius eius cecidit: cū reliquias in collē recepiſſet: euocatus in coloquiū ab hoſtibus uelut de pace acturis: quorū dux erat Surenas: cōprehenſuſq;: nequid uiuus pateretur repugnās interfectus ē in urbe Sinaca: ut oſtēdit Stra. & ex cētū militū militibus teſte Appiano uix decē milia in Syriā e fuga euaſiſſe referūtur. nā illi urbe egrediēti multa quidē ac dira tribuni annūciauere: ne parthis ac re prorſus indignis inferret bellū monuere: cui minime parēti publicas execrationes extulerūt: quibus ſpretis craſſus demū in Parthia profligatus dedit pœnas. Nullos ha. tri. legibus eni romanis cautū erat nulli de ciue triūphare licere.

Heu quantū terræ potuit pelagiq; parari.
Hoc quē ciuiles hauſerūt ſangine dextre.
Vnde uenit titan: & nox ubi ſidera cūdit
Quaq; diei medi⁹ flagrātib⁹ æſtuat horiſ
Et qua bruma rigens ac neſcia uere rēitti:
Aſtringit ſcythicum glaciali frigore pōtū.
Sub iuga iā ſeres: iā barbar⁹ eſſet æraxes.
Et gens ſiqua iacet naſcēti conſcia nilo.
Tum ſi tātus amor belli tibi roma nefandi
Totum ſub latias leges quo miſeris orbē
In te uerte manus: nōdū tibi defuit hoſtis.
At nūc ſemi rutis pēdent qđ mœnia tectis

SVLPI. Heu quātū: cū deploratiōe amplificat. Parari: acquiri: & imperiū propagari. Hoc ſan. tot hoīum cede quot in bellis ciuilibus ceciderūt. Hauſerūt: emiſerūt & ſparſerūt. Ciuiles dex. ciues ipſi. Vnde ue. totū mūdū potuiſſe ſubiugari cōtendit quē ſub cardinibus quatuor complectitur. Vnde ue. titā: id eſt oriens. Titā teſte lactātio ſonat ultionē: fuit is cœli & ueſtæ filius cuius nepos ſol eodē noīe appellat. Et nox ubi. ſidera cō. i. occidēs ubi ſidera occidūt ex cœli reuolutione hoc ē coſmice & ēt cronice: nā noctu uidētur ſidera ꝗ illic occidūt. Quaq; di. id ē plaga meridiana extrema ad torridā zonā i qua ſunt maximi æſtus. Horis fla. uel ardētibus ſolibus. Horus. n. auct of Macrobio Sol ab ægyptiis appellat: uel p horas intelligit ꝗ filiæ & miniſtræ phæbi eē fingūt. dies q cōſtāt ex horis. Aeſtuat: feruet. Nā extrema lybiæ incolētes pp æſtū. diurnum quē pati nō poſſunt in antris ſe cōtinent: & noctu progrediuntur. Et qua. Septētrionē oſtēdit. Vſuſq; eſt uerbo bruma nō tā ut frigus. ꝗ ut breuitatē dierū ꝗ illic ē cōtinua indicaret. Inde. n. dicta ē bruma. ſignificatq; tēpus ipſum in quo dies ſunt breuiores. Rigēs aſ. glaciata. Neſcia uere remitti ꝗ uerno tēpore nō reſoluitur & miteſcit in aliis locis: adeo. n. illic uiget frigus ut flumina & maria gelu cōgreſcāt. Pōtū ſcythi. nō oceanū ſeptētrionalē qui nō cōgelatur ſed ſinū euxinū dicit. qđ ſolū mare gelu ducatur ob multa ꝗ ſuſcipit flumina ut Macrobius docet. Oceanus uero ille craſſeſcit nō cōgelatur. Scythia aūt regio eſt in ſeptentrione cuius pars in europa eſt pars in aſia: diuiditur. n. tanai qui eſt terminus utriuſq;. Putātq; dictū a ſcytha herculis filio ut docet herodotus. Sub iu. iā ſeres: ſubiugatæq; fuiſſent remotiſſimæ ignotæq; nationes: ſeres in ſcythia aſiatica populi īter tabim & Taurū mōtē ad orientē: meridianū lanis ſiluarū inclyti cæterū ferarū ſimiles. Araxes armeniæ fluuius ꝗ ex hemocorū mōtibus oriēs: nūc lenis nūc uehemēs in mare caſpiū exit. Et gēs: & ſiquis ad nili ortū qui ignoratur habitat Nilus fluuius oīum maximus aphricā ab æthyopia ſeparat ægyptū inūdat ſeptēq; hoſtia habet: eius fontes ignorātur ut li. x. Nō licuit populis paruū te nile uidere ubi tamen eſſe exiſtimētur uide apud Victruuiū & pli. Conſcia ꝗ ſciat & noſcat ortū eius & ab eo noſcatur. Eſt eni reciprocæ ſignificationis conſcius ut inſcius: qq in paſſiua ſignificatione rarius utantur auctores. ſic & ignarus ut etiā Gellius tradit. Virgi. Haud ignata mali Idē Ignarū laurens hēt ora numāta. Miſeris ſub la. le. ſubiugaueris. In te uer. ma. cōtra te pugna: gere ciuile bellū. At nunc increpat qđ eo maxīe tēpore ſecū diſſederit quo italia erat ſemidiruta afflicta cladibus & ſemideſerta. tū propter bella punica tū ꝓpter ſuperiora bella ciuilia. ſyllæ & Marii: adeo ut pene ſit interituꝝ nomē romanū. Mœnia: ædificia. Pendent: mittāt & ruinā minātur. Semirutis quæ dimidia parte ceciderunt.

OMNIBO. Heu quā. Dolentis eſt: uere inꝗ hoſtibus italū ſanguinem ꝓbuiſtis: ex quo intellige deplorationem. Hauſerunt: pro ſparſerunt. Vnde uenit: declarat illud tātum terræ: uidelicet qđ cōtinetur in oriente: occidēte: meridie: ſeptentrione. Vnde: aqua terra. Titan: hoc eſt oriens. Et nox ubi ſy. cō. i. occidens quo ſidera cōduntur: ꝓpter polos: ſed cōtrariū uidetur. nā nox nō cōdit ſidera. imo in nocte apparent. Vnde ſtellæ a ſtando dicte ſunt: ſed ideo dixit ꝗtū ad occaſum. quo oia ſidera tendūt. Qua bruma: plane ſeptentrionē oſtendit. Bruma ri. ſ. frigore: nā i ſcythia ſemp eſt hyems. Aſtringit: cōgellat. Scythicū: ſeptentrionalem. Glaciali: uehementi frigore: nā oceanus ſeptētrionalis cōgeletur ideoq; amalchiū eū appellat Hæcatæus: qđ ſcythica lingua oceanū cōgelatum ſignificat. Pli. luga. ſ. romana. Seres: ſcytharum gentes ſunt auctore Pli. li. v. lanificio ſyluaꝝ nobiles perfuſa aqua depectentes frōdiū caniciem: unde geminus fœminis noſtris labor redordiendi: fila & rurſum texendi: tā multiplici opere: tā lōginquo orbe petitur: ut in publico matrona trāſluceat. ſeres mites quidem: ſed & ipſis feris perſimiles: cœtum reliquoꝝ mortaliū fugiunt: adeo ut cæteraꝝ gentium cōmertia abnuāt. Primum eoꝝ fluuium mercatores ipſi trāſeunt: in cuius ripis nullo inter partes linguæ cōmertio: ſed poſita reꝝ ꝓtia oculis eſtimātibus ſua tradunt: noſtra nō emunt auctore Strabone. Apud hos populo ſunt quidam in arboribus uermes qui bombices appellantur. ii in aranearum morem tenuiſſima fila deducunt. ut refert ſeruius libro. ii. geor: Araxes fluuius qui per armeniā labitur: unde & Luc. i. vii. li. Armenūq; bibit miles romanus araxem. Et gens ſi qua: in dubitatione ponit: quia nō reperitur ortus nili: Nā apud herodotū legitur ꝙ Cambiſes perſarū res ſubacta ægypto conatus eſt nili ortū inuenire: quod nō potuit. ſolinus uero dicit Iubā regem tradidiſſe: & punicos libros affirmare nilum originē habere a monte inferioris mauritaniæ qui oceano propinquabat. Orbem totum: quia orbem terrarum imperio ſuo roma ſubegit. Si: pro quādo. Tantus

Vana quoq:Terror urbis deſcribitur de quo fere ſic Appiáus Fugæ igitur & cõuerſiõe omnibus in locis ſũma trepidatiõe fieri ceptæ quũ cæſaré cũ uniuerſis copiis adeſſe crederẽt. Quæ omnia itelligẽtes cõſules põpeiũ urbe egredi & per italiá delectus agere ueluti rep.extremo in periculo poſita iuſſerũt. Vana:inanis. Acceſſit:addita eſt. Irrupit:aggreſſa eſt. Intulit:inmiſit in animos uelut cõſpicuá. Velox nũ.fama ipſa: quo nullũ malũ uelocius ut ait Maro. Properátis: feſtini Ná cæſar erat preceps in omnia. Innũeras lin. uel hominũ uel ipſius famæ cui quot ſunt corpore plumæ tot linguæ totidẽq ora ſonant. Precõia:denunciatiões.

¶OMNIBO. Orbe a:quia poſt morté ab aliis ad alios tráſire creditis:ut noſtras aĩas ad antipodes: antipodũ uero ad nos tráſferri tredatis. Artus:mẽbra. Regit:quia aĩa dicit regere corpus. Cãitis ſi co.ſi uerũ é quod dicitis i diſputatiõe. Mors media é: mors é media uitæ: quia iter hác uitá & ſequẽté mors é media. iõ nõ é finis nec pricipiũ. Vnũ ſequit ex reliquo:ſi finis nõ é uitæ:ergo uita é lõga:ſi mors media é uita lõga é. Certe populi uerũ ſit nec ne q dicitis.nõ ego affirmaueri:ſed illi populi hoc ſuo errore felices ſũt qui nõ morté eſſe uolũt.ſed tráſmigrationé tantũ aĩarũ. Arctos.i.ſeptẽtrio ſub quo habitát dryudæ. Tior maximi lœti:quia omniũ teribiliũ maximá é mors. Haud urget.i.nõ timet ab eis mors. Vrget:nõ agitat. In ferrũ mẽs ꝓ.qa neglecto mortis metu excitát ad uirtuté cũ ſecuritate. Prõa:ꝓcliuis. Ruẽdi i fer.qa iuadũt morté ſine metu. Ignauũ:uile dicũt qd timẽda é mors.cũ ſit niſi tráſmigratio corporis ad corpus. Rediturae:i aliá formá.ſ.Et uos:iſtructus erat cæſar his militibus quos ad ſe euocauit i italiá qui i præſidio i gallia poſiti fuerát. Vos.ſ. milites oppoſiti.i. poſiti i pſidio ne caici rebellẽt:nũc acciti uenitis ad Cæſaré. Caicos:populos bellis aſſuetos:unde caici aſſueti a gallis dicũt. Crinigeros:q crines habẽt i hũeris demiſſos. Ripas rheni:qa iuxta rhenũ habitát. Rhenus át orit ex lepõtiis q alpes incolũt:& lõgo ſpacio p fines matuátiũ:eluecioꝛũ:ſequanorũ:mediomatricũ:tribucorũ: treuirorũ:citatus fert:& ubi oceão appropinquat i plures defluit ptes multis igẽtibuſq inſulis effectis Cæſar. Apertũ gẽtibus orbé.i.regioné gallicá relinqtis a pſidio militũ. Cæſar:nũc dicit quid cæſar fecerit collecto exercitu i quo octo legiões fuiſſe tradit ab hiſtoricis.Præpauit.n.iter ſuũ:& ad urbé intẽdit: ſed prius de medio ſuſtulit q ipi adimẽda uidebát. Fama belli p oẽm italiá ſpſa erat:q maiora ueris nũciace cõſueuit.rõani ſibi animo fingebát maioré Cæſaré deuictis gallis cũ germáis aduẽtare: & cũ populis barbaris ut romá eis diripiẽdá cõcederet. Imméſæ uires.ſ.totius exercitus. Collecto robore.i.undecũq cõuocatis militibus. Fecere fidé.i. fiduciá dedere Cæſari: Audẽdi ma.qa aĩo cõceperat:ut urbé romá ſuo iperio ſubigeret. Cõplet mœ.i.exercitũ duxit ad mœnia uel cõplet.i.pſidiis munit & firmat mœnia q cœpat. Vana: nũc dicit famá ꝓ cõſuetudine ſua maioré p italiá fuiſſe uulgatá.Virgilius:Fama malũ.Vana:nõ ſolũ uera qa plus aliq̃to uulgat q uerũ ſit. Vana: mendax.ut Ci.Nec uero é quicq turpius uanitate. Irrupit inuaſit. Properátis:feſtinátis.re uera.ná celeritate cõficiẽdi nullus imperator cũ cæſare cõparari potuit:unde Cælſus dicit ipſũ abſenté nihil minus mutuebát q præſẽté



Falſa præc.quia multa falſa nunciabantur & maiora ueris. Eſt qui:alii inquit dictitabant cæſarem:alii in arma ipſum ſubito affore: & cum uniuerſo barbarico exercitu italiam inuadere: ut diripiendam urbem militibus concederet.

Explicat:audaces ruere i certãína turmaſ
Afferat; & qua nar tyberino illabitur ãni
Barbaricas ſæui diſſcurrere cæſaris alas.
Ipſũ oẽs aquilas collataq ſigna ferẽte
Agmine nõ uno dẽſiſq icedere caſtris.
Nec qualẽ meínere uidẽt:maiorq feruſq
Mẽtibus occurrit;uíctoq imanior hoſte.
Tũc iter rhenũ populos alpeſq iacẽtes
Fínibus arctois patriaq a ſede reuulſos
Pone ſequi: iuſſãq feris a gẽtibus urbem
Romano ſpectãte rapi; ſic quiſq pauẽdo.
Dat uires famæ nulloq auctore malorũ
Quæ finxere timẽt.nec ſolũ uulgus iani
Perculſũ terrore pauet.ſed curia & ipſi
Sedibus exiliere patres iuiſaq belli
Cõſulibus fugiẽs mãdat decreta ſenatus.
Tũc quæ tuta petãt: & q̃ metuẽda rliquãt
Incerti: quo quẽq fugæ tulit ipetus urget
Præcipitẽ populũ;ſerieq herẽtia longa
Agmia prorũpũt,credas aut tecta nefãdas

¶SVLPI. Eſt qui:aliquis cæſaris acies Meuaniæ campos aliquis ortinos uaſtare dicebat Turmas:equitum claſſes. Meuania:oppidum in umbria ad uiam flaminaim præter quod labitur fluuius Theneas. ibi & Clitumnus eſt cãdido tauri armentorum gregumq ferax. Explicat:dilatat. Qua nar.Nar ſabinorum fluuius e fiſcello monte defluens aquiſ ſulphureis miſcetur & iuxta narniam oppidum præterit.& ad Ortas in tyberim influit. Alas bar.turmas cæſaris gallicas. Omnes aqui.decem legiones methonymia. Collata: in unum coadunata. Agmine nõ uno:pluribus aciebus & exercitibus. Denſis ca.hoc eſt præ copiarum multitudine denſa caſtra facere. Nec ui.qua.nec conſiderant nec uidetur aſpicere tam mitem & placabilem. Occurrit:repræſentatur. Immanior ho.ui.crudelior ipſis quos ſuperauit germanis qui inmanes ſunt.uel inmanior improbior obuictos hoſtes. Populos ia.omnes gallos tráſalpinos. Reuulſos: euocatos. Pone:poſt ut pone ſubit coniunx. Vrbem:romam. Romano:romanis militibus ne ipſi direptione patriæ ſe cõtaminent. Dat ui.auget Nam ut inquit Maro parua metu primo. Millo au.cum nullus minarum nuntius eſſet. Finxere:ipſi met. Perculſum petterritum:Percellere ad animum:percutere ad corpus pertinet. Curia:ſenatoreſ reip.curam gerentes.Indicat enim id uerbum perſonas & locum. Ipſi patres:interpretatio ex his multi pompeium capuam ſecuti ſunt multi alio abierunt. Mádat:committit decreta inui.conſtitutiones odio plenas:ut cæſarem perſequærentur & prouiderent ne quid mali reſp: pateretur quod in tumultibus ſuper ſolebant conſulibus dicere.Conſulibus: lentulo & marcello. Quæ tu.pe.& quæ ad quæ loca confu

giant & unde diſcedant. Incerti:Syntheſis. Quo tu:ipe.fu.quo metus & fugiẽdi ſtimulus abſtulit. Vrget præci.impellit feſtinum. Seriæq her.lon.continuæ & ordinatæ multitudines egrediuntur. Credas:credere poſſis inquit aut domos comburi aut terræ motu uexari. Faces ne.incendium.

¶OMNIBO. Eſt.ſ.aliquis.Meuania:pars eſt tuſciæ:cuius & nominis inſula hibernis proxima meuania dicitur:ſed de thuſcia hoc in loco loquitur. Explicat:extendit. Tauriferis cauſa.i.paſcuis ubi tauri paſcuntur:ná loca meuaniæ plena ſunt paſcuis:ubi armenta nutriuntur. Et.ſ.afferat.i.nũciat ea parte qua. Nar.fluuius thuſciæ in tyberim defluens a cuius nomine ciuitas propinqua Narnia appellata eſt.Vir.Sulphurea nar albus aqua. Alaſ idest turmas:alæ dicuntur equites qui in acie apud antiquos dextro cornu ſiniſtroq collocabantur:lateraq aciei in alarum modum tegebant:unde interdum alæ omnẽ militum turbam ſignificát. Omnes aqui.uniuerſum exercitum ſignificat poſuit enim.aquilas ſigna militaria pro omni exercitu:quæ inſignia romana erant. Non uno ag.ſed diuerſis agminibus. Denſis:nam maxima celeritate tribus caſtris ad urbem peruenit ideſt tribus diebus.

Memi.uid.ideſt maiorem uidebant cæſarem.q̃ ante:& maiora ueris expectabant:ut faciunt qui timent. Occurrit:repræſentatur maior ſolito. Hoſte:quia uerisſimilius putabatur cæſar ſæuior eſſe quia germaniam & galliam cum britannia debellauerat:nam uictoria facit homines inſolentiores. Nunc:deinde eſt qui afferrat. Alpem:uidelicet gallos ciſalpinos:nam ultra rhenum habitant germani. Arctois:ſeptentrionalibus nam in ſeptentrione eſt gallia. Pone.ideſt poſt cæſarem ſequi.Virgi.Pone ſubit coniunx.Vrbem:romam κατ' ἐξοχὴν. Rapi.diripi. Ro.ſpe.quod indignius eſt.ſic quiſq.ſ.fingebat animo quod metuebat:ut mos eſt timentium. Dat.u.f.ideſt auget famam. Auctore nullo:nuncio.mala nuncibaant.ſed qui ea diceret incertus erat auctor. Finxere.ſ.ea quæ cogitauerunt faciente timore. Nec ſolum uul.nec mirum inquit cæteram turbam timuiſſe:cum ſenatus terrore pulſus curiam deſeruerit & remp.conſulibus demandauerit.ſeruius ſulpitius & marcellus eo tempore conſules erant:quo in urbe romana bellum nunciatum eſt. Inani terrore:quia nondum cæſar ſatis cõſtituerat ad urbem aduentare:ſed cum ipſe mœnibus minime inſtaret:romam deſeruerunt. Sed curia & ipſi patres:declarat quod dixit curia. Conſulibus:ſemper cum aliquis tumultum & periculum inferret urbi ſolebant hoc uerſu rempu.demandare conſulibus ſenatores.Videant conſules nequid detrimenti reſp.patiatur ita nuuc factum eſt:nam ſenatus cum uidit tanto impetu cæſarem uenire & maiora nunciarentur q̃ res ipſa eſſet:uerſiculo declarabant poteſtatem reip.conſulibus demandandam:ut uiderent nequid detrimẽti reſp.pateretur:qua poteſtate data poſſent bellum gerere:pacem iungere:exercitum ſcribere:delectus habere. Fugiens:fugientibus patribus cæteri eos ſunt ſecuti. Tuta petant.i.quoniam ſe tuo recipiant. Metuenda relinquant:ideſt quo non fugiant ſatis tuti. Quo metus unumquenq patrum detulit:eo ſeſe contulit. Agmina prorumpunt.ſ.ex urbe. Hærentia coniuncta in uicem. Credas:non aliter profugiebant romani ex urbe q̃ ſi incendio tota ciuitas correpta eſſet:aut certe hoſtes urbem cepiſſent. Credas:credere quiſq poſſet. Faces nefandas.i.hoſtiles.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Corripuiſſe faces: aut iã quatiente ruina
Nutãtes pendere domos: ſic turba p urbẽ
Præcipiti liphata gradu: uelut unica reb⁹
Spes foret afflictis pr̃ios excederẽ muros
Incõſulta ruit. qualis cum turbidus auſter
Repulit a libycis imẽſum ſyrtibus æquor.
Fractaq; ueliferi ſonuerũt pondera mali
Deſilit ĩ fluctus deſerta puppe magiſter
Nauitaq;. & nõdũ ſparſa cõpage carinæ
Naufragiũ ſibi quiſq; facit. ſic urbe relicta
In bellũ fugitur. nullũ iam lãguidus æuo
Eualuit reuocare parẽs. cõiunxq; maritũ
Fletib⁹. aut patrii dubiæ dũ uota ſalutis
Cõciperẽt tenuerẽ lares. nec limĩe quiſqui
Hæſit. & extremo tũc forſitã urbis amatæ
Plenus abit uiſu: ruit irreuocabile uulgus.
O faciles dare ſumma deos eademq; tueri
Difficiles. urbẽ populis uictiſq; frequẽtẽ
Gentib⁹ & generis coeat ſi turba capacẽ
Humani. facilem uenturo cæſare prædam
Ignauæ liquere manus. cũ preſſus ab hoſte
Clauditur externis miles romanus ĩ oris
Effugit exiguo nocturna pericula uallo.
Et ſubitus rapti munimine ceſpitis agger
Præbet ſecuros ĩtra tentoria ſomnos.

SVLPI. Corripuiſſe: occupauiſſe. Nutantes: trementes & inclinantes. Pendere: minari caſum. Ruina quati. ruinoſo impetu agitante. Lymphata: furioſa: lymphati dicuntur mente commoti qui ex aqua uitium contraxere cuius eſt huc atq; illuc diſcurrere. Lympha enim eſt aqua quod fit a nympha mutata littera. lymphati ergo lympharum furore percuſſi dicuntur ſicut Cerriti cereris. Vnica: ſola fugiẽdi ſpes reliqua eſſet. Afflictis: aduerſis: fligere enim percutere eſt. Inconſulta: inconſiderata ſine cõſilio. Qualis uelut naue auſtrinis fluctibus periclitate ſed nõdum diſſoluta nautæ ſe in mare præcipitant ſic populus ruebat in fugam. Turbidis: nubibus & uehemens. Reppulit eq̃uor a ſyr. ita in ſeptentrionem flat ut ſyrtes meridianæ ſiccentur. Pondera ma. ue. grauis malus uela gerens cum ſonitu fractus eſt. Deſilit deorſum ſalit. Magiſter: quem pompeio & ſenatui comparat. Nautas uero populo. Nondum ſpar. con. naui adhuc integra & non diſſoluta contextura. Facit nau. iacit ſe in mare & enatat: uelut naui fracta. eſt enim Naufragiũ fractio nauis: & Naufragus qui nauim fregit & cum periculo nat. Nullus iam: quanta trepidatio mentes inuaſerit ex obliuione charitatis oñdit. Languidus æuo: decrepitus. Nullum: filium. Eualuit re. potuit reducere & retinere. Aut pa. aut expectauit dum ſacrificaretur & pro ſalute ipſorum uota conciperentur: Hoc etiam Ideo dixit. Quoniam ut habet plutarchus Conſules nec peractis de more ſacrificiis ſe fugam ſurripuerũt. Patrii la. ſiue dii domeſtici domorum & cuiuſcũq; loci cuſtodes laris nymphæ: & mercurii filii. Concipiẽt: conceptis uerbis enunciarent. parẽtes & cõiuges. Dubiæ: quæ in periculo erat. Hæſit lu. q̃ ipſum cederet abire ut eſt mos diſcedentium Qui. Ter limen tetigi ter ſum reuocatus & ipſe Indulgens animo pes mihi tardus erat: Sæpe uale dicto rurſus ſum multa locutus. Iuſſu extre. aſpectu ultimo quia nunq̃ reuerſurus. Ruit: properat. Irreuocabile. reuocatoribus non auſcultans.

O faci. Amplificando rem poeta ſententioſe exclamat. Dare: ad dandum. Difficiles tue. duri ad ſeruandum. facilius ẽ enim parare q̃ parta ſeruare. Ignaue ma. inertes cœtus. Facilem pre. quam facile prædari poſſet. Frequẽtem: plenam & multos continentem. Capacem ge. hu. quæ cunctos homines caperet ſi in unum coadunarentur. Cum preſſus: fugam improbans & deplorans a contrario argumentatur. Rõani inquit in agris hoſtilibus uallo aggere & foſſa ſe muniunt ac cõtinent: Vos uero urbem munitam ſub primum rumorem relinquitis: Præſſus uexatus. Clauditur: obſidetur ĩ agro hoſtili ut Exercitus Sp. poſthumii ad furculas caudias ubi a ſanitibus obſeſſus caſtra mũiuit ut noctu ſecurus eſſet. Vallo. munimẽto ex uallis hoc eſt palis facto. Aggere ſu. congeries ſubitaria ad munitionem caſtrorum. Securos ſine metu. Tentoria: multum tecta. Munimine ceſpi. ra. munimẽto terræ euulſæ. Ceſpes proprie eſt terra cum uiridi herba euulſa uel exciſa.

OMNIBO. Corripuiſſe. i. incẽdio correpta eſſe tecta. Quatiente ru. quãdo terræmotus eſſet. Turba: adeo omnes præcipites fugiebant: ut nulla ſpes niſi in fuga relicta eſſet. Lymphata: inſana tranſlatio a canibus ſumpta: nam canes lymphati dicuntur: cum in rabiem ſitis obuerſi huc & illuc diſcurrunt. Lymphata enim æquam ſignificat: & nympham: quia nymphæ ſunt fontium deæ n pro l ponitur. Inconſulta: furens. incõſiderata. Velut tanq̃ in fuga ſalus eſſet. ſ. excedere muros. Vtrũq; dicit excedere muros. i. extra muros cedere. Excedere muris. i. a muris diſcedere. Qualis: fugiebant inquit anteq̃ hoſtes uiderent. ſicut nautæ cum uentus inſtiterit: & procedẽs nauem percuſſerit: metuentes ne nauis frangatur: ſe prius in undas præcipites trahũt. Ordo eſt. ſic fugitur in bellũ urbe relicta. Turbidus auſter: uẽtus a meridie: qui ſuper pluuias iducit: ideo turbidus. Libycis ſyrtibus bene libycis dixit: quia a meridie flat auſter: ibi ſyrtes ſunt quæ a σύρω quod eſt traho dicũtur. Veliferi. ferẽtis uela: quæ antẽnæ malo ſuſtinẽtur. Deſerta puppe: ſic adhuc integra urbe romani fugiebãt: ſicut puppe integra nautæ fugiunt. Sparſa. ſciſſa & diſſipata naui. Compage iunctura: quia integra manet. Naufragiũ ſibi quiſq; facit: præceps ſe dimittit in undas tanq̃ fracta ſit nauis: ſic romani ex urbe fugiebãt licet ſecura. Fugitur: imperſonale eſt ad oẽs pertinens. Nullũ iã. dicit romanos tã conſternatos fuiſſe ut nec pater filios. nec uxor maritũ nec frater fratrẽ retinere poſſent: quaſi hoſtes iminerent. Languidus æuo: quaſi ſenectus ipſa cõmiſerationem mouere deberet filiis relinquẽtibus parẽtes æuo cõfectos. Nullũ. ſ. filiũ. Coniunxq;: quæ lachrymas fundens rogabat maritũ ne ſe deſereret: tamen impetrare nõ poterat. Patrii lares: ſaltẽ inquit in urbe morari nõ poterãt tantiſper dũ uota diis facerẽt: ut ſe a periculo belli liberarẽt. Conciperẽt: nec tantũ tẽporis ſumebant quãtũ animo uota pro patria cõciperent: ne dũ uerbis. In limine hæſit. ſicut qui caras ædes relinquũt: quaſi eas nõ amplius uiſuri in limine morãtur dicẽtes erit ne tẽpus ut redeã: ſed hoc illi nõ faciebãt: quaſi hoſtes nũc nũc iminerẽt. Plenus abit uiſu: ideſt nemo diſceſſit ut ſanaret uiſum & conſpectum ſuũ prius aſpiciendo patriã: ſed imemor erat. Ruit irreuocabile uulgus



quod nulla ratione reuocari poteſt. O faciles dare ſumma deos: hic per exclamationẽ quaſi cõtra romanos inuehitur: q̃ urbẽ deſeruerint rerũ dominã quæ uniuerſi terrarũ orbis populos capere potuerit: quãq̃ hoc dicit uoluntate deorũ eueniſſe. qui facile res humanas augeãt: ſed nõ tã facile defendãt: nõ eni quẽadmodũ proni ſunt res ſecũdas hoĩbus pſtare: ita prõpti ſunt eas defendere. Summa: magna imperia. Vrbẽ populis: probat ex eo qđ rõani fecere: Raro deos res magnas: ſicut dedere: ita etiã cõſeruauere. Frequentẽ: celebrẽ & plenã. Victis: nã etiã hoſtes uicti urbe romana donati ſunt. Populis: nã multi populi romã cõfluxerũt. Coeat ſi turba: q̃a ſi populi oẽs in unũ coiiſſent poterat hæc urbs oẽs tutos cõſeruare: eſt ãt hyperbole. Ignauæ manus: inbelles & effœminatæ quaſi ſuæ uirtutis oblitæ. Facilẽ cæ. quã facile dirupuit cæſar. Venturo: iã romã uerſus directo. Cũ præſſus ab hoſte: q̃ deorũ uolũtate hoc fuerit probat: ſæpe inquit romani exiguis caſtris a multitudine hoſtium circundatis ſe cõtinuere. Nũc ãt in tã ualidis mœnibus urbis ſe parũ tutos crediderũt. Preſſus ab hoſte: nũc ãt nullo hoſte inuadẽte ſed cæſare ciue. Externis oris: nũc in patria. Nocturna pericula: nocte etiã putauit ſe tutũ. P. R. in caſtris: nũc ãt ĩ ualidis mœnibus urbis ſe tutũ nõ putat. Et ſubitus rapti: & ſecure dormiuit iter aggerẽ quẽ rapto ceſpite ſubito fecerat. nũc ãt ĩ patria horæ ſpacio ſecurus ſtare nõ audet. Rapti ceſpitis. raptim ſtructi. Ceſpes dicit pars terræ cũ uiridi herba reuulſa ex q̃bus rõani aggerẽ facere ſolebãt. Tẽtoria: tabernacula ubi milites pernoctãt.

Tu tãtum audito bellorum nomine roma
Deſereris: nox una tuis non credita muris
Danda tamẽ uenia eſt tãtorũ: dãda pauorum
Pompeio fugiente timent: tũ ne qua futuri
Spes ſaltem trepidas mẽtes leuet: addita fati
Peioris manifeſta fides: ſuperiq; minaces
Prodigiis terras implerunt æthera pontum
Ignota obſcuræ uiderunt ſydera noctes
Ardentẽq; polum flammis cœloq; uolãtes
Obliquas p inane faces: crinemq; timendi
Syderis: & terris mutantẽ regna cometen.

SVLPI. Nomine rumore. Nox una tu. nõ cre. ma. unius noctis ſpatio tuis muris non confiderunt. Danda tamẽ: Ab accuſatione pompeii uictoris gentium illos expurgat. Tum ne qua. Præterea ne metus minueret omnia erant prodigiis plena de quibus ſic appianus. Mõſtra præterea ac ſigna cœleſtia mẽtem plerũq; territabant. Nã ſanguinem pluiſſe Deum ſudaſſe ſimulachra. Plurima e cœlo tacta fuiſſe templa: Mulam etiam peperiſſe memorant multaq; alia horrẽda apparuiſſe quæ reip. interitum mutationemue portenderent. ſupplicationes igitur ut in communi cõſternatione decretæ ſunt Populus ad Marii ſyllæq; recordationem uehemẽter excitus exclamare cœpit cæſarem ac pompeiũ magiſtratũ deponere oportere: quaſi in hoc ſolo finem bellum eẽt habiturum. Addita: ſuperiori conſternationi. Fides pe. fa. certitudo peioris calamitatis q̃ metuerent. Minaces: terrifici. Prodigiis: ſignis quæ prædicunt. Cice. quia eni oſtendunt monſtrant prædicunt oſtenta portenta monſtra prodigia dicuntur. Obſcure no. homines per noctem obſcuram. Ignota non alias uiſa & obſeruata: plinius tradit. ſtellas repente in cœlo humore fortuito & ignea ui naſci. ſunt tamẽ qui eas eſſe perpetuas credant: ſuoq; ambitu ire: ſed nõ niſi relictas a ſole cerni: Intelligit autem poeta pogonias quæ iubam demiſſam in ſpeciem barbæ habent: & acontias quæ iaculi modo umbrantur ociſſimo ſignificatu: & Xiphias pallidiſſimas: & doliorum figura fumidæq; lucis pythetes: & ceratias in ſpẽm cornus. & Typhões ignea ſpecie ſpiræ modo intorta Ardentẽq; po. cũ uẽtus ad altiora perlatus partẽ ignisætherei ſecũ rapit hoc fieri Ariſtoteles docet. Id etiã eſſe obſeruatũ Poſthumio albo & Sp. fuſio furio cõſulibus libro ab urbe cõdita tertio Liui. ait. Obliquas fa. trãſuerſas q̃ ut inquit plinius emicãt nõ niſi cũ decidũt uiſæ. Earũ ſunt genera duo lãpades q̃ ſunt plane faces & bolides. Faces ueſtigia lõga faciũt priore ardẽte parte. Bolis uero perpetua ardẽs lõgiorẽ trahit limitẽ. Celo p ina. in aere per ſummã eius partẽ quã inanẽ uocãt philoſophi. Crinẽq; ſi. ſidus crinitũ Cometas græci uocãt horrẽtes crine ſanguineo & comaræ mõ in uertice hiſpidas. ut plinius ait. Timẽdi: quia terrificũ magna ex parte ſidus atq; nõ leuiter piatũ ut ciuili motu octauio cõſule: iterũq; põpeii & cæſaris bello. Ariſtoteles in methoris uult in flãmatũ aerẽ circa aliquẽ ex quinq; planetis a quibus naſcũtur fulgura: & cõtractũ cometæ pbere ſpẽm: ſed ſaturni & martis eſſe peiores. Eos autẽ neq; luna neq; ſol gignit. Mutantem re. id eni portendit.

OMNIBO. Tu tãtũ audito: miles caſtra tenuit exiguo uallo: & nũc nõ fidit ſe poſſe mœnia cõtra cæſarẽ defendere: & ideo quaſi cõmiſeratione in hãc apoſtrophẽ uenit: cũ dicis eos nõ circũſeſſos ab hoſtibus ſicut caſtra circũſeſſa tenebãtur ſed tãtũ audito noĩe cæſaris urbẽ deſeruiſſe. Nox una tuis: & nũc nõ ſunt cõfiſi ſe poſſe intra mœnia cõſeruari unius quidẽ noctis ſpacio. Danda tamẽ uenia: Excuſat quaſi romanos dicens: quid mirũ ſi cæteri ro. fugiere: cũ põpeius effugerit: qui ſæpe magna ac periculoſa bella cõfecerit. Dan. dan. anadiploſis eſt quæ uehementiã quãdã ſignificat. Tũ ne qua futuri: præterea aliæ quoq; cauſæ acceſſerũt. Nã cœli terra põtus ſigna dabant futuri mali. Tũ: præter q̃ quod pompeius fugiebat. Ne qua ſpes futuri. i. ne ſperent. Spes. n. ſemper incerta eſt: ergo ſigna euenere adeo certa: ut non ſperent aliquid bonum futurũ. Leuet: leuiores faciat. Fati: fortunæ. Prodigiis terras: quia terra cœlo mariq; ſigna apparuere: prodigia dicta ſunt a prædicendo: q̃ futura prædicant. Dicit enim Cice. præſenſiones rerum futurarũ quid aliud q̃ monſtra & prodigia ſunt. Appianus alexandrinus referens mõſtra ac ſigna cœleſtia quibus territabãtur romani: ſanguinem dicit pluiſſe deum ſudaſſe ſimulachra: plurima e cœlo tacta fuiſſe templa: mulam etiam peperiſſe: multaq; alia apparuiſſe horrẽda: quæ reipu. interitum mutationẽq; portenderent ſupplicationes quoq; in cõmuni conſternatione decretas fuiſſe hæc quoq; & alia pdigia romæ apparuerunt: ut idem Appianus oſtendit: quo tempore geſtum eſt bellum inter ſyllam & marium. Nam & mula peperit: mulier prægnans uiperam pro infante edidit. terræ etiam motus concuſſit terram: capitolium igne correptũ eſt. Ignota: inuſitata. Noctes: ideſt hoĩes in obſcura nocte. Ardentem po. hoc facit uentus cum ad altiora ſublatus partẽ ignis ætherei ſecũ rapit. Obliquas per inane faces: cũ uentus in altiora ſublatus partẽ ignis rapit diuerſas ſpecies flammarũ facit: & imitat̃ ſtellas candentes. Per inane: ideſt per conuexitatem cœli. Crinemque timẽ

di:ideſt cometen.nam cometes eſt crinita ſtella. Et tertis:& pro ideſt.

Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno.
Et uarias ignis dẽſo dedit aere formas.
Nunc iaculũ lõgo nũc ſpſo lumine lampas
Emicuit cœlo.tacitũ ſine nubibus ullis
Fulmẽ.& arctois rapiẽs de partibus ignẽ
Percuſſit latiale caput.ſtellæq; minores
Per uacuũ ſolitæ noctis decurrere tempus
In mediũ uenere diem cornuq; coacto
Iã phœbæ toto fratrem cũ redderet orbe
Terraq; ſubita ꝑcuſſa expalluit umbra
Ipſe caput medio titã quũ ferret olympo
Cõdidit ardentes atra caligine currus.
Inuolluitq; orbem tenebris.gẽteſq; coegit
Deſperare diem.qualem fugiente ꝑ ortus
Sole thyeſteæ noctem duxere mycenæ

SVLPI. Fulgura:fortuitorum fulgurum uaria genera tio eſt.Illa uero fatidica ex alto ſtatiſq; de cauſis & ex ſuis ue nere ſideribus ut plinius ait.& ſic e ſtellis illis tanq̃ ſcintilla e carbone progrediuntur. Micuerũt:ſpenduerũt. Fallaci: quia non niſi cœlo nubilo naturaliter apparere ſolent:nunc uero prodigioſe.M.herẽnium Decurionem in Catilinianis prodigiis ſereno die fulmen ictum plinius ſcribit. Denſo aere: ſpiſſo & contracto priſcianus in libro carminum legit tenſo id eſt extẽto. Nunc iacu.explicat ipſas uarietatem & per iaculum acontias accipit. Lampas:lampades ardentes imitatur faces q̃q̃ plinius ait Scintillam e ſtella cadere & au geri terræ appropinquantem ac poſtq̃ in lunæ magnitudinẽ facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die.deinde quum in cœlum ſe re ciperet lampadem factam ſemel proditum. Tacitum:ſine tonitru. Sine nu.nubes enim tonitrua edere conſtat. De ar.par.cum proprie ex auſtrali naſcantur & notus ipſe dicat fulminis fabricator. Itaq; plinius ait per plurimũ referre un de uenerint.fulmina & quo conceſſerint. Caput la.romam uel ædem Iouis latialis apud albam. Stella mi.ad differenti am quinq; planetarum errantium quæ ſtellæ appellant mi nores dixit. Decurrere:oriri & uerti. Vacuum non occu patum a ſolis luce ut dies. Venere:apparuere. Cornuq; co. Tempus & cauſam lunaris eclypſis paucis complectitur:Nam non fit niſi plena luna & per terræ interpoſitionem ob quam luna ſolem nequit aſpicere:ut obiectu ipſius lunæ inter ſolem & terram fit ſolaris defectus.hinc plinius manifeſtum eſt inquit Solem interuẽtu lunæ occultari lunamq; terræ obiectu ac uices reddi eoſdem radios luna interpoſita ſuo auferente terræ terraq; lunæ. Coacto:cõiuncto quod coierat. Redderet fra.repræſentatet ſolem integra rotunditate. Expalluit:non luxit ecclypſim paſſa eſt. Vmbra:obſcura interpoſitione. Ipſe ca.Sol quoq; ait meridie ita defecit ut omnis terra tenebris obduceretur. Caput:quod eſt radiis coronatum ut fabulæ canũt. Ardentes:flammigeros. Atra cali.obſcuris tenebris. Diem:diei lucem. Qualem no.obſcuritatem & tenebras Duxere:contraxere. Mycenæ thy.Mycenæ oppidum eſt in argolide apud quas Thyeſtes pelopis hippoda miæq; filius Meropem Atrei fratris uxorem ſtuprauit ſuſcepitq; ab ea filios. Inde eiectum regno cum ficta gratia reuocaſſet attreus:tris ei liberos epulandos appoſuit:quo ſcelere ſol iam altior indignatus in ſuos ortus reuerſus eſt:& terra tenebris inuoluta. Per ortus:per orientem.

OMNIBO. Fulgura fallaci.Ariſtoteles in metheoriis(nã dicũtur μετέωρα quæ apparẽt in regione ætherea) cometarũ cauſam dicit.fulgura enim naſcuntur ex uno quinq; planetarum uel a Ioue: uel a ſaturno:uel a Marte: uel a Venere:uel a Mercurio.hi planetæ aerẽ qui circa ſe eſt inflammãt:inflammatũ ſuo ſplẽdore cõtrahũt:deinde cometæ ſpeciẽ præbent:ſed ſaturni & Martis peiores ſunt:a reliquis aũt minus mali ſignificatur:ſed de his nũc in telligit nã ſi a ſaturno fuerint:famen & peſtem ſignificant:ſi a reliquis:uaria portendunt: pro ut ipſi ſunt planetæ: quarũ naturã & Pli.in.ii.cõmemorat. Fallaci:quia tametſi ſerenũ uidebatur:tamen uerũ nõ erat:Nã ut idẽ Ariſto les ait:nõ poteſt eſſe fulgur ſereno aere:cauſa materiæ eſt uapor ſiccus:qui totus facile accenditur:locus ubi gene ratur tanq̃ in uaſe eſt nubes aquoſa. Vterq; uapor & ſiccus & aquoſus rapido cœlo ſubuehitur:& terreſtris uapor qui nõ tam facile diſcinditur:ſicut aquoſus in medio illius cõſtringitur:aquoſus circa illum in circuitionis modũ expanditur:ſiccus uapor & calidus in medio comprehenſus eſt:& fugit:& fugiendo contrahit humidũ.humidus aũt cõtractus fugientem proſequitur & urget:& impellit:ita ignis a contrario pulſus contrahit nubem,& magno cũ ſonitu & fulgure nubẽ erũpit. Nunc:Aliquãdo. Iaculũ:flãma illa fulguris quæ iaculus uidet. Sparſo lumine: lampas:pro ipſa ſparſa per cœlũ. Tacitum:Hoc mirum fuit:ꝙ ſine fulgure fulminata ſint mœnia urbis. Tacitũ .ſ.tonitru nã fulmen cõtortũ ſine tonitru,& ſine nubibus prodigiũ eſt:fulminũ auctore plinio plura genera tradũ tur:uerũ quæ ſicca ueniunt nõ adurunt ſed diſſipant:quæ humida nõ urunt:ſed infuſcant:tertiũ eſt quod clarum uocant mirificæ maximæ naturæ:quo dolia exhauriũtur intactis operimẽtis:nulloq; alio relicto ueſtigio : aurũ & æs & argẽtũ liquatur:intus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis:ac ne cõfuſo quidẽ ſigno ceræ.Martia princeps ro manorũ icta grauida:partu exanimato:ipſa citra ullum aliud incõmodũ uixit.In catilinariis prodigiis pompeiano ex municipio herẽnius decurio ſereno die fulmine ictus eſt. Et arctois partibus:cũ dẽret rapere de partibus me ridianis.Latiale caput:ideſt romã q̃ eſt caput latii uel capitoliũ. Stellæ minores:Minores appellãtur comparatio ne ſolis & lunæ & ideo ꝓdigium ẽ ꝙ ſtellæ moueant quæ ſemper in firmamẽto fixæ ſtant:mouere aũt uidet qa cœlũ ſemp uoluit. Cornuq; coacto luna nõ obſeruato tẽpore ſubito obſcurata eſt. Vmbra terraq; tangit cauſam eclypſis lunæ:qui fit obiectu terræ inter ſolẽ & lunã.quũ pleniluniũ eſt:& luna umbrã terræ quæ metæ figuram fa cit:attigerit:repentinæ inducunt tenebræ.ἐκλείπω ſignificat deficio:unde ἐκλείψις defectus. Coacto:coniun cto:cum cornua in unum coierunt luna tunc plena eſt. Fratrem.i.ſolis ſplendorem redderet orbi:nam non ſuo lumine luna lucet:ſed radiis ſolis illuſtratur:ſicut cætera ſydera.ſolis aũt eclypſis eſt cum luna per pendiculariter ſubiecta ſoli fuerit & ſolis radii excepti a luna ad nos peruenire nõ poſſunt:& maior eſt pro ut perpendiculariter ſoli ſubiecta fuerit. Fratrẽ:ideſt ſolem:nam Phœbus & diana ſecundũ fabulas fratres ſunt:ex Ioue & latona nati Expalluit eclypſim paſſa eſt. Inuoluit:circũuoluit. Deſperare diem.Quia gentes credidere nunq̃ diẽ reditur:



Sole thieſtiæ non aliter obſcuratus eſt q̃ cum Atreus in cœnam fratris filium thieſtæ fratri epulandum appoſuit: nota fabula:quo ſcelere ſol obſcuratus eſt. Mycenæ thieſte .Vbi habitauit thieſtes:ſed fratrem pro fratre:poſuit nam Atreus maior erat & rex mycenarum. Duxere noctem.Quia ſol a meridie in ſuum ortum redit.

Ora ferox ſiculæ laxauit mulcifer ætnæ
Nõ tulit i cœlũ flãmas : ſed uertice prono
Ignis i heſpiũ cecidit latus:atra carybdis
Sãguineũ fũdo torſit mare:flebile ſæui
Latrauere canes: ueſtali raptus ab ara
Ignis:& oſtẽdẽs cõfectas flãma latinas
Sciditur i partes geminoq; cacũie ſurgit
Thebanos imitata rogos:tũ cardine tellus
Subſedit:ueterẽq; iugis nutãtibus alpes
Diſcuſſere niuẽ.tethys maioribus undis
Heſperiã calpen ſũmũq; ipleuit atlanta.
Indigetes fleuiſſe deos:urbiſq; laborem
Teſtatos ſudore lares:delapſaq; templis
Dona ſuis:diraſq; diẽ fœdaſſe uolucres
Accipimus:ſiluiſq; feras ſub nocte relictis
Audaces media poſuiſſe cubilia roma.

SVLPI. Ora fe.ætneus ignis qui tendebat in cœlũ italiam uerſus maiori cum copia ſe in italiam iclinauit. Mulcifer:uul canus. Laxauit ora:aperuit lentauit craterẽ. Etnæ:Etna mõs in ſicilia ardens a quo ad lypatem eſt antrum & officina uulca ni:qui Ioui cũ cyclopibus fulmina fabricat. Quanq̃ & Tiphœ um ſiue enceladum gigantem ætnæ ſubpoſitum flammam il lam per os dicunt emittere.In la.heſ.e regione uicina italiæ. Atra caryb.ſiculum fretum cruentum apparuit.Carybdis lo cus eſt qui aquas attrahit & ſorbet inuertẽdo & ruſus emittit. Fuit ãt anus rapaciſſima quã cum illuc hercules præcipitaſſet loco nomen dedit. Torſit:conuoluit. Sæui ca.de.Scylla dicit quæ puella pube tenus cerces ueneficio in canes conuerſa fin gitur: cum ſit locus cauernis plẽus qui percuſſus a fluctibus la tratus uidetur emittere. Flebile:flebiliter. Veſtrali ra.Ignis ueſtæ perpetuus qui a Virginibus in Capitolio ſeruabatur ex tinctus eſt. Raptus:remotus. Ab ara:quæ pro foco eſt. Et oſtendens:flãma ſacrificii quod fiebat Ioui albano in duas par tes eſt prodigioſe diuiſa. Latinas:ſacra latialis Iouis a latinis populis qui ad albam conueniebant. Confectas:finitas:nam peracto nocturno ſacrificio latinæ finitæ erant . Vnde alibi ui dit flammifera cõfectas nocte latinas. In par.quod indicat po puli diuiſionem. Gemino cacu duorum diſcordiam ducũ por tẽdit. Thebanos ro.Etheoclis & polinicis qui filii œdipi poſt q̃ mutuis ſe uulneribus cõfecerũt in eodẽ rogo:ille ab Antigone ſorore:hic ab Argia uxore poſiti gẽinã flãmã ſum mumq; æterni teſtimonium odii emiſerunt.ſtatius in.xii . Exundant diuiſo uertice flamme alternoſq; apices abru pta luce corruſcant. Subſedi. cat.cõcuſſa a firmamẽto ſuo eſt facta depræſſior relicta foſſa & loquitur de hiatu mox uero de motu terræ. ſic liuius Terra uelitris trium iugerum cauerna ingenti deſederat. Veteremq; q̃ntus fuerit ter ræmotus hoc uno indicat argumento quod alpes ſunt agitatæ. Diſcuſſere:eiecere. Veterem:multorũ annorum. Nutantibus iu.trementibus ſummitatibus. Tethys:oceanus ipſe. Calpen:Calpe mons eſt cũ eiuſdẽ nominis ci uitate ab hercule cõdita in ultima hiſpania europã terminans una ex metis herculis.Nã altera quæ terminat aphricã appellatur a byla ut auctor eſt ſtrabo.hæ aũt cũ cõtinuo iugo tenerentur hercules ſeparauit & in terras admiſit ocea nũ ut etiã meminit mela. Heſperiã:hiſpanã. Atlanta:Atlas mons altiſſimus ab occidente per aphrycã producitur in meridiẽ. Accipimus:audiuimus. Indigetes.ſimulachra deorũ.Indigetes auctore feſto hi dii ſunt quorũ noĩa uul gare nõ licet.hoc noĩe æneas eſt ab aſcanio appellatus cũ pugnans cũ Mezentio nuſq̃ apparuiſſet. Erant aũt indige tes dii minores ex hoĩbus facti ſic dicti quaſi in diis ægẽtes uel quod rei nullius indigeãt. Teſtatos labo.indicauiſ ſe calamitates futuras.hæc oĩa & ſi accidere potuerũt tamẽ ,exiſtimamus poetam ex ueteribus hiſtoricis collegiſſe ut ex liuii lectione licet aduertere. Delapſa do.ſponte decidiſſe ornamenta & coronas deorum. Diras:horrẽdas & mali augurii ut ſtriges bubones noctuas. Fœdaſſe:maculaſſe qa inſolite apparere. Feras:ſilueſtria aĩalia. Au daces:contẽpto hoĩum metu. Poſuiſſe cu.cubitũ ueniſſe adinueniſſeq; luſtra. Sub nocte:per noctẽ.

OMNIBO. Ora ferox:dicit ætnam emiſiſſe ignem:ſed non rectum:ut antea:ſed italiam uerſus fluxiſſe:ut faci le poſſe apparere peſtem italiæ imminere. Mulciber.i.uulcanus poeræ enim dicunt in monte ætna uulcani offici nam eſſe & ignem emittere quotiens fornacibus ar den tibus aliquid fabricare cœperit . Nec tulit in cœlum f.nã natura ignis eſt ſemper ſuperiora petere:Nunc autẽ non ita fecit. In Heſperium latus.Qui a aliquando ſicilia con iuncta fuit italiæ:ſed longo ſpacio temporis fluctus maris diremit latus ſiciliæ. Atra carybdis:in ſanguinem dicit conuerſas eſſe maris undas:quod ſignũ erat cædis futuræ . Flebile:pro flebiliter . Sæui canes.ſ.ſyllæ:nam hoc fabula habet ſyllam fuiſſe uirginem pulcherrimam quam glaucus deus marinus amauit:Circe ãt quæ amore glauci tenebat:inuidere.cœpit & fontẽ uenenis uitiauit ubi ſylla abluere ſe ſolebat:in quem : ingreſſa puella dimidia par te ſui in canes eſt cõuerſa illa autem ſuis monſtris territa ſe in mare deiecit eſt autẽ locus in freto ſiculo ſaxa habẽs ca uernoſa:in quæ colliſæ undæ latratum canum repræſentant. Veſtali raptus ab ara:ait ẽt ueſtalem ignem ſubito cor reptum fuiſſe ab ara:& holocauſtum uictimarium diuiſum eſſe:quæ ſigna deorum indignationem ſignificabant. Confectas:Finitas: nam ignis qui accenditur in fine holocauſti oſtendit ſacrificium eſſe finitum.Holocauſta autẽ ſacrificia erant in quibus tota uictima comburebatur græce ὁλοκαύτωμα latine uero ſacrificia in honorem Iouis i albano monte conſtituebantur:quo omne latium conuenire ſolebat dicta quoniam eo die inter latinos & po.ro.fœ dus ictum fuit:licebatq; latinis a ro.po.ex ſacris uiſcerationem petere.Cicero pro planco: Quibus eſt mũicipiis uix qui carnem latinis petant inueniuntur. Scinditur in partes . Quod ſignificat ducum diſſenſiones . Thebanos imi.ro.dicit nõ aliter ſciſſam fuiſſe flammam quam ſciſſa eſt quondam in rogis fratrum. Etheoclis & polinicis:cum ille a ſorore antigone:hic ab uxore argia rogo ſuperimpoſiti ſunt:quo rogo flammæ ſciſſæ:ſunt tanquã adhuc mor tui pugnare uellent. Subſedit:ſubmiſſa eſt. Cardine.i.a centro ſuo declinata eſt. Nutantibus:concuſſis. Ni uem:ſignificat autem terremotum fuiſſe. Tethys maioribus.i.mare inflatum eſt adeo:ut calpem undis ſuperaret.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Calpe in europa & Abila in aphrica mõtes ſunt inter quos mare mediterraneum irrumpit: & indigenæ columnas herculis appellant. Atlanta:mons eſt in mauritania altiſſimus. Indigetes:dicuntur qui ex hominibus facti ſunt dii:dicti quaſi in diis agentes:uel ꝙ nullius rei indigeant:qui etiam diui dicuntur. Lares:deos penates. Teſtes.L. .ſ.oam quia marmora ſudabant:ideo magnum laborem fore oſtendebant. Dona:arma. Diraſq;.d.f.u.ut bubones noctuas ueſpertiliones:ſtriges:quæ tempore noctis uolitare ſolent:nunc die uolabant. Siluiſq; fe. Hoc magnum fuit ꝙ feræ irrumperent urbem & in medio foro cubilia ponerent. Sub nocte:tempore noctis. Audaces:Quia in frequentiam hominum uenire auſæ ſint.

Tũ pecudũ faciles hũana ad murmura lin/
Mõſtroſiq; hoiũ ptꝰ;nũeroq; mõq; (guæ
Mẽbroꝝ:matrẽq; ſuis cõteruit iſans
Diraq; p populũ cumanæ carmina uatis
Vulgantur. tũ quos ſectis bellona lacertis
Sæua mouet cecĩeȓ deos: crinẽq; rotãtes
Sanguineũ populis ulularũt triſtia galli
Cõpoſitis plenæ gemuerũt oſſibus urnæ
Tũ fragor armorũ,magnaq; p auia uoces
Auditæ nemoꝝ. & uẽiẽtes cominꝰ ũbræ
Quiq; colũt iũctos extrẽis mẽibꝰ agros
Diffugiũt. ingens urbẽ cingebat erymnis
Excutiẽs pnam flagranti uertice pinũ
Stridẽteſq; comas: thebanã qualis agauẽ
Impulit,aut ſæui cõtorſit tela lycurgi.
Eumenis.aut qualẽ iuſſu iunonis iniquæ
Horruit alcides uiſo iã dite megæram
Inſõuere tubæ. & quãto clamoȓ cohortes
Miſcẽtur.tantum nox atra ſilẽtibꝰ umbris

SVLPI. Pecudum:animalium quæ ſub imperio hominũ ex pabulo terræ paſcuntur: ut in ſecundo bello punico bos in agro romano & in priuernati. & Bello macedonico Gn. Domitio Conſ. dixit Roma Caue tibi. Monſtroſiq; ho.par.fœtus fœminarum contra naturam ut pro puero ſerpens. Numero & modo mẽ,ut plura aut pauciora & diuerſa a naturalibus mẽbra haberent. Puerum elephantino capite Sinueſſe natum liuius ſcribit & Arimini pueros ingenuos ſine oculis ac naſo: & in piceno non manus nõ pedes habente natum & Arretii Vnimanum. Cõſtat & bicipites natos & androginos & gemina membra habentia. Diraq; hor.ex quibus unum tribus.R.R.R.& totidem.F.F.F.notatum fuiſſe dicunt:& ſic interpretatum:Ferrum flamma fames Romula regna ruẽt. Tum quos ſe.ad hæc bellonæ Cybelleſq; ſacerdotes ſunt triſtia uaticinati. Bellona: quæ & duellona dicitur ſoror eſt martis uirtutiſq; dea cui ut inquit lactantius ſacerdotes non alieno ſed ſuo cruore ſacrificant ſectis nanq; humeris & utraq; manu diſtictos gladios exerentes currunt efferantur inſaniunt. Mouet:concitat in furorem Sectis la.uulneratis brachiis ut inde ſanguinem deæ libarẽt. Cecinere de.uaticinati ſunt deorum iram & uolũtatem. Galli: ſacerdotes cybeles caſtrati dicti a Gallo phrygiæ fluuio ex quo qui bibit furit. Rotantes cri.rotando iactantes Oui. Cedunt iactatis iulia membra comis, Idem Longaq; in inmundo puluere iacta coma eſt. Rotantes er.cri.uertentes agitanteſq; caput crinitum. Nam inter ſaltandum capita iactant quod cotiptin dicitur & hinc corybantes appellãtur ut ait ſtrabo.& qui numine corepti & furiis agitati id faciunt corybantiare dicuntur. Sanguineum:cruentatum ex furore. Vlularunt cum ululatu uaticinati ſunt aduerſa.grandi eni uoce tympana & aera mouetes cantabant. Vrnæ ple.ex ſepulchris inquit auditi gemitus poſuitq; urnas cinerũ uaſa pro umbris ipſis. Compoſitis:bene placatis nam implicati manes gemere & errare dicuntur. Tum fra.ſimile prodigium ſecundo bello punico accidit.& in Cæſaris morte.hinc Virgilius. Armorũ crepitus toto germania cœlo audiit Itaq; bene plinius inquit.armorum crepitus & tubæ ſonitus auditos e cœlo.Cimbricis bellis accipimus:crebroq; & prius & poſtea.tertio uero conſulatu Marii a Mamertinis & tudertibus ſpectata arma cœleſtia ab ortu in occaſum inter ſe cõcurrentia. Magnæ uo.Cice.de diuinatione ait:ſæpe etiam in præliis fauni auditi:& in rebus turbidis ueridicæ uoces ex occulto miſſæ eſſe dicuntur. Per auia ne.per ſiluas ſine uia. Venientes co.apparãtes cominus in loco propinquo.Quiq; co.qui iuxta murum urbis & pomerium habitant territi monſtris deſerunt domos. Erymnis:furia. Excutiens pi.pro agitans facem ex pinu intentã in obuios. Flagranti uer.ardentem. Comas ſtri.colubros & Ceraſtas ſibilantes quos gerit pro comis. Cingebat:circuibat. Thebanam aga.agaue Cadmi & hermiones ſilia & uxor echionis ſubito furore correpta Pentheum filium bacchi contemptorem quem aprum eſſe putabat dilaniauit. Qualis eu.Qualis furia ſic a contrario appellata:nam Eumenis bona interpretatur. Impulit:in furorem uertit. Contorſit:conuertit in ipſum. Lycurgi:lycurgus trax Driantis filius bacchi numen exoſus dum uites uult amputare inſania percitus ſua ſibi crura concidit. Megæram:quæ una ex tribus furiis magna contentio interpretatur.thyſſiphone uero irarum uox.alecto inquieta. Iuſſu ini.Iu.inpulſu moleſtæ deæ quæ euriſteum regem athenarum urgebat ut herculem ad uaria monſtra domanda mitteret.cũ itaq; ad inferos in Cerberum acceſſiſſet plutonis aſpectum non reformidauit:ſed cum Megæram angues erigẽtem uidiſſet uehementer ut eſt apud ſenecam timuit. Viſo iam di.poſt uiſum plutonem. Tubæ:furiarum uel umbrarum. Nox edi.noctu emiſſus eſt. Silentibus um.per ſilentia tenebroſa.

OMNIBO. Tu pecu.faci.Acceſſit ẽt boues locutos fuiſſe:pecudes ãt pro bobus poſuit.apud etiã T.Liuiũ accepimus bouẽ locutã.io triũphe:caue tibi roma.Ad humana murmu.ad humanã uocẽ. Monſtroſi partus hoium.declarat:quia maiora & plura membra habuere ꝙ ſolent. Modo:magnitudine: Matrẽq; ſu. Quia cũ maiora & plura mẽbra ſe peperiſſe mater uideret ꝙ ſolita ſit:tertia ẽ. Dira carmina.c.u.Quæ in libris ſibyllinis iuẽta ſunt uidelicet. R.R.R.F.F.F.uates hoc mõ interptati ſunt.regnũ romæ ruet:ferro:fame:fuga. Tunc quos ſectis.Etiã Cybelis matris deorũ ſacerdotes in furorẽ uerſi ſunt.bellonã aũt pro cibele poſuit.Nã ex Apuleii ſentẽtia eadẽ erat bellona cybele:& iſis:idẽq; ſacerdotes triũ dearũ ſacra peragebãt in ſacriſq; bellonæ ipſi ſacerdotes nõ alieno ſed ſuo cruore ſacrificabant.ſectis nanque humeris & utraque manu gladios diſtrictos exercentes currebant:& uelut inſani ferebantur quam turbam Mar.entheatam.i.phanaticam appellauit ut Nec turba ceſſat entheata bellonæ. Sectis lacertis.i.bra/



chiorũ uenis inciſis:nã galli ſacerdotes ſanguine ſuo placabant Cybellẽ: & crinibus rotati in furorẽ uertebantur. Cecinere de.i.oracula deorũ. Sæua:quia ſæuos facit ſacerdos. Triſtia.ſ.oracula. Compoſitis ple. dicit etiã ſepulchra mortuorũ gemitũ dediſſe. Compoſitis.locatis in urna. ſic Catullus.Inter cognatos compoſitũ meres. Tũ fra. ar.ſ.auditus eſt.Eſt autẽ zeugma a medio. Per auia:quæ procul a uia ſunt. Quiq; co.i.qui in ſuburbanis uicis habitant romã uenere nunciantes ſe uidiſſe megerã quæ flammis & flagellis ſerpentinis urbẽ ambiret. Erynnis:furia infernalis. Excutiens pronã:ardentẽ facẽ altera manutenens & altera ſerpentia flagella. Stridentes co. propter ſerpẽtinos crines. Agauẽ.agaue mater penthei qui ſacra libri patris a mœnibus ſuis ammouit:liber pater indignatus authonoẽ materterã & agauẽ in furorẽ uertit:quo furore extimabant phentheũ aprũ eſſe:& eũ occidere.mater uero caput filii per urbẽ furens geſtabat putans aliud apri caput. Sæui.lycurgi regis thraciæ:qui & ipſe indignatus bacchũ ipſũ quoq; a mœnibus arcebat:& eo uſq; proceſſit indignatio ut uites etiã inciderent:quod dũ facere uellet crura incidebat hoc ideo fingitur quoniã abſtemius fuit: Eumenis:furiæ eumenides dominatur ab ευμενὴς beniuolus κατὰ ἀντίφρασιν. Horruit al.i. hercu.qui ditẽ uidit & nõ timuit:ſed uiſa megæra totus horruit.nã hercules rediens ab inferis. iuſu iunonis nouercæ in furorẽ uerſus eſt: & lycũ qui urbẽ ſuã ceperat occidit ac proprios liberos cũ uxore megæra credens eos eſſe lyci filios:hoc late patet apud ſenecã in hercule furente. Silentibs umbris.i.ſilenti nocte.

Edidit.& medio uiſi cõſurgere campo
Triſtia ſyllani cecinere oracula manes:
Tollentẽq; caput gelidas aniẽis ad undas
Agricolæ fracto mariũ fugeȓ ſepulchro.
Hæc pp placuit thuſcos d̃ moȓ uetuſto
Acciri uates:quoꝝ qui maximus æuo
Aruns incoluit deſertæ mœnia lucæ
Fulminis edoctus motus.uenaſq; calẽtes
Fibraꝝ,& monitus uolitãtis i aere pẽnæ
Mõſtra iubet primũ,nulloq; ſæmie diſcors
Protulerat natura rapi.ſteriliq; nefandos
Ex utero fœtus infauſtis urere flammis.

SVLPI. Et medio uiſu: ſyllæ etiã & marii umbræ qui bellis ciuilibus gauiſi ſunt ad ſua ſepulcra apparuere. Medio campo.ſylla e puteolis ubi pediculari morbo deceſſerat romã relatus in foro eſt uſtus & in martio campo ſepultus. Triſtia ora: uaticinia triſtitiã afferẽtia. Fracto. cũ iã olim fractũ eſſet a ſylla Cice.ſic ait Caii marii ſitas reliquias apud Aniẽnẽ diſſipari iuſſit ſylla uictor acerbiore odio incitatus ꝙ ſi tã ſapiens fuiſſet ꝙ fuit uehemens. quod aut ſcio an timens ſuo corpori poſſe accidere primus e patritiis corneliis igni uoluit cremari. Tollentẽ ca. reſurgentem & apparentẽ. Ad undas ani. iuxta Aniẽnẽ fluuium qui per tybur ſe præcipitãs exit in tybrim. Olim autẽ anio uetus & Anio nouus influebant in urbẽ ut docet frontinus. Hæc propter: ad hæc prodigia procuranda placandoſq; deos acciti ſunt hetruſci aruſpices inter quos Aruns qui monſtra cõburi & urbẽ luſtrari iuſſit. Incoluit: inhabitauit proſtheſis eſt: nã ciuẽ nõ incolã idicat. Lucæ deſertæ:ad mõtes lunæ incumbens urbs eſt luca ubi plerię uicatim habitant Strabo ait: ſunt qui lunæ legant quod oppidũ quoq; etruriæ eſt cũ portu nobili quẽ ſicut & ciuitate ſelenes id eſt lunæ dicunt. Fulminis edo. mo. pyromaticus fluminũ enim cauſã & naturã & quod protenderent callebat. Venas ca.fi. tenebat etiã aruſpicinã: & erat uerus ariolus. Fibrarũ.fibræ ſunt iecoris partes: & uelut diuiſæ appendices ab eo quod ueteres fibrũ extremũ dicebantur ait Varro:Diuiditur autẽ iecur in quattuor fibras:pulmo in duas ut Celſus tradit Cordis quoq; & herbarũ radices fibras dicimus. Monitus pẽ.uo.i.doctus augur & duobus uerbis duplicẽ ex auibus diuinationẽ expræſit:nã aut manent garritu & uoce & oſcines dicuntur:aut uolatu & præpetes appellantur. Rapi: raptim capti & interimi.Nã etiã Ariſtoteles monſtroſa educare nos uetuit. Diſcors:natura diſcordante enim a ſeipſa:& uelut diminuta aut nimia monſtra naſcuntur. Nullo ſemine: nullo coitu: aut nullo a ſimili monſtro principio. Ex utero ſteri. hoc propter mulã quæ pepererat dixit. In fauſtis:infelicibus.

OMNIBO. Medio uiſi.cõ.& uiſæ ſunt umbræ:hinc ſyllæ triſtes:inde marii lætæ. Campo:quia in campo martio ingẽti pompa a P.R.ſepultus ſylla fuerat. Triſtia: ſignificabat enim pompeiũ cũ ſuis uictũ iri. Gelidas anienis: nã apud ripas anienis ſepultus erat Marius:ubi enim erant ſepulchra mariana. Hæc propter placuit. prodigia eiuſmodi diuerſis in locis futuri mali prænuncia apparuerant: Cenſuit ergo ſenatus accerſcendos eſſe uates etruſcos qui omni diuinitate periti erant:ſicut ab ipſis ſacrorũ omniũ principia manauerant:& eorũ uetuſtiſſimus erat aruns:qui audito prodigio primo præparat ſi qua rome deos placare poſſet. Hæc propter: hyſterologia eſt .i.præpoſterus ſermo qui ſit quotiens ſermo qui præponi deberet poſtponitur. Placuit.ſ.ſenatui.poq;.ro. Demo. ue.ſic eni mos erat romanorũ uates etruſcos accire:ꝙ eiuſmodi rerũ periti ſſimi erant. Lunæ:luna eſt ciuitas liguriæ quæ nunc deſerta eſt.eiuſdẽ nominis portus iuxta eſt pulcherrimus:quẽ græci σελήνης.i.lunæ appellãt. Ful.edoc.i.qui noſcit quotiens flumina uel ratione ferũt:uel præter rationẽ:nã ſi ratione mouentur prodigiũ nõ eſt ſi uero contra rationẽ prodigiũ id appellat. Mouent autẽ fulmina & locis & temporibus ſecundũ rationẽ: locis:ut in frigidis & calidis temporibus in frigidis raro mouet fulmẽ:ut pote in ſexto & quinto climate:mouet autẽ in tropico æſtiuo cũ ſol eſt in capite cancri uel accedens uel recedens:tunc eſt fortis calor:& uapores terræ ſubleuat:quibus coniunctis fulmẽ efficit locis calidis in æquinoctiali tropico & frequentius cũ ſol eſt in capite arietis uel libræ:quia in locis calidis nõ poteſt moueri tropico æſtiuo:quia calefacti calores conſumerent priuſꝙ ſubleuarent: & fulmẽ fieri nõ poſſet:ꝙ ſi moueret fulmẽ prodigiũ eſſet:ergo dicit eũ fuiſſe doctũ quotiens eſſet prodigiũ uel nõ. Venaſq; calentes:aruſpicinæ peritũ fuiſſe ſignificat. Calentes:adhuc palpitantes:& ſi lætæ fuiſſent rẽ proſperã futurã ſignificarẽt: ſi e contra aduerſa. Fibrarũ: fibræ propriæ dicunt uenæ iecoris. Monitus admonitiones:ſignificat auſpicii peritũ. Pennæ:hoc eſt præpetis auis partẽ pro toto poſuit:nã auiæ aliæ ſunt præpetes:aliæ oſcines:præpetes ſunt quæ auſpicia uolatu ſignant.oſcines uero quæ uoce futura prænunciãt dictæ ab ore & cano. Mõſtra iubet:id eſt aboleri & comburi mõſtra quæ ſupra dixit Natura diſcors:quia ſibi ipſi natura diſſentiebat quũ pduceret mõſtruoſos ptus. Nullo ſe ideo pdigiũ qa præter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

naturam ut anili ſemine aut uirgineo. Semine:quia uirgo. Sterili : quia anus. Neſandos : execrabiles.

SVLPI. Ambiri:luſtrari. Pōtificeſ:pōtificibus iquit præ
cedētbus i luſtratiōe urbis reliqui ſequebātur Numa eni ſacer
dotū ordinē & cultus diuini iſtutitionē diuiſit in curiōes qui ꝓ
curiis hoſtias iolabāt.In flāines qui pilleū aſſidue geſtabāt.In ce
lerū duces qui reges cuſtodiebāt.In augures qui futura collige
bāt.In ueſtales uirgies quæ deos præcarētur.In feciales qui ōel
li & pacis auctores eēnt & i pōtificē maximū cui oia ſacra exſcri
pta tradidit & tā priuata ꝙ̄ publica ex ſcitis eiuſ ſubiecit ex diōy
ſio ſuperiora:ſed poſtremū ex liuio. Luſtro fe.ſancta circuici
one & purgatiōe eſt eni luſtrū quinquēnale tēpus : nā quinto
quoq; anno ciuitas luſtrabatur peracto cēſu & triburis exactis
auctorē.Varro. Cigere: circūdare. Pōeria: liuius auctor ē pōe
riū ſignificare ſpaciū tā extra ꝙ̄ itra murū: quod neq; arari fas e
rat : diciq; nō magis quod poſt murū eſſet ꝙ̄ quod murus poſt
id. Turba mi. mioris auctoritatis ſacerdotes. Ritu.gabi.hoc
eſt toga ſic i ſiniſtrū humerū reiecta ut una eius lacinia a tergo
reuocata hoiem cigat. Quo cultu utebatur & cōſul bella indi
cturus.Originē habuit a gabiis qui dū ſacrificarēt audito hoſti
um aduētu ſic accīctis togis i hoſtē profecti ſunt uictoreſq; re
dierūt ꝙ̄ꝙ̄ & cīct⁹ gēus eſt ueſtis.Gbii oppidū eſt ad dexterā uiæ
præneſtiæ ubi & latōiæ ſunt diſtātes Rōa & præneſte ex equo
ſtadiis cētū ſtrabo docet. Sacerdos uittata:maxia ueſtaliū uela
ta.Erāt āt Veſtales uigiti & cauet̄ pappia lege.De eis plutarchū

Mox iubet & totā pauidis a ciuib⁹ urb
Ambiri: & feſto purgātes mœnia luſtro
Lōga per extremos pomeria cingere ſic
Pōtifices ſacri quibus ē permiſſa poteſta
Turba minor ritu ſeqtur ſuccīcta gabino
Veſtalemq; chorūq; ducit uittata ſacerdos
Troianam ſoli cui fas uidiſſe mineruam.
Tū q fata deum ſecretaq; carmina ſeruā
Et lotā paruo reuocant almone cybellen
Et doctus uolucres augur ſeruat̄ ſiniſtras
Septemuirq; epulis feſtus. ticiīq; ſodales
Et ſalius læto portans ancilia collo:
Et tollens apicem generoſo uetice flāen
Dūq; illi effuſā lōgis a mfractib⁹ urbem
Circueūt . aruns diſperſos fulminis igne

in uita Nūæ & Gelliū lege. Mineruā:palladiū quod cū lateret in lōco ſecreto Helēus apud Ariſbā captus indicau
Eius exēplar i aperto ad fallēdos iſidiatores fuiſſe poſitū Dionifius tradit. Diomedē & uliſſē id troiano bello pe ra
niculos ſurrupuiſſe uulgatū ē diomedēq; apud ſe ſeruaſſe: & prætereunti ad calabriā æneæ obtuliſſe Nautenq; id a
cepiſſe:& ideo mineruæ ſacra nō penes iuliā ſed pene nautearis familiā eſſe. Tū qui fa.de.hoc eſt quidecim uiri qu
bus eſt facultas ſybillinos libros inſpiciendi & iterprætādi.hi pricipio duo fuere poſtea.x:inde.xv.demum ad.lx.a
cto numero.quindecimuirū tū nomē retinuerūt. Et lotā par.hoc eſt galli ſacerdotes cybelles: alluſitq; ad ueterē riti
OMNIBO. Omnis honos: ædilis: pretor: cenſor: conſul: & cæteri magiſtratus. Nullos faſces: ideſt nullos honores: faſces autem proprie inſignia conſulum ſunt: ſed pro omni magiſtratu poſuit. Tunc tenuere. ſ. q. in mente. ſ. quia tantus dolor erat ut uocem emittere non poſſent. Virgi. Et uox faucibus hæſit. Magnuſq; per omnes: declarat quomodo quæſtus ſuos tenuere: quia præ nimio dolore uox præmebatur. Sic funere: per ſimilitudinem oſtendit quomodo quæſtus ſuos tenuerint quemadmodũ fieri ſolet cum aliquis moritur: primo quidem domeſtici tacent præ nimio dolore: deinde ubi iam ſpiritũ omnem emiſerit omnes una uoce conclamant. Primo funere: cũ primum ſpiritum emiſerit. Domus ideſt domeſtici. Conclamata iacent: ſecundũ conſuetudinem antiquorum locutus eſt: quia ſpiritus uitalis excluſus homines plærũq; fallebat mortuos calida a qua lauare inſtituerunt & per interualla conclamare: nam cum uidebant eũ interlauandum nõ moueri: conclamabat unus. ha. ha. he. he. deinde uentrem iterũ lauabant: & iterũ conclamabant: poſtremo ueniebant ad uitalia & ubi uidebant ſpiritũ penitus abiiſſe: tum demũ omnes conclamabant. Nec mater cri. ſo. ideſt nondum iubet præficas uenire quæ more romano flerent mortuos. præficæ dicũtur mulieres quæ pretio conducuntur ad funus deplorandum. Exigit: poſtulat. Premit. i. palpitat explorans nunquid uiuat. Rigentia: frigida. Vita: anima. Vultus exanimes: nunquid aliquis ex ore ſpiritus reddatur. Oculos in morte minaces. i. minantes & quaſi toruos ſicut moriẽtes habent. Nec dum ille dolor. i. nõdũ extat & apparet: dum adhuc ſpes aliqua ſupereſt: nã mater neſcit quid faciat: & præ nimio dolore ei uox intercluſa ẽ. Miratᷣ ma. i. obſtupefacta eſt. Cultus ma. pri. matronæ quoq; ſuas ueſtes exuerũt: & lugubria indumenta accepere: & per tẽpla diuiſæ ſunt. Priores cultus: quibus i pace utebãtur. Hæ lachry. ſpar. de. i. aliæ ipleuere lachrymis ſimulacra deorũ. In limine ſacro. i. ueſtibulo tẽpli. Fudere: ſparſere comas more mœſtarũ. Aſſuetas uo. uotis: quia uotis deos inuocare ſolebãt. Diuiſere deos. i. deorũ tẽpla: quia aliæ alia templa petiere. Parens: ideſt multitudo matrum quæ ſolent timere filiis ſuis. Inuidiam: ideſt odium diis concitatura propter nimias querelas. Quarũ una madentes: una ex illis matronis quæ cæteris nobilior erat adhortata eſt alias. ut nunc planctu miſerias ſuas flerent: quando poteſtas eſſet flendi nã cũ alter ducũ uicerit: & ſi dolor magnus nobis erit: tamẽ lætitia erit ſimulanda. Madentes ſciſſa genas: ſynecdoche. Sciſſa: laniata. Liuẽtes lacertos ideſt liuidos qd fit ex nimio planctu: nã mos erat lacertos nudos percutere. Nũc: quia nũc tẽpus eſt: ut oẽs noſtras miſerias lugeamus. Ne ue hunc differte dolorẽ: iã eni certa ſunt ſigna mali futuri. Nec ſummis ſeruate malis: ideſt nec ſeruate ad extrema mala: nam cum alter ductum uictoriã obtinuerit: reprimẽdus erit luctus & ſimulanda lætitia: ergo nũc cũ licet lugeamus. Flere: pro flendi facultas: & eſt conſtructio græca. Pendet fortuna: ideſt dum incertum eſt uter uincat.



Gaudẽdum ẽ his ſe ſtimulis dolor ipſe laceſſit
Nec non bella uiri diuerſaq; caſtra petentes
Effundunt iuſtas numina ſæua querelas.
O miſeræ ſortis. quod non in punica nati
Tempora cãnarum fuimus trebiæq; iuuentus
Non pacem petimus ſuperi: date gẽtibus iras
Nunc urbes excite feras: cõiuret in arma
Mundus; achemeniis decurrãt medica ſuſis
Agmina. maſſagetes ſcythicus nõ alliget iſter
Fundat ab extremo flauos aquilone ſueuos
Albis: & ĩdomitum rheni caput oĩbus hoſtes
Reddite nos populis; ciuile auertite bellũ.

SVLPI. Gaudẽdũ: quia bella ceſſarint & tyrãni metu. Laceſſit: ſtimulat & uexat. Nec non: Viriquoq; i caſtra uel Cæſaris uel põpeii euntes cõquerebãtur. Miſeræ ſor. miſerandæ conditionis. Cãnarum: Cannæ apuliæ uicus ẽ apud quem ultra quadraginta milia romanorum ab exercitu hannibalis cæſa ſunt. Trebiæ: Trebia fluuius eſt prope placentiam in Gallia Ciſalpina & Apẽnino in padum fluens. L. Sempronii cõſulis clade nobilitatus. Non pa. pe. nõ querimus ab armis ceſſare ſed gentes omnes. ſ. nos cõcitate: dummodo bella ciuilia deponantur. Ex tite: commouete. Achemeniis ſu. Suſia quaſi pars eſt perſiæ inter eam & babyloniam poſita. habetq; Suſa urbem clariſſimam quam Titonus Memnonis pater teſte Strabone condidit. Achemenios autẽ perſas dicimus ſiue ab Achemone bacchenionis filio rege perſarum ſiue ab achemenide tribu ex qua perſarum reges traxere originem ut herodotus inquit. Medica: Media in aſia regio contermina aſſyriæ & pſiæ & mari hyrcano a medio medeæ filio cognominata. Totumq; hoc poeta dicit propter bellum parthicum quod gerebatur.

Cannæ

Trebia

Suſia

Suſa

Ache menii

Media

Maſſagetes: nobiles populi in ſcythia aſiatica ſolem colunt: & quum per deſerta uagantur equorum quibus inuehuntur ſanguinem potant. Iſter: fluuius qui & Danubius dicitur in iugis germaniæ oritur & ſexaginta fluminibus auctus per ſeptem ora effluit in euxinum. Sueui: germaniæ populi: Non alliget: non retineat. Albis: germaniæ fluuius qui Sueuos a Ceruetiis diuidens mergitur in oceanum. Rheni: Rhenus ex alpibus oritur eluetios ſequanoſq; alluens bathauorum inſulam efficit & mergitur in oceanum.

Maſſa/gethæ

Iſter

Sueui

Albis

Rhẽus

OMNIBO. Gaudendum eſt. ideſt ſimulanda lætitia etiã ſi dolore pectora noſtra afficiantur. His ſe ſtimulis: ſic inter ſe conquerebantur mulieres primariæ. At nec ipſi uiri aliter affecti erant: cũ diuerſos duces ſequi cogerentur: ſibi eni ipſis in memoriã reducebantur bella elapſa: & antiqua ſcilicet marii & Syllæ & cõparatione illorũ hæc inſtantia mala illis deteriora eſſe dicebant. His ſtimulis: his adhortationibus ad luctum. Dolor: ideſt dolentes mulieres. Diuerſa caſtra: quia alii Cæſarem: alii Pompeiũ ſecuturi erant. Iuſtas querelas: quia iuſte conquerebantur de ſæuitia deorũ & ſecundũ Epicureos locutus eſt: qui nullã curã rerũ humanarũ deos habere uolebant. O miſeræ ſortis: ac ſi dicat ſatius fuiſſet q̃ periſſemus q̃ ad hæc mala ſeruari. Punica tempora cannarum: uicus erat Apuliæ ignobilis cannæ: ſed clade romana poſtea nobiliſſimus factus: & duorum ducum alter occiſus eſt Paulus æmilius: alter uero Terẽtius Varro fugit & incertum fuit: uter magis probaretur: nã æmilium cæſo exercitui ſupereſſe noluiſſe conſtat. At uero Terentiũ ut creditum eſt de republica nõ deſperaſſe: ut apud Liuiũ diffuſe legitur & Valeriũ. Trebiæ iuuentus: nã prima clades romanorũ fuit apud Ticinũ flu. ſecũda ad Trebiam. tertia ad locũ Traſimenũ. Quarta ad cannas. nã apud Ticinũ exercitus ro. primo fuſus eſt ab Hannibale: & dux ro. Scipio ſauciatus fuit: captuſq; erat: niſi a filio qui poſtea a deuicta aphrica aphricanus ẽ appellatus: liberatus fuiſſet: huic bello Trebiũ ſucceſſit: haud procul a placentia ubi milites ſuos igne oleoq; fouit Hannibal: & homines ab Aphrica calida regione: romanos in ſua hyeme duce ſempronio uicerũt: dicit ergo ſe uelle fuiſſe ex his qui apud Trebiam ab Hannibale cæſi ſunt. Non pacem: alii inquit pacẽ optarunt: nos uero bellum undiq; inferri: nã pace ciuilia bella excitantur: at uero cũ bellum inſtat: romani relictis bellis ciuilibus ſumptis armis ſe defendunt: huc igitur malorũ prouecti ſumus ut melius ſit optare bellum: q̃ pacẽ. Date gentibus iras: optat ut ab omnibus partibus orbis terrarũ bellũ urbi romanæ inferatur ſic eni ciuilẽ diſcordiã ſedari poſſe dicit: nam cum bellum cõmune eſt ſtatim diſcordia & ſimultates inter ciues deponuntur. Vrbes fe. cum quibus nunq̃ bellum fuit. Achemeniis ſu. ſuſa nobiliſſimũ eſt perſidis oppidũ in quo (ut docet Solinius) tẽplũ fuit Suſæ Dianæ & auctore Strabone libro. xv. fere ſuſia perſiæ pars eſt inter eã: & Babyloniã poſita: & ſuſa urbẽ clariſſimam habet: nã perſæ & Cyrus ſuperatis medis cum propriam terram in ultimis ſitam uiderent: Suſiam uero interius & babyloniæ & aliis gentibus propinquam in ea imperii ſedem locauerunt: ſimul & regionis confinium oſtendentes Suſa a tithono condita dicitur Memnonis patre Suſii etiã Caſſii ſunt appellati: Nam Eſchylus Memnonis matrem Caſſiam uocat. Vrbis mœnia & templa & regiæ ſtructura erant babylonicis ſimilia: & coctili latere & bitumine: ut quidam ediderunt. A ſuſis uſq; perſepolim ſtadiorũ quattuor milia &. cc. atq; hinc uſq; in Carmaniæ fines ſunt mille & ſexcenta: nationes incolunt regionem quæ patiſcholes appellantur. Item magi qui honeſtũ quoddam uiuẽdi genus ſectantur: & Achemenidæ: de quibus loquitur Lucanus: ex India reuertentes A a azanio carmaniæ flumine ſeptentriones primũ uident Achemenidis in hoc tractu ſedes fuerunt: auctore Solino. Medica. i. mediæ prouinciæ: Media ut inquit Solinus ab occaſu tranſuerſa utraq; Parthiæ regna amplectitur a ſeptentrione Armenia circundatur ab ortu caſpios uidet: a meridie perſidem: deinde tractus hic procedit uſq; ad caſtellum: quod magi obtinent phydaſarciola nomine: hic cyri ſepulchrũ eſt. Hiſter. hiſter fluuius in germaniæ iugis montis arnobæ multiſq; ultra alpes milibus ac per innumeros lapſus gẽtibus danubii nomen habet: ut primũ illyricã alluit hiſter appellatur: ſexagintaq; amnibus receptis: in pontũ uaſtis ſex fluminibus euoluitur: Pli. ultra danubiũ incolunt maſſagetæ. Maſſagetẽ: maſſagetæ in ſcythia aſiæ populi tantũ modo ut refert Strabo libro. xi. ſolẽ deũ putant: atq; illi equũ mactant: ſinguli ſingulas uxores ducunt: utuntur

etiam uxoribus aliorum:idq; haud occulte. Alliget:teneat quominus ueniãt in Italiam. Suæuos:populi ſunt galliæ contra quos magno periculo bellum geſſit cæſar. Flauos:quia flauos per colla crines geſtaut:& ex Gallia ſunt quæ comata dicitur. Albis:flu.eſt in ſueuis & fluuium pro regione poſuit. Indomitum:quia bellicoſiſſimi ſunt populi. Omnibus hoſtes.ſummatim hoc præſtate:ut omnis terrarum orbis bellum inferat:modo ciuile bellum auertatis. Auertite:nam cum romani ſe uiderint undiq; ab hoſtibus præmi:depoſitis ſimultatibus ſe defendent.

Hic dacus premat ĩde gethas:occurrat iberis
Alter:ad eoas hic uertat ſigna pharetras.
Nulla uacet tibi roma mãus uel pdere nomẽ
Si placet heſperiũ ſuperi:collapſus ĩ ignem
Plurimus ad terrã p fulmina decidat æter
Sæue parens utraſq; ſimul parteſq; duceſq;
Dum nõdum meruere feri:tanto ne nouoq;
Prouentu ſcelerum quærũt:uter ĩperet urbi:
Vix tanti fuerat ciuilia bella mouere
Vt neuter:tale pietas peritura querelas
Egerit.at miſeros angit ſua cura parentes
Oderuntq; grauis uiuacia fata ſenectæ
Seruatoſq; iterum bellis ciuilibus annos
Atq; aliquis magno querens exempla timoris
Non alios inquit motus tunc fata parabant

Dacus
Geta

SVLPI. Dacus:daci & Gethæ in ſcythia uicini ſunt. Sed Getas appellat eos qui ad pontum in orientem uergunt Dacos autem qui oppoſitum germaniam uerſus ad Iſtri fontes quos olim dauos uocatos eſſe putat Strabo:& ideo apud Athenienſes Dauorum & Getarum nomina ſeruilia abundare. Occurrat iberis alter: Cæſar inquit in hiſpanos ſe conferat Pompeius uero conuertat ſe ad parthicum bellum. Ad eos pharetras:alluſit ad mortem parthorum orientalium populorum qui pugnando & fugiendo ſagittas emittunt. Nulla uacet tibi roma manus: nullus abſtineat ab armis in te inferendis. Plurimus æther: magna copia ignis cœleſtis:

Collapſus in ignem:deſcendens in ſpeciem ignis noſtri qui ab illo diuerſus eſt. Per fulmina legitur & flumina. Sæue parens: magne Iuppiter. Vtraſq; partes:Cæſaris & pompeii. Dum nondum meruere:anteq̃ manus ciuili ſanguine maculem: nam ubi conſeruerint prælia digni ſunt fulminari. Tanto ne: Actis ab iniuſtitia crudelitateq; reprehenſio quod per tot cædes quærant patriam occupare quæ pro eadem a Tyrãnide liberanda faciendæ uix eſſent. Prouentu:fertilitate copia. Vter:an Cæſar an pompeius. Vix tanti: argumentatur a contraria cauſa. Tanti:ſatis honeſtum & dignum. Vt neuter:nec Cæſar nec pompeius. Pietas peritura uiri:nequicq̃ pii & qui mox pietatis obliti in ciues & propinquos pugnabũt. Egerit effudit. At miſeros:patres uero inquit affligebantur & oderant quod tam diu uixiſſent eſſentq; ad tanta mala reſeruati. Angit:uexat. Fata uiuacia:ſortem longæuam. Grauis:moleſtæ. Atq; aliquis:Hac longa ſæuis oratione hæc bella ciuilia Marianis Syllaniſq; conferuntur:in quibus q̃q̃ crudelia omnia facta ſunt tamen nunc multo crudeliora inſtare homines arbitrabantur. Primum itaq; Marii ſors & crudelitas. Inde Syllæ cõmemoratur & Marius Pompeio Sylla uero Cæſari tacitæ conferri uidetur.

OMNIBO. Dacus: daci populi thraciæ ſic a romanis appellati a græcis getæ dicuntur ut ſcribunt Pli. & Appianus q̃uis hos nunc poeta diſtinguat ſicut inferius motura dacas ut clade getaſq;. Occurrat iberis.Al.ſ. cæſar & bene prouinciam hiſpaniæ ei dat:q; galliæ & cæſar præfuerat & ex ea uictor redierat. Ad eos hic uertat:ideſt pompeius & ſuam quoq; Pompeio prouinciam dat q; hic aliquando de oriẽtalibus triumphauit quo tempore Mithridatem & tigrannem ſuperauit. Pharetras:quia orientales arte ſagittandi peritiſſimi ſunt:& præcipue parthi qui inter fugiendum ſagittis utuntur. Nulla uacet ti.ideſt nullum ſit tibi ocium. Vel perdere no.nunc quaſi tacitæ quæſtioni reſpondet:quia occurrebat hoc tu bellum optas:ut bella ciuilia deſinãt:at iuppiter ita ſtatuit:ut imperium ro.pereat reſpondet ſi dii ita uoluere:potius uos fulminibus occidãt:q̃ mutuis uulneribus pereamus. Collapſus in ig.nam æther:cæleſtis ignis eſt αἰθὴρ enim ab αἴθω ardeo dicitur:quia elementum illud ſemper ardet. Sæue parens:& anteq̃ nocentes fiant fulmine inquit omnes perde.ac ſi dicat ſatius eſt nobis perire innocentibus q̃ noſtro ipſi ſanguine maculati uideamur meruiſſe. Sæue:uel magne:uel crudelis. Feri:percute. Dum nondum:dum adhuc ſunt innocentes & ſanguinem nondum inuicem fudere. Tanto ne nouorum:nunquid hoc permittendum fuit o ſuperi ut duces tanto ſcelere quærerent uter eorũ imperaret. Eſt autẽ argumentũ ualidiſſimum:nam hoc dicit:q; romani bellum ciuile gerãt:ut uel Cæſar uel Pompeius imperet eſt iniquũ & nefariũ:at uero ſi bellũ gereretur pro libertate ut neuter eorũ imperaret: æquũ eſſet ſed tamen nec pro libertate quidem tantum bellorũ fieri deberet:quanto minus pro ſeruitute licet. Prouentu ſcelerũ.i.acceſſione ſcelerũ. Vix tanti:ideſt uix cauſa erat ut bella iſta tãto furore concitarẽtur:ad hoc ut neuter imperaret:ſed libertas ſeruaretur. Talis peritura pietas:quia paulo poſt pietatẽ belli habebunt nullã cũ partes ſequentur omiſſa pietate bellũ ſumma libidine gerent ergo pietas peribit. At miſeros.ſeniores dolebant q; tamdiu uiuerent ut cogerentur ſecundũ bellũ ciuile uidere:nã primũ uiderant inter Syllã & Marium. Fata uiuacia.i.uitã ſuã nimiũ diuturnam. Grauis ſenectæ:quæ ipſis moleſtior eſſe cœperat. Seruatoſq; ſic Euander uirgilianus. Tuq; o ſanctiſſima cõiunx Felix morte tua:neq; in hunc ſeruata dolorẽ. Contra ego uiuendo uici mea fata ſuperſtes. Atq; aliquis magno: nũc per cõparationem oſtendit ipſos cæteris miſeriores eſſe:nã etſi præterito tẽpore bellũ gerebatur a Mario & ſylla:tamẽ ſi bellũ illud cũ iſto cõpararetur: multo illud hoc inferius eſſe uidebitur quo tẽpore inquit marius exul urbe pulſus in minturnenſibus paludibus latuit eadẽ mala parabantur quæ nũc nobis imminent. Aliquis:ſcilicet e romanis ſenioribus. Exempla quærens: ideſt cogitans:nunquid antea tale aliquid populus romanus meminiſſet. Alios motus:q̃ tempore noſtro.



SVLPI. Theutonicos:de iis & cymbris a Mario ſuperatis ſatis diximus libro primo. Libycos:aphricanos: nam primo conſulatu ſuo cum iugurta rege numidarum bellum geſſit. Secundo eum captum ante currum triumphans duxit. Continuauit autem ſex Conſulatus in quorum quarto Teutones fudit. In quinto cymbros & ſeditionibus remp.perturbatam ſedauit. In Sexto ultus eſt Syllæ iniurias. In Septimo periit. Exul:Cum Sulpitiana rogatione ſyllæ prouinciam marius uellet eripere: & legatus ad Syllam miſſus ut traderet exercitum eſſet occiſus. Sylla ſtatim dilato bello Mythrydatico legiones in urbẽ infudit:fugatoq; Mario omnia ex ſua ſententia geſſit. Marius uero cum deſperaſſet ſe poſſe reſiſtere Syllæ copiis clam urbe profugit.& apud Minturnenſes percuſſorum metu nudus in paludibus latuit. Inuẽtuſq; & in carcerem coniectus: immiſſum percuſſorem Gallũ uultus auctoritate deterruit: acceptaq; nauicula traiecit in aphricam: ubi diu exulauit. mox Cinnana dominatione reuocatus ruptis ergaſtulis coegit exercitum Cæſiſq; inimicis iniuriam ultus ſeptimo conſulatu ut quidam ferũt uoluntaria morte deceſſit. Vlua limoſa:herba in limo paluſtri naſcenti. Auidi:bibuli. Laxæ:lente quæ non fluunt:uel lapſæ:quæ fluxerunt.

Marius

Quã p⁹ theutõicos uictor libicoſq; triũ
Exul limoſa mari⁹ caput abdidit ulua(phoſ
Stagna auidi texere ſoli:laxæq; paludes
Depoſitum fortuna tuũ:mox uincula ferri
Exedere ſenẽ:longuſq; in carcere pædor.
Conſul & euerſa fœlix moriturus in urbe

Vlua

Depoſitum

Pædor

Depoſitum tuum:Illic enim ipſum ſeruaſti. Eſt autem Depoſitum res quæ ad tempus cuſtodienda ſeruandaq; traditur ea conditione ut reſtituatur. Exedere:attriuere. Senem.marium ſexagenarium. Pædor:fetor & putredo dictum a pedibus uermiculis quorum diminutiuum pediculi. Conſul:uidelicet ſeptimum. Moriturus felix:quia ultus & ſpõte deceſſit:atq; ut ait Valerius ſi eum inter miſeros poſueris miſerrimus:ſi inter fœlices fœliciſſimus reperietur. Euerſa:deleta cedibus quas fecit in reditu.

OMNIBO. Cum poſt teutonicos:Marius poſt debellatum Iugurtham cũ rediiſſet romã: & triumphus uniuerſi ſenatus decreto ei concederetur. fama ſubito ſuperuenit inſtare Cimbros:Gallos:Senones:Teutones quos rumor ita uulgauerat deſeruiſſe regiones ſuas animo cum liberis & uxoribus ut Italiam occuparẽt:& pulſis romanis ipſi imperium tenerent.& quemadmodum eſt apud Plutarchum.xxx.myriades fuere: una quæq; myrias decem milia hominum tenet. Marius cum maxima lætitia ſuſceptus eſt nõ tantum propter uictoriam ex Numidia partham: quãtum q; in tempore ueniſſe uidebatur ut tanto malo ſolus reſiſteret neq; alius eſſe uidebatur idoneus:qui hoc tantum bellum ſuſciperet. Ille ergo continuo factus eſt conſul:& quod raro cõtingit iuſſus eſt conſulatum continuare: duxit igitur exercitum aduerſus hoſtes: primo quidem eos uicit haud procul ab atheſi flumine:deinde alter conſul catulus cum oppoſitus eſſet cimbris:nam ipſe Teutones uicerat:in loca tutiora ſe recepit:ueritus non poſſe uim tantam hoſtium ſuſtinere: & cum uictor marius læticiam cum uniuerſo exercitu ageret:rumor uenit catulum cum ſuis ab hoſtibus fuſum eſſe:tunc perturbata non nihil eſt læticia marii & militum ſuorum:ſed tamen ſumpto animo ſe cum exercitu ad catulum recepit quem inuenit ſe in locis tutioribus tueri:nullam tamen cladem ab hoſtibus recepiſſe. Collectis igitur exercitibus aduerſus hoſtes pugnandi occaſionem expectat. Hic cum ſæpe equitum caſtris hoſtes per ludibria inſultarẽt:ut cogerent romanos e uallo exire.& romanam illam fortitudinem oſtendere. Marius ſe continebat. Tandem legati miſſi ſunt a Cimbris qui peterent a mario & populo romano ſibi terræ tantum dari ut urbem condere poſſent: & in Italia habitare: cui legationi marius reſpondit ita uos terram tantũmodo Petitis uobis:at uero ſociis ueſtris nũquid nõ prouiſum eſſe uultis:Nobis inquiunt tantũmodo:tunc cæteri quidem riſum tenere nõ potuerunt cum hoc audiſſet marius:recte inquit facitis q; ſociis ueſtris terrã nõ petitis:nam terram habent nunq̃ amiſſuri. Tunc legati intellexerunt quid marius diceret:& illi quaſi nõ crederent minati ſunt multis contumeliis mariũ pœnas daturum:& ne unquam mariũ mentiri exiſtimarent:teſtimoniũ rei facere uoluit:iuſſit enĩ reges teutonicos ad ſe duci:quos in uincula captiuos habebat:quos cũ cathenis uinctos uidiſſent:tunc in maximos eiulatus cõuerſi ſunt:& ſe ad pugnam crudeliter apparabant:ut appareret nunq̃ deſcendiſſe in bellũ & arma uẽturos: marius cenſuit differendũ:donec intercepta occaſione temporis pugnarent:& ſimiliter uicti ſunt cimbri omnes. mulieres autẽ ne in poteſtatẽ hoſtiũ uenirent:aliæ uiros uulneratos occiderunt:aliæ parentes:aliæ filios:deinde ſe crucibus ſuſpenderũt:aliæ autem ſe pedibus equorũ laqueis nectebant: & ipſos equos ad curſum incitabant: quo facto ad unum omnes conſumptæ ſunt mulieres:ſed tamen in poteſtate hoſtium ſex milia uenerũt. Poſt hanc uictoriam ſpecioſum triumphum de hoſtibus egit. & alter catulus collega marii cum exultatiõe triumphauit. Poſt aliquot annos marius cũ pacem pati non poſſet:conſul egit ut ſi prouincia mithridatis demandaretur quã ante conſul alter ſylla ſortitus fuerat.& cum Sulpitius Tribunus plæbis legem tuliſſet de prouincia demandãda mario exorta eſt contentio in foro. & Qu.pompeius alter conſul collega ſyllæ maxima ui reſiſtebat: ne illa lex conſumaretur:quod diceret prouinciam datam eſſe ſyllæ:ſed confirmata tandem lege ut prouincia demandaretur mario: miſit legatum Gratidium qui exercitum a ſylla acciperet.ſed legatus ille a militibus occiſus eſt: Sylla ubi uidit cõtra leges ſibi prouinciam arripi & nulla ſeruata conſuetudine iniuriam ſibi fieri:cum exercitu maximo romam uenit. Marius metuens ne reſiſtere poſſet ſyllæ:qui cum tanto exercitu uenerat clam ex urbe fugit: Vrbem ingreſſus eſt ſylla:& omnes qui aduerſi fuerant occidit:deinde conuocato ſenatu rettulit in ſenatũ:ut hoſtis patriæ iudicaretur marius:& ſenatuſconſultũ factũ eſt ut mitterentur interfectores qui mariũ occiderent. Marius minturnas ſe receperat:qui cum audiſſet interfectores adeſſe diuertit apud quẽdam paſtorem eũq; rogauit ut ſe in abdito loco poneret:ut periculũ effugeret.q; ſi opera ſua contigiſſet:pollicebatur illi ingentia præmia aliquãdo daturũ:paſtor metuens illũ domi ſuæ tenere traduxit in ſolitudinẽ & ipſum in paludibus deliteſcere iuſſit:idẽq; retulit ſe nulli indicaturũ:interfectores cũ inueſtigarent eum & audiſſent apud paludes



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

diuertiſſe ad eum uenere nunc promiſſis:nunc minis.tandem paſtorem illum cogerũt: ut ſibi latebras oſtenderet. Ad quem cum ueuiſſent:ipſum paludibus & cœno oblitum eduxerunt:& interficiendum minturnenſibus tradiderunt.Marius igitur in carcerem & in uincula coniectus eſt: deinde cuidam cimbro negocium demandatum eſt:ut marium occideret.Cimber ille ut carcerem ingreſſus eſt quaſi uiciſci uellet gentem ſuam:quam marius deleuerat bipenni inſtructus cum ad marium ueniſſet : ſtatim lux maxima oculis obo:ta eſt & maieſtate illius perterritus eſt &(ſicut ipſe dicebat) uox audita ẽ quæ illum a cæde marii arceret . Ille ergo cimber maxima dubitatione carcerẽ egreſſus magna uoce dixit:nõ poſſum interficere mariũ:mariũ interficere:non poſſum.Vnde ab illis ſtatim minturnenſibus audito clamore e uinculis ẽduxerunt mariũ:illiq; optionẽ fecerũt eundi quo uellet:ac ſe paratos auxiliũ præſtare fugæ:cũ uero marius conſideraret quid nam potiſſimum faceret.Ecce uidit aſellum obiectũ ſibi pabulũ relinquere:& celeritate maxima ad quã confugere: tunc marius peritiſſimus augariorũ intellexit:ſalutem ſuã in mari poſitã eſſe:unde nauiculã aſcẽdit : & Carthaginem profectus in Aphricam cui a Sextilio qui præerat aphricæ iubetur ſe cõtinere a regionibus ſuis quas ipſe teneret:Interea romæ ſeditio oritur inter conſules.Octauiũ & Cinnam . Lucius Cornelius Cinna cũ leges proſterneret:& per uim & arma omnia faceret a conſule Octauio urbe pulſus:ille corruptione Appii Claudii exercitum in poteſtatem redegit: marius uero audiens in aphrica milites collegit ubi erat ſertorius & Gneus Carbo:qui ingẽti multitudine uenerant paſtorum conuenarũ & huiuſmodi generis hominũ: & ingenti exercitu urbẽ romã inuaſere:ſed anteq̃ romã uenirent hoſtes urbem romanã expugnatione diripiunt:deinde ad ianiculũ oppidũ profecti cũ iſtud expugnarent a conſule Octauio pulſi fugantur.marius tres colonias Antium:Aritiã: Lauiniũ expugnauit : Optimates cũ ſpem nullã reſiſtendi haberent pigricia militũ qui pugnare nolebant corrupti recepti ſunt in urbem quattuor exercitus:quorũ duo inter Sertorium & Cn. Carbonẽ dati ſunt.ingreſſi urbem eã ferro & rapinis uaſtauerunt:multi nobiles contrariæ partis a mario fuerunt occiſi:in primis Octauius conſul:Antonius uir conſularis:& eloquẽtiſſimus orator obtruncatus eſt:cuius caput marii menſis expoſitũ fuit.L.Cæſaris oratoris caput roſtris ſuſpenſum eſt:tũc atharius quia ſalutare mariũ noluit:ipſo inſpectante mario occiſus eſt. Alii oẽs itidem fecerũt:nã marius ſignũ militibus ſuis dederat:uti oẽs occurrẽtes quos ipſe nõ ſalutaret.aut quorũ saluti nõ reſponderet in uiis necarent. Numitorius bebius per mediũ forũ lacerati carnificum uncis tracti ſunt:ipſe quoq; quintus maximus pontifex ſcæuola.per cõparationẽ igitur oſtẽdere uoluit mala inſtantia grauiora fore:q̃ marii & ſyllæ ciuilis fuerit rabies. Theutonicos:quia primo theutonicos & cymbros uicit manus. Lybicoſq; triũphos quia iugurtã numidiæ regẽ captiuũ in triumphũ duxit. Que:pro ideſt. Auidi ſoli:ideſt ſorbẽtis terræ.

Fortuna:quia fortuna uolebat tantiſper ſeruari incolumen mariũ:ut malorũ cauſa foret. Mox uincula:tũc enim Marius in carcerẽ & uincula coniectus eſt. Exedere:quia ferrea uincula corroxere membra. Senem:ideſt mariũ Cathenatũ:nã ſexaginta annos natus erat. Longus pædor:quia q̃diu fuit in carcere immundicia & ſqualore obſitus erat.pædor ẽ ſitus & ſordes quæ in opacis enaſcitur locis:& in membri nexorũ dicitur a pede : quod pediculũ ſignificat: an potius a πο ιο ποιδοσ puer:quoniã pueri a ſordibus neſciũt abſtinere. Conſul & euerſa.marius in carcerem coniectus eſt mox conſul futurus:& in ſumma felicitate moriturus uicta roma.

SVLPI. Pœnas ante dabat:ante pœnas patiebatur q̃ ſcelera cõmiſiſſet. Mors ipſa refugit:refugere uiſa eſt quia nec ab inimicis nec ab incommodo paludis & carceris confici potuit. Fruſtraq; hoſti:Cimber quidam publicus minturnenſium carnifex Galata nomine ad Marium percutiendum immiſſus cũ primum carcerem eſt ingreſſus marii oculis igneo ſplendore micãtibus trepidare cœpit:mox marius cũ e lecto ſurrexiſſet inclamaſſetq; C.Mariũ occidere audes ille inſanienti ſimilis egreſſus eſt.clamans.Ego.C.Mariũ occidere nequeo.Hac de cauſa ſuperſtitione quadam ducti minturnenſes eum carcere liberauerunt. Cumq; aduerteret marius aſellũ pabulum obiectum negligere & ad aquam percurrere augurium capiens orauit amicos ut ad mare adduceretur:ubi piſcatoriam nauiculam nactus nauigauit in aphricam ex appiano & Valerio maximo. Diriguit cum ſtupore contractus eſt. Torpente:rigente:Torpedo piſcis eſt cuius tactu membra habetantur & rigent inde fit Torpor pigritia:& torpeo uerbum pigreo. Terribiles deos: furias uſuſq; eſt genere maſculino ſecundum Orphei & aliorum ſententiam qui dicunt utrũq; diis ſexum ineſſe:ſic Vir.de Venere intelligens Deſcendo ac ducente deo & alibi de Iunone aut lecto loquens ait: Nec dextræ erranti deus abfuit.& Tibullus Qui ueneris magni uiolaui numina uerbo:& Caluus Pollentemq; deum uenerem. Marium:emphaſim habet ideſt crudelem & ſceleratum. Audierat:audire uiſus fuerat:nam exiſtimabat Galatam occurſu cuiſdam dæmonis territum. Legibus æui:morti quæ lex æui eſt.

Pœnas ante dabat ſcelerũ mors ipſa refugit
Sæpe uirũ: fruſtraq; hoſti cõceſſa poteſtas
Sanguinis inuiſi primo qui cædis in ictu
Diriguit ferrũq; manu torpente remiſit
Viderat imẽſam tenebroſo in carcere lucẽ
Terribileſq; deos ſcelerum mariũq; futurũ
Audieratq; pauẽs fas hæc contingere nõ ẽ
Colla tibi debet multos hic legibus æui

Torpedo

Deos utriuſq; ſexus eſſe

OMNIBO. Pœnas ante dabat ideſt anteq̃ ſcelera committeret:pœnas ſcelerum dabat marius. Refugit uirum ideſt marium:nam in minturnis paludibus latuit:quem etiam hoſtis cimber expauit occidere. Hoſti: ideſt uni ex cimbris conceſſa poteſtas occidendi marium. Diriguit:contractus & debilis factus eſt. Torpente:languente manu:quia ferire nõ poterat marium. Viderat:ratio eſt:uidere enim ſe exiſtimabat immenſam lucem. Terribileſq; deos ſcelerum:per deos ſignificat furias.unde græce ὀρσ ἐρσοθηλέσ dicũtur dii qui habent utrũq; ſexum:ut Vir.de Venere.Deſcendo ac ducente deo.i.uenere:quia nõ diſcernitur ſexus in diis:hinc eſt q; dicunto Κάιιι θέοσ.Deos igitur ſcelerum:ideſt furias uidit.Megæram:Tiſiphonem:Alecto. Mariũq; futurum non qualis erat in carcere:ſed qualis eſſet futurus. Debet multas mor.ideſt auctor erit multarum cædium anteq̃ ipſe moriatur. Legibus æui:ideſt fatis.



Ante ſuã mortẽ : uanum depone furorem:
Si libet ulciſci deletæ funera gentis
Hunc cymbri ſeruate ſenem:nõ ille fauore
Numinis ingenti ſuperũ protectus ab ira
Vir ferus & romam cupienti perdere fato
Sufficiẽs:idem pelago delatus iniquo
Hoſtilẽ in terrã uacuiſq; mapalibus actus
Nuda triũphati iacuit per regna iugurthæ
Et pœnos preſſit cineres:ſolatia fati
Carthago mariuſq; tulit. pariterq; iacẽtes
Ignouere deis,libycas ſibi colligit iras
Vt primum fortuna redit.ſeruilia ſoluit
Agmina,cõflato ſæuas ergaſtula ferro
Exeruere manus.nulli geſtanda dabantur
Signa ducis.niſi qui ſcelerũ iã fecerat uſum
Attuleratq; in caſtra nefas proh fata qs ille
Quis fuit ille dies marius q moenia uictor
Corripuit,q̃toq; gradu mors ſæua cucurrit
Nobilitas cum plæbe perit,lateq; uagatur

pariter

SVLPI. Furorem:cupiditatem interimendi Mariũ Funera gentis:ueſtrorum exercituum cædem. Seruate hũc: nam nõ minus ſeuiet in romanos q̃ in uos olim: Non ille. Marium inquit non conſeruauit deorum benignitas ſed ira ipſorum in romãos quos quia decreuerant perdere: hunc efferum elegerũt qui eſſet eorum uoluntati ſatiſfacturus. Protectus:nam quũ per deuia iter ad mare arripuit ſub foliis latitans perſequentes euaſit. Ferus:ſupple fuit. Iniquo pelago:non tranquillo:Nã inſurgente tempeſtate perfracto gubernaculo uela uentis quo ſors eum duceret permiſit. Hoſtilem in terrã: prohibitus eni lybie ingreſſu ueluti hoſtis a Sextio prætore in mari hyemen perferre coactus eſt paulo ſupra libyem inter Numidarũ montes non longe a quibus annis ſuperioribus in iugurtham numidaſq; ipſe pugnauerat. Actus mapalibus uacuis:agitatus per domos paſtorum deſertas.Mapalia & magnalia paſtorum caſæ linguæ punica appellantur : in hocq; ſolo differunt quod mapalia primã corripit magnalia producit. Iacuit:quia inhonoratus ſpretus:& infrequens. Nuda:hominibus uacua propter cædes illic ab ipſo factas : & agros lateuaſtatos. Triumphati:de quo triumphauerat. Iugurthæ filii manaſtabilis cuius bellum Saluſtius ſcribit. Et pœnos preſſit cineres:fertur marius deletæ carthaginis ſpeluncam quãdam habitaſſe. ut plutharchus & ſeneca meminere:& ideo ait eum ruinas carthaginis calcaſſe.Tulit ſolatia fati :accepit ſolamen ſuæ aduerſitatis . Nam Carthago cernens Marium ex tanta fœlicitate in tantam miſeriam cecidiſſe ſe ſolabatur.& marius potentiſſimæ urbis ruinas aſpiciens æquiore animo aduerſam fortunam ferebat. minuſq; deos incuſabat & ipſis iraſcebatur.

Libycas:barbaras & efferas quales habent afri. Redit fortuna:proſpera.quippe Cornelius Cinna conſul de Mario & iis quos Senatus hoſtes iudicauerat Gn . Octauio Collega aduerſante referret ad populum tincta eſt ſanguine concio:& Cinna patria profugus ad partes fugit Mariumq; cum ſuis ab aphrica reuocauit . Qui etiã ſeruis ad libertatem uocatis & ſolutis ergaſtulis confecit exercitum. Ergaſtula ſunt loca clauſa & officinæ ubi ſerui uel damnati operari coguntur:Ergaſtuli uero perſonæ ipſæ dicunturq; ab ἐργάζομαι quod eſt operor. Ergaſtulum

Conflato ferro:diſſolutis cathenis & uerſis in arma. Exeruere:liberauere. Nulla geſtanda dabantur.Nemo inquit marii ſignifer eſſe poterat aut alicuius apud eum poteſtatis niſi ſcelere aliquo inſigni ſe maculaſſet. Pro fata:Exclamatio.Præ rei immanitate . Quo mœnia uictor:quum Romam ingreſſus eſt.Nam ut florus habet hoſtiam primum diripuit & ut Appianus Lauinium Ariciam & Antium cœpit.Mox i urbem triplici agmine intrauit.Sed florus Quadruplici inquit.Diuiſere Copias Cinna marius Carbo ſertorius . Hic poſtq̃ omnis manus Octaui depulſa ianiculo eſt ſtatim ad principium cædem ſigno dato aliq̃to ſeuius q̃ aut in punica aut in cymbrica urbe ſeuitur.C.octauii conſulis caput pro roſtris exponitur:antonii conſuleres in marii ipſius menſis ceſi a ſimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur:Caſſii pater & filiis in mutuo alter alterius aſpectu. Ergaſtulus

Quanto gradu:quanta celeritate crudelitatiſq; magnitudine. Nobilitas:nobiles.

OMNIBO. Ante ſuam.ſ.mortem. Depone:o cymber. Vanum furorem.ideſt nihil nociturum mario. Seruate ſenem:uobis o cymbri ſatius eſt ut ſeruetis incolumen marium:quia ultor erit ueſtrorum malorum multis enim cladibus romam capiet:& ſic maiorum ueſtrorũ fuiſſe ultor uidebitur. Si libet ulciſci.ſ.uobis cymbris placet habere ultorem ſeruatæ marium. Deletæ gentis:cymbricæ ab ipſo mario conſumptæ. Non ille fauore:non eſt ideo ſeruatus marius q; romæ fauerent numina:ſed quia romanis erant irati dii:ideo ſeruatus eſt ad ciuium perniciem. Vir ferus marius immitis & truculẽtus. Sufficiens fato:hic unus erat qui ſufficere poſſet uoluntatibus deorum qui romam perdere cupiebãt. Idem.ſ.marius. Iniquo pelago:pelagus iniquum appellauit q; non obruerit marium:qui cauſa malorum fuit. Hoſtilem in terram:aphricam bello ſubiugauit & iugurthã uictũ in triumphũ duxit. Vacuis mapalibus:ideſt quæ ipſe uacua & deſerta fecerat:mapalia caſæ ſunt paſtorales. Nuda regna:nãq; debellata aphrica deſertos agros fecerat. Pœnos pſſit cineres.i.ſepulchra & cadauera numidarũ calcauit:quos ipſe occiderat. Solacia fati:uiciſſim utrũq; miſeria & ruina alterius cõſolabat qa Mariũ cõſolabatur ruina carthaginis:& miſeria marii:carthaginẽ carthago.n.euerſa & ipſe marius ad extremã miſeriã redacti fuerãt: Ignouere deis:nolo indignari dicebat marius:ſi ad extremã miſeriã redactus ſum:cũ uideã Carthaginẽ in tãtũ excidiũ deueniſſe : Et carthago dicit:nõ iraſcor.cũ uideã meũ hoſtẽ ad hanc deſcendiſſe calamitatem. Colligit iras libycas.i.iras quales habuit cũ libyam bello ſubegit. Fortuna.ſ.ſecunda quæ interea a Mario diſceſſerat:cũ primũ rediit. Soluit ſeruilia ag.quia Cinna pulſus a collega ſuo Octauio conſule exercitum appii Claudii corruptũ in poteſtatẽ ſuã redegit:& Mariũ exulem cũ cæteris exulibus ex aphrica acci-



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

uit in Italiã. Exeruere:liberauere:& nudauere. Ergaſtula.ergaſtulũ erat locus ad quẽ mittebantur ſerui fugitiui ut operas ſuas cõpediti dominis abſoluerent:nã ἔργον opus στέλλω mitto:ſed poſuit hic pro ſeruis cathenatis. Ferro cõflato:nã cathenæ ergaſtuli conflatæ ſunt gladios. Ducis.ſ.Marii. Nulli:ideſt nullus geſtabat uexilla Marii:niſi quia in malorũ & ſcleerũ cõſuetudine uerſatus eſſet. Nefas in caſtra:uel paricidiũ uel latrociniũ uel proditiones. Proh fata:per exclamationẽ cõmiſeratur tẽpora:quibus a Mario capta ẽ ciuites Romana. Quis:nõ interrogantis:ſed obſtupeſcentis ẽ. Quis fuit ille dies:ideſt q̃ pernicioſus & letifer. Victor.ſ.Syllæ.

Corripuit mœnia:Nam ut dictũ eſt quattuor exercitus:quorũ duo dati ſunt Gneo Carboni:& Qu.Sertorio inuaſere Italiã.& prima expugnatione hoſtiũ ciuitatẽ Ro.dirripiunt:deinde ad laniculũ ueniunt:ubi ab Octauio Conſule pulſi fugantur:Sed marius iam tres colonias expugnabat:ſcilicet Lauiniũ Antium & Aritiam:optimates uero quia ſpem amiſerant poſſe reſiſtere tantis exercitibus:uel ſua uel pigritia m.litũ pugnare nolebant.Marius & cinna recepti ſunt in urbem:quã captam cædibus atq; rapinis uaſtauere.Gradu.i.celeritate. Nobilitas cum ple.pe.quia nullis parcebant aduerſæ partis ciuibus:ſiue nobiles:ſiue ignobiles eſſent.

Enſis: & a nullo reuocatũ ẽ pectore ferrum
Stat cruor in tẽplis:multaq; rubẽtia cæde
Lubrica ſaxa madent:nulli ſua ꝓfuit ætas:
Nõ ſenis extremũ piguit uergentibus ãnis
Præcipitaſſe diẽ:non primo in limine uitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpe fata.
Crimine quo parui cædẽ potuere mereri:
Sed ſatis ẽ iã poſſe mori: trahit ipſe furoris
Impetus: & uiſũ lenti quæſiſſe nocentem.
In numerũ ps magna perit:rapuitq; cruẽt⁹
Victor ab ignota uultus ceruice reciſos.
Dũ uacua pudet ire manu:ſpes una ſalutis
Oſcula pollutæ fixiſſe trementia dextræ
Mille licet gladii mortis noua ſigna ſeq̃tur
Degenero popul⁹: uix ſæcula lõga decorũ
Sic meruiſſe uiris ne dũ breue dedec⁹ æui
Et uitam dũ ſylla redit cui funera uulgi
Flere uacet uix te ſparſum p uiſcera bœbi

SVLPI. A nullo reuocatum eſt pectore ferrum:nulli pepercere ne iis quidem qui ad templa deum ſtatuaſq; confugerant. Lubrica ſaxa:pauimenta & ſtrata marmorea in quibus propter ſanguinem nullus conſiſtere poterat. Vergentibus:ad mortem ſe inclinantibus. Præcipitaſſe:abrupiſſe. Primo limine:ipſo ortu & pricipio. Fata:ſortem uitæ. Crimine:ab innocentia & ætate cõmiſeratio. Poſſe mori:quia partium aduerſarum. Trahit ipſe furoris: auiditate occidendi tracti milites mariani non quærebant nocentes & inimicos:ſed quencunq; obuiũ trucidabant. Viſum lenti:uidebatur eſſe ſegnis inertiſq; militis. In numerum:per ordinem ut occurrebant. uel in numerum hoc eſt ut ingens numerus conſiceretur. Cruentus:crudelis. Ab ignota ceruice:Ignotis etiam capita amputabant ut haberent quod oſtenderent Mario: & quo ſe fortiter egiſſe teſtarentur. Spes una ſalutis.Conſtituerat & indixerat marius ut quos ipſe non ſalutaret:quibuſq; ſalutantibus non reſponderet milites interimerent dederat & aliud ſignum:ut quibus ipſe manum oſculandam præberet parcerent hinc.Qu: Ancharius ipſo mario uidẽte confoſſus eſt quia fatalem illam manum nõ porrexerat ſalutanti. Hic ancharius in Capitolio ſacra facturum marium adiit. ut facilius ueniam impetraret. Ille tamẽ q̃q̃ incoato ſacrificio appellantem ab aſtantibus iuſſit interfici. appianus & florus auctores ſunt. Pollutæ:maculate crudelitate. Mille licet: Eos arguit qui tam turpi oſculo uitam breui duraturam redimebant. nam ſtatim ut Sylla rediret eſſet ipſos interempturus. Noua ſigna mortis:marium dantem ſigna cædis quæ diximus. Vix decorum:honeſtum.Melius eſt enim honeſtæ mori q̃ turpiter uiuere. Breue dedecus:ignominioſam breuemq; uitam. Cui uacet:fle re.Quis ſit uacuus ad deflendum cædes innumeras quæ factæ ſunt.Vix:Ordo eſt O bœbi uix uacat mihi deflere hoc manus innumeras coronæ intercarpentis membra diſcerpiſſe te ſparſum per uiſcera. Bœbi:Bœbius & Numitor in uia deprælıẽſi trucidati ſunt:& per mediũ forũ uncis carnificũ tracti.fuit & alius quidẽ Bœbius quem ſine ferro inter manus ſyllani milites diſcerpſerunt ut meminit florus.

bœbius

OMNIBO. Et a nullo.re.quia quicũq; obuiã fierent oẽs occidebantur. Stat cruor in tẽplis:nõ proderant etiã tẽpla illis:Nã mos eſt:ut qui ad tẽpla deorũ cõfugiũt tuti ſint:ſed tũc illis nõ proderãt tẽpla. Lubrica ſaxa: quibus ſtrata erãt pauimẽta tẽplorũ. Madẽt ſcilicet ſanguine. Nulli ſua profuit ætas.nulli inquit parcebãt:uel plebei:uel nobiles:uel mares fœminæ:an ſenes ſiue iuuenes:ſiue pueri:an infantes fuiſſent. Piguit.i.nõ graue fuit militibus marianis occidere ſenes qui ad extremũ diem uenerãt. Præcipitaſſe:acceleraſſe. Annis uergẽtibus:declinãtibus in ſeniũ & decrepitã ætatẽ. Non.ſ.piguit occidere infantẽ paulo ante natũ:quod ẽ miſerrimũ calamitatis genus. Primo limine:primo ingreſſu:quia uix natus erat. Fata.i.fila parcarũ:quæ uix cœperãt ducere fila infanti. Crimine quo parui.cũ cõmiſeratione quod crimẽ inquit cõmiſerũt ipſi pueri:ut tã crudeliter occidi deberẽt: Sed ſatis eſt iã poſſe mori.i.ſufficiebat militibus marii: q̃ qui paulo ante natus erat mori poterat. Trahit.ſ.milites Marianos. Impetus:quia quocũq; trahebat eos impetus furoris.eo ueniebãt:ſiue nocẽs. ſiue innocens erat unũquẽq; occidebant. Viſum lenti.i.uidebatur ille piger qui quæſiſſet nũ aliquis eſſet ſyllanus:nã nullo excepto omnes trucidabantur. Ignota ceruice.i.obtruncabant quos nunq̃ cognouerant. Dum uacua pudet ire manu:ne ocioſus quiſq̃ eſſet alicuius ignoti hominis caput mario geſtabant. Spes una ſalutis oſcula:nam hoc ſignũ marius ſatellitibus ſuis dederat:ut ſi alicui ſalutanti manũ nõ iungeret Marius ſtatim ille occideretur.ſi uero porrigeret:abſtinerẽt ſe a morte illius. Vnde ancharius quidã:quia manũ marius porrigere noluit.in ipſius cõſpectu occiſus eſt.Hic.Qu.Ancharius(ut referr appianus)mariũ:i capitolio ſacra factũ ge obſeruabat:ſperãs in ſacrificio iuẽtũ facile cõciliaturũ ſibi. Ille inchoato ſacrificio igrediẽtẽ anchariũ eũq; appellãtẽ



ab aſtantibus iuſſit interfici. Fixiſſe.i.porrexiſſe: Trementia oſcula: pro ipſorũ trementiũ. Pollutæ.ſ.ſanguine. Mille licet gladii:repræhẽdit eos quitã effœminati fuerũt:ut uitã redimerent oſculando manũ:& dicit etiã ſi mille genera mortis ſubeũda eſſe ut ſatius fuiſſet mori q̃ ſic turpiter uiuere per oſculũ manus impuriſſimæ. Sic.ſ.oſculãdo manũ. Noua ſi.i.indicia quæ indicãt noua gñа mortis. Mille g.mille gña mortis. Vix ſe.lõ.de.uix honeſtũ erat illis uiris(ſi modo nomine uiuorũ appellãdi ſunt)oſculari manũ cruentã: etiã ſi uita illis diuturna futura eſſet ſed cũ uicturi iquit tãtiſper ſitis.dũ ſylla uictor redeat qui reliquias marii trucidabit q̃to minus uobis fuit honeſtũ eã manũ oſculari. Breue dedecus: quia nõ uita ſed ignominia appellatur: ſylla enim omnes illos interficeret. Cui uacet:uacuũ ſit.q.d.tẽpus deerit ſi quis uoluerit uulgi cadauera deflere. Flere:proflẽdi. Bebi: hic Bebius cũ Numitorio:quia ſyllanus erat iuſſu marii pro forũ unco carnificis protractus fuit:ut oſtẽdit.L.florus.Hũc tamẽ mẽbrati dilaceratũ fuiſſe Lu. ſcribit hiſtoriã cõmutãs:nã alius Bebius ferroritu ferarũ iubẽte ſylla lancinatus fuit. O bebi:ordo uix uacat flere inumeras manus coronæ itercapiẽdis mẽbra diſcerpiſſe te o bebi.

M.antonius

Innum eras intercarpẽtis mẽbra coronæ
Diſcerpiſſe manus aut te præſage malorũ
Antoni cuius laceris pẽdentia canis
Ora ferẽs miles feſtæ rorantia menſæ
Impoſuit trũcos lacerauit fimbria craſſos.
Sæua tribunitio maduerũt robora tabo
Te quoq; neglectũ uiolatæ ſcæuola dextræ
Ante ipſũ penetrale deæ ſẽpq; calẽtes
Mactauere focos paruũ ſed feſſa ſenect⁹
Sẽguinis effudit iugulo flãmiſq; pepcit
Septimus hæc ſeq̃t repetitis faſcib⁹ ãn⁹

SVLPI. Intercarpentis: diſcerpentis & laniantis. Coronæ: multitudinis in coronã expoſitæ: Antonii:marii Antonii oratoris abſciſſum caput manibus lætis inter epulas per ſummã animi ac uerborũ inſolentiã aliquandiu tenuit marius: & ſuæ menſe ſacra eius ſanguine contaminari eſt paſſus: publiũq; anniũ quid attulerat in ſinũ ecepit Fuit autẽ proditus Antonius a caupone a quo ſeruus eius uinũ emerat dũ in uilla amici lateret & p tribunũ militũ eſt occiſus: cũ eius præmiſſi ſatellites dulcedine ipſius oratione detenti manus in hominẽ nõ auderent inferre. Præſage: præſciæ nuncitauerat enim metello q̃ niſi mature adduceret exercitũ: populũ ro. qualia ſenonũ tempore eſſe paſſurũ. Cuius ſa. Caput huius Antonii in roſtris poſtea poſitũ fuiſſe Cicero in tertio de oratione tradit. Pendentia canis: ſuſpenſa a capillis. Feſtæ:ſolemni cũ gaudio ductæ. Fimbria:miles marianus. Craſſos: patrem & filium quos cũ hoſtes perſequerentur: pater prius filiũ occidi paſſus:& ipſe ab inſequentibus eſt occiſus ut ait Appianus. Liuius in epitome filiũ a militibus intẽremptũ dicit:patrẽ uero ſeipſum confodiſſe:ſic tradit & Cice.. Robora ma. ſanguine tribunorũ roſtra tincta ſunt nã iterempti tribuni fuere & e ſaxo præcipitari ut licinius. Tabo ſanie. Te quoq; mutius ſcæuola pontifex maximus non marii ſenis tempore ſed poſt eius mortẽ filii iuſſu aupud aras ueſtæ ad quas confugerat eſt interemptus. Dextere uiolate manus multũ cruentatæ. Te neglectũ te ſpretũ cũ ob pontificatũ uenerari te debuiſſet. Penetrale deæ:aditũ ueſtæ. Semper calentes.in extinctus enim illic ignis ſeruatur. Pepercit:abſtinuit maculare cruore. Septimus hæc ſe. marius poſt occupatã urbẽ cũ Cinna conſul factus primo ſui conſulatus menſe duo de.lxx.annis natus deceſſit.Cui ſuffectus Valerius Flaccus cũ in aſia periſſet Carbonẽ habuit ſucceſſorẽ. Cinna poſtea a ſuis occiſo Carbo ſolus conſul reſtitit.Hunc ſecuti ſunt.C. Norbanus.&.L.ſcipio: q̃q̃ & ipſe Carbo conſulatũ gerebat.Interim uero ſylla intra tirenniũ mithridaticis rebus compoſitis ad quadraginta militũ hominũ ſecum agens exercitũ & mille ſexcentaſq; naues in italiã rediens Brunduſii primũ appulit: circa canuſiã ſub annei uulturno hoſtes ei occurerunt:ibi Norba.fugatus eſt & ſcipio poſt datos obſides ab exercitu deſertus & captus eſt. Carbo ratione hoſtes indicauit qui ad ſyllã confugerant:& metellũ in primis inde papyrius. Carbo iterũ: & marius marii filius conſules creati ſumt pugnatũq; ad ſacriportũ:ubi marius a ſylla uictus præneſte fugit & cũ clauſas urbis portas adinueniret per funẽ demiſſum quo ſe cinxit in murũ ſuſceptus eſt. Carbo a metello ẽ ſuperatus ſylla mariũ præneſte foſſa & muro concluſit.marius deſperatis rebus ſuos hoſtes occidere ſtatuit: per Brutum prætorẽ ut ait Appianus.ſiue ut alii per Damaſciũ qui in uocatos ſenatores præſertim in ſæuolã ſænit.ſylla interea Romã exercitũ diuerſis itineribus miſit: & ut portas urbis occuparet imperauit. mox ipſe ante portam in campo martio exercitũ ſtatuit marius obſeſſus q̃q̃ fruſtra tentaſſet erũpere a Lucrecio offella Syllanarũ partium uiro cum per cuniculum tentaret euadere orcum ſceptus mortem in ipſo cuniculo ſibi conſciuit.Septimus annus ſeptimus conſulatus ad que omniũ primus ipſe peruenit de qua re poſt fugam illam ex urbe oſtentum dicitur habuiſſe ſeptem aquilatũ pullos ut ait Appianus.

Craſſi

OMNIBO. Diſcepiſſe membra: quia ſine ferro laceratus fuit membratim. Intercarpentis in medio carpentis participium ab intercapo pis. Membra:tua o bebi.aut.ſ.uacat flere. Te præſage malorum quia ſic diuinabat futura fata ſua antonius hic enim antonius uir conſularis & clariſſimus orator occiſus eſt & proditus a quodam ſeruo per imprudentia: marcum enim antonium(ut appianus & plutarchus docent)ad fundum quendã fugientem: agricolla diligenter oculuerat: benigneque ſuſceperat:ſeruum deinde induſtrium in diuerſorium ire iuſſerat ut uinum emeret:cauponi uero cur diligentius uinum poſceret inquirenti cauſam inſuſurrauit auribus. Ille cum diſceſſiſſet propere ad marium accelerans caupo: rem aperuit qua præcepta marius lætitia geſtiens accurrit ueluti operam necis eius ſuſcepturus:retinentibus eum amicis:Tribunus militum annius ad id facinus electus cæteros intra domum immittit quos antonius dicendi peritia ſuauiſſimis detinuit ſermonibus multa uarie pieq; elocutus donec Tribunus ipſe domum ingreſſus milites intentos ad audiendũ miratu san tonium peronate differerentẽ interemit.caputq; ad mariũ detulit: ſed audi genus crudelitatis in auditũ nã dici

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Menſæ feſtæ:id eſt feſti.ſ.marii.Ora caput. Canis.quia ſenior erat:& per crines caput eius. Fimbria:miles fuit marii qui duos craſſos:patrē & filiū occidit in penatibus propriis:& in mutuo alterū alterius conſpectu obtruncauit:ideo craſſos pluratiue dixit.Appianus tamē dicit ꝙ craſſū cū filio una fugientē:cū hoſtes inſequerentur:filiū prius occidere maluiſſe:ipſe deinde inabſequētibus occiſus eſt. Tribiūtio tabo nā cū ſeptimū cōſulatū ſibi marius & Cinnū uſurpaſſent:ſtati ſimul atq; magiſtratū inierūt.Sextus lucius tribunus pl. e ſaxo calēdis Ianuarii ꝑcipitatus eſt ꝙ mario futuras calamitates ꝑdixerat. Robora:erat locus in carcere q robor appellabatur quo maleficorū genus ꝑcipitabatur:ſic dictū ꝙ ante rubeſteis arcis.i. ſeriniis ex robore factis iduebātur deinde ꝑcipitabant:hic tracta eſt cōſuetudo de robore ꝑcipitatus:ut apud Valeriū:familiares gracchi de robore ꝑcipitati ſunt:ita hoc & in loco Lucanus intelligit. Dici tñ poſt robora.i. roſtra ex robore facta maduiſſe ſanguine ꝓrorum ac cōſulū:quorū capita in foro ꝓ roſtris appēſa fuerūt: ut docet Appianus. Sæuola:nō a Mario ſenire iuſſus eſt occidi:ſed a minore mario hæc autē.Q.mutius ſcæuo. pōtifex maximus fuit:q mortuo mario ſeniore minoris marii iuſſu ueſtales ductus ante oras occiſus. Neglectū:cōteptū:qa q̄uis pōtifex eſſes tamē religionē tuā cōtēpſerūt. Violatæ de.alluſit ad nomē illius primi ſcæuolæ q dexterā cōbuiſſit. Ante ip.in ueſtibulo ædis ueſtæ. Sed feſſa ſe.ſed iā inqt ſenior erat:ut uix poſſet ſanguinē effundere cū occideret. Flāmiſq; pepcitq́ nec rogus ſanguīe illius extictus eſt. Septimus annus:ſepties enī cōſul fuit marius & ī ſeptīo cōſulatu mortuus eſt.

SVLPI. Oīa paſſo:nam exhumilimo potētiſſimus euaſit:& infeliciſſimo feliciſſimus. Menſoq; homini quid fata pararent:qui menſurauerat expertuſq; fuerat aduerſa & proſpera quæ fortuna ſolet afferre. Iā quot cadauera:repetatur illud cui flere uacet. Sacriportū:themeſis eſt:Sacriportus locutus eſt prope præneſte ubi marius iunior marii filius conſul uiceſimo ætatis anno factus contra ſyllam pugnans fugatus eſt anteq̄ ſylla urbē occuparet. Sic enim ex Plutarcho aliiſq; colligitur. ſic indicat & Appianus. eſt etiā ſacriportus locus intra urbē iuxta pallatium eius meminit Varro. Collina por.Theleſinus ſannitum dux cū mariū obſidiōe liberare nō poſſet ad decimū a porta collina ſtadiū caſtra poſuit.Ibiq; a ſylla magna cū ſuorum ſtrage ſuperatus periit.eſt autē porta collina quæ ducit adquirinalē:eadē ferunt ſalariā appellatā. Caput mundi:imperiū romanū quod marius ad ſamnites trāſferre promiſerat fauebant.n.partibus ſuis. Sannis.ſannites inter picenum campaniam & apuliam populi ſunt.

ſacriportus

Ille fugít uítæ mario modus oīa paſſo
Quæ peior fortuna pōt atq; oībus uſo
Quæ melior mēſoq; hoī quíd fata pararēt
Iā quot apd ſacri ccciderē cadauera portū
Aut collia tulít ſtratas quot porta catuas
Tū quū pene caput mūdí rerūq; poteſtas
Mutauít trāſlata locū romanaq; ſamnís

Porta collina Sánites

OMNIBO. Omnia paſſo quæ peior fortuna poteſt quia nunc aduerſa nunc ſecunda fortuna illū comitata fuerat: Nā hoſtis patriæ iudicatus marius exulauit:& minturnis in carcerē coniectus eſt. Quæ melior:triumphauit enim de.Iugurtha deCymbris & Theutonibus:& conſul factus ultus eſt iniurias inimicorū. Menſoq; homini:ideſt mario qui omnia impleuerāt quæ fata de illo iudicauerant futura: nā cū adhuc pubeſceret marius & in agro mortē ageret:perhibent illū ueſtibus excepiſſe nidū ab aliqua delatū in quo ſeptē pulli ferebantur:qui uero domū ueniſſet cū nido parentes admirati quæſiuerunt a uatibus quid aliud portenderet: Reſponderunt hunc hominē ſepties ſummū magiſtratū cū imperio conſecuturū. Iā quot.Hic neſcio quis:qui a poeta loqui introducitur qui pergit narrare cladē ciuiū romanorū quæ fuit bello ciuili:quod inter mariū & ſyllā geſtū eſt: Marius quidē ſenior innumerabiliū cladiū aliarū ſuper alias auctor extitit Romanis: ſed iunior qui patri ſucceſſit: apud paruā clamitatē ubi Romæ intulit cū ſylla ſubacto Mithriade Romā forcior rediit. idq; cū marius ſenior audiſſet cū iā ætate confectus eſſet parti dolore parti ſenectute diē ſuū obiit.Marius itaq; ſenior cū uideret ſe nō poſſe urbē aduerſus tantū exercitum ſyllæ defendere:ut tamē interea ulciſceretur inimicos ſuos ex ſenatu eligi iuſſit quoſdam quos in carcerem coniecit & ſingulos eductos iugulandos mittebat ad mariū iuniorem:deinde ex urbe egreſſus in ſamnū profugit & lamponiū & Theleſinū duces ſamnitū ad auxiliū marii iunioris cōuocauit qui atrocius pyrrho & Hannibale etruriā omnem atq; campaniam depopulati ſūt iam ſylla ad urbem appli cabat:dum omnes copiæ ueniſſent ad ſacriportū & ad collinam portam concurrerunt.ibi ſeptuaginta milia hominum & amplius ſylla occidit.ſacriportū: eſt themeſis.& eſt locus non procul a preneſte: urbe ubi exercitum habebat marius:ad portam uero collinam lamponius & Theleſinus oppreſſi ſunt ſamnitū duces:& ſeptem milia ibi occidit ſylla:unde in magno diſcrimine fuit imperium romanū:ne ſubacti romani regerentur: a ſamnitibus qui antea a romanis uicti fuerant marius illius clarioris marii affinis atq; cognatus: ut inquit Appianus cū ad ſacriportū ueniſſe copias in preliū educit.acriterq; ab eo pugnatum uigeſimum nondum egreſſo annum:ſiniſtra acie inclinante.quinq; peditum cohortes:duæ equitum non expectata aliorum conuerſione:arreptis ſignis ad ſylam cōfugerūt. Actum primo mario cladis origo emerſit:interfectiſq; plurimis:reliqui preneſte fugi cōtendere. Quot cateruas:quaſi dicat innumeras. Caput mdiū:ideſt Roma. Trāſlata locum quia in periculo fuit ne imperiū romanum transferreretur ad ſamnites.Romana& ſamnis id eſt ſamnitū populus ſperauit maiorē uictoriam tempore ſyllæ q̄ apud furcas caudinas conſecutus olim fuerit:tāgit hiſtoriā.C.Vetrurius & Spurius poſthumius conſules romani.cū ducerent exercitū aduerſus ſamnites:q luceriam ſociā urbem populi Romani obſidebant. Duæ uiæ erant una breuior:ſed circundata collibus ac ſaltibus. & per fauces duas ingredi oportebat. Altera uero latior:& longior: ſed quia res celeritate indigebat miſerunt Romani exploratores ad ſamnites.ſed ſamnites rati id quod futurum erat: ſub habitu poſtorali miſerunt exploratores Romanis cū gregibus & armentis. Romani ſtatim ut hæc uident greges & armenta diripient: paſtores captiuos ad Imperatorem ducuut:Conſules quernnt de rebus hoſtium: paſtores reſponderunt ſamnites omnes occupatos eſſe circa



Luceriæ ruinā quod romani credentes ſtatim ingreſſi ſunt fauces uiæ breuioris: uix ingreſſi ſunt cū clamor exortus ſignificauit romanos hoſtibus eſſe circumdatos: ut nullo modo exire poſſent:tandē cū fruſtra tentaſſent exire in collocutionē hoſtes uenerant. potius uero ſannitū dux cū noluiſſet conſilio parere patris ſui qui iuſſerat filio ut omnes romanos aut interficeret aut dimitteret intactos ſub iugū omnes cū maximo dedecore:& clade & cū magna uictoria ſanitū.ptās re.i.ipū ro.

Vltra caudinas ſperauit uulnera furcas.
Sylla quoq; ī mēſis acceſſit cladibus ultor
Ille quod exiguū reſtabat ſanguínis urbi
Hauſít.dūq; nimis iā putrida mēbra r̄cídít
Excedit medicía modū:nimiūq; ſecuta eſt
Qua morbi duxere mãus:pīere nocenteſ
Sed quū iā ſolí poſſent ſupeſſe nocentes
Tunc data libertas odiis:reſolutaq; legum
Frenís ira ruit:nō uni cuncta dabantur
Sed fecit ſibí quiſq; nefas:ſemel oia uictor
Iuſſerat: īfandū domíní p uíſcera ferrum
Exegit famulus: natí maduere paterno
Sanguíne:certatū ē cuí ceruíx cæſa pentiſ
Cederet: ī fratrum ceciderūt præmía frēs
Buſta repleta fuga.ꝑmixtaq; uíua ſepultis
Corpa:nec populū latebræ cepere ferarꝫ.
Híc laqueo fauces eliſaq; guttura fregít
Híc ſe præcipíti iaculatus pōdere dura

SVLPI. Vltra furca. ſupra eā calamitatē quā ad caudinas furculas accepere. ſunt autē furculæ caudinæ liuio auctore ſaltus duo alti ſiluoſiq; montibus circa ſe perpetuis inter ſe iuncti. Iacet inter eos ſatis patens clauſus ī medio campus herbidus aquoſuſq; per quē mediū iter eſt:ſed anteq̄ uenias ad eū intrandæ primæ anguſtiæ:& aut eadem qua te inſinuaueris uia retro repetendo aut ſi ire porro ꝑgas per aliū ſaltū arctiorē impeditioreq; euadendū. Hunc in locū.T. Vetrurius & Sp. poſthūius cōſ. exercitu deducto cū nulla ſpes euadendi eſſet ſannites obſidentes fœdere cū eis facto & ſexcentis equitibus romanis datis obſidibus:ita exercitū abduxerūt ut omnes ſub iugū mitterentur. Caudinæ: a caudio uicino oppido dictæ. Cladibus quas marius fecerat. Exiguū ſan.reliquias ſuperſtitis populi. Hauſit:attraxit & quaſi bibit:quod dixit ad eius improbandā crudelitatē. Dūq; ni.tranſlatio a chirurgis qui cū putrida loca ſecant interdū ſincerā carnē abſcidunt. Putrida mē. per quæ nocentes & inimicos intelligit. Medicina:ultioni hæc comparatur. Nimiū ſe.eſt:altius ſecuit q̄ oporteret. Sed cū iā.ſ.ſed cū nulli alii uiuerent. Tunc da.li.odiis: tunc licuit unicuiq; quē uellet occidere nulla lege ſeruata:nec ſylla pones ſe arbitriū necandorū reſeruauerat ſicut marius.Itaq; diu ſeuitū eſt: donec clamauit furfidius uiuere aliquos debere eſſent quibus imperarent: & uunc propoſita eſt tabula q̄ duo milia nobiliorū mori uidebantur auctor ē Florus. Fecit ne aſſūpſit licētiā ſcelerū. Infandū do.uaria mortis crudelitatiſq; genera mēorat. Domini enī ultra occidēdos ſāulis ſe ꝑbebāt & multi ſiue per odiū ſiue ꝑ pietatē dominos obtrūcabāt: & filii patres. Certatū ē:a filiis inter ſe. Ceruix cæ.caput āputatū. Cederet:in ſortē uēiret. Inpræ.ſra.i ſalutē quā fratris caput gerēs aſſequebaē. Fuga:ex fuga hoc eſt fogientibus.

Furcule caudine

Caudiū

Latebræ:luſtra & ſiluę. Percuſſus.repercuſſus. Hic:aliquis. Eliſa ſtrangulata. Iaculatus:demittens ſeſe.

OMNIBO. Vltra uul.i.ſupra quā fuere clades romanorū apud ſurcas caudinas cū cū conſules romani lucerię obſeſſæ ſuccurrere uellent hæc hiſtoria eſt apud.T. Liuiū. Sperauit.nā ſannites ob hanc cladē ſperauerunt potius romanū imperiū ſe conſequi poſſe: q̄ tunc cū exercitū romanū clauſū inter anguſtias caudinas tenuere. Caudinas:acaudio oppido quod haud procul inde fuit. Sylla quoq; ſylla quoq; acceſſit mario qui clades romanorū augeret: quas marius ſenior & iunior intulerant. Vltor.i. ut partes ſyllanæ ulciſcerentur clades a mario illatas ipſe quoq; ſtragē fecit. Exiguū eſſet tamē ille fuit ultor. Dūq; mi. dū recidere uult id ciuiū quod corruptū erat redicit etiā quod ſanū erat.tranſlatio ſumpta a medico:qui cū putridū ulcus incidere uult periculū imminet ne cū putrido ſanū amputet quod feciſſe dicit ſyllā ſupra modū. Qua morbi:quæ ita impellebat militū animos ea ſecuti ſunt ut occiderent maria nos omnes:nā ſyllæ cū occidēdi nullus modus eſſet.C.Metellus:uel ut alii dicunt Offidius eius aſſentator & quis inquit finis erit cædis: nōdū enī quos occidi uelis ſtatuiſti: & quos ſeruaris tū ſylla nōdū cōſtitui:dic ergo quos occidi uis.faciā inquit ſylla: & trido amplius quīngētos ciues romanos ꝓſcripſit:tū demū ſenatus tacuit:tū ſylla duo talēta dedit qui ꝓſcriptos occideret. Quod autē iniuſtiſſimū erat ex eorū bōis qui occidebanē ærariū fecit. Senatores quadraginta:equites mile & ſexcētos ad mortē cōdemnauit teſte Appiano:deſcripſit & ꝑmia interfectoribus & his qui:accuſarēt.& ſuplicia oculētibus inſuper aſcripſit: nulli inimicorū ad exercitū uſq; ſuppliciū pepercit:uerū ꝑtores:qſtores:tribūos: & quoſcūq; alios q eū hoſtibus ſimul qdpiā egiſſent ſūmis pœnis affecit dicit ergo ante ſyllæ cōſtitutionē nocentes ſimul & innocētes piſſe. Periere nocētes: anteq̄ innocētes periēt cōſumpti ſūt prius nocētes omnes. Soli nocētes: occiſis nocētibus innocētes ſupererāt:& demū in innocētes ſæuitū eſt unde quidā:Q.Anrelius ciuis romanus mediocris fortūæ uir nec dicto nec facto bellis ſe implicās cū in forū uēiſſet:uidit nomē ſuū in tabella ꝓſcriptū:hei mihi dixit ꝑdiā in albano me ꝓſequunē:nā ꝓpter ſuos agros in albano ꝓſcriptus erat:uix hæc uerba dixerat:cū ſtati interfector ſuperueniens ipſū in foro obtrūcauit. Tunc data:qa permiſſū fuit cuicūq; ſyllāo inimicos ſuos interficere: & occidētibus decreta ſunt duo talēta:ſiue ſeruus dominū ſiue filius patrē occideret. Reſolutaq; legū frenis ideſt libera prohibitione legem. Non uni cuncta dabantur:ſed ſibi quiſq; diripiebat. Fecit nefas: quia occidit illos quorū opes affectabat occupare. Sibi ad utilitatem ſuam. Infandum domini:quia decretum eſt præmium ſeruis: ſi dominum ſuum occiderent:frater fratrem: filius patrem. Certatum eſt: filii certabant inter ſe uter prior occideret patrem. In fratrum:quia frater a fratre occiſus eſt. Buſta.re.fu.i.fugientibus plena ſunt ſepulchra. Permixtaq; uiua ſepul.quia uiua corpora latebāt in ſepulcris. Latebræ ſe tanta multitudo fugientiū erat ut illam cubilia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ferarū capere nō poſſent. Hic laqueo fau. cū aliter mortē fugere nō poſſent:ſe occidebāt ne occiderēt. Hic ſe præcipiti: aliquis ſe de altiori parte ædiū præcipitē dabat.

Deſiluit percuſus humo: morteſq; cruēto
Victori rapuere ſuas hic robora buſti
Extruit ipſe ſui ne dū omni ſanguine fuſo
Deſilit in flāmas & dū licet occupat ignes.
Colla ducū pilo trepidā geſtata per urbē:
Et medio cōgeſta foro cognoſcitur illic
Quicqd ubiq; latet ſcelerū: nō thracia tātū
Vidit biſtonii ſtabulis pendere tiranni.
Poſtibus anthei libiæ nec græcia mœrēs
Tot laceros artus piſea fleuit in aula.
Cū iam tabe fluūt cōfuſaq; tēpore multo
Amiſere notas miſerū dextra parentum
Colligit & pauido ſubducit cognita furto
Meq; ipſum memini cæſi deformia fratris
Ora rogo cupidū uetitiſq; īponere flāmis
Omnia ſillanæ luſtraſſe cadauera pacis
Perq; oēs trūcos cū qua ceruice reciſum
Cōueniat q̄ſiſſe caput quid ſāguine māes
Placatos catulí referā: cū uíctima triſtis
Inferias marius forſan nolētibus umbris

SVLPI. Deſiluit: deorſū ſaluit & ſe præcipitauit. Rapuere mortes. præoccupauerunt mortē ne inimici eius inferendæ poteſtatē haberent. Robora bu. ligna rogi quem ipſe parauit & anteq̄ ſe uulnerare incendit. Colla ducum pillo. Valerius inquit abſciſa miſerorū capita nō modo uultū at ſpiritū retinentia in conſpectū ſuū afferri uoluit: ut illa oculis quia ore nefas erat manderet. Ducū: marii thelefini & lamponii. Congeſta coadunata. Quicquid iacet: etiā cædes quæ ignorabantur. Nō thracia: Diomedes thraciæ rex hoſpites mactere ſolitus eſt: & ſuis equis apponere: capitaq; eorū affigere poſtibus. Tantū ſcelerū tot capita. Biſtonii thracis a biſtonia palude in thracia: quæ cū ipſa regione a rege Biſtone nomē accepit. Anthei Antheus libybus terræ filius hoſtium cæſorum capita poſtibus affigebat. Nec græcia: Oenemaum indicat qui rex piſarum: & helydis hyppodamiæq; pater cum generi manu ſe periturum ex oraculo accepiſſet. procis filiæ equorum cum ea currentium certamen conſtituit ea lege: ut uictores illa potirentur: uicti trucidarentur. quorum quidem capita nam innumeri illic confluebant ante ianuam affigebat. Piſea aula: regia œnomai. Piſa oppidum in achaia ad alpheum fluuium. Quum iam tabe fluunt: poſtq̄ corrupta erāt parētes furti ſubtrahebāt ut ſepelirēt. Cōfuſa: marcida ut diſcerni nō poſſēt. Notas: liniamēta & ſigna. Dextra pa. pyphraſis. Vetitis: uetuerat eni ſylla ſicut & mari° cōburi cadauera ut feris alitib° p̄da eēnt. Luſtraſſe: circūſpexiſſe. Pacis: irōia: pacē enim itelligit cædiū finē quæ paria iā uictoria facta ſunt. Cū qua ceruice: cū quo trunco ut ipſū pariter cū ſuo capite ſepeliret. Manes catuli: Catulus Luctatius cymbrico bello Marii colega ne in marianorū manus incideret ignis hauſtu ſe interemit ut inquit Florus. Appianus uero tradit ipſū uocatū in iudicio in cubiculo recenter illinito: & humido carbonibus accenſis ſponte ſuffocatū fuiſſe. In [illegible]ius ultionē Catulus frater petiit ſyllā ut Marius pretor maioris marii frater ſibi concederet: cuius rei etiā Valerius meminit. & Florus his uerbis mariū ipſius ducis fratrē apud catuli ſepulchrū oculis eruribus manibuſq; defoſſis ſeruatū aliquamdiu ut per ſingula mēbra moriretur poſitis ſingulorū hominū pene pœnis. Victima hoſtia ſacrificata catulo. Pendit inferias perſoluit ſacra quæ mortuis fiunt. Nolentibus umbris: inuitis manibus catuli. Nō ſanda piacula: crudelia ſacra & purgamina.

Biſtonii

Anthe°

œnomaus

Pyſa

Marius prætor

OMNIBO. Morteſq; cru. ra. ui. ſu. quia ſatius ducebāt ſibi ipſis inferre mortē q̄ in ptātē hoſtiū uiuere. Hic ro. bu. alter ſibi rogū ſtruebat ut ſe in eū iniiceret. Deſilit in flammas. i. cū uix ſe iugulaſſet ſuper iniiciebat ſe rogo. Et dū licet. i. ante q̄ occidi iuſſus ſit a ſylla: uel dū ſupereſt aliquid ſanguinis. Colla ducū: ut Marii & Cinnæ telo ſuper īpoſita p urbē geſtabāt. Medio cō. fo. qa roſtris īponebant. Illic ſ. foro. Cognoſcit. i foro cognitū erat qcquid ſcelerū cōmiſerāt & nō corpa ſed capita cæſorū ī foro cognoſcebāt ſuſpēſa. Nō thra. p ſimilitudinē oſtēdit crudelitatē ſyllanā: dicēs nō plura capita hominū nec corpa ī p̄ſepibus diōedis regis thraciæ occiſa fuiſſe ab eqbus ſuis q̄ hūanis carnibus uelcebant: & nō plura cadauera cæſorū fuerūt appēſa poſtibus anthei gigātis: uel ad aulā regis œnomai ī ueſtibulo q̄ capita rōanorū ī foro pēdebāt. Nō tamē. ſ. cæſorū. Tirāni bi. diōedis regis thraciæ. nā biſtōia pars eſt thraciæ. Lybiæ nec lybiæ. ſ. uidit tamē cæſorū hominū. Antheus gigas fuit q hoſpites qcūq; p libyā trāſirēt ad luctā iuitabat: & uictos occidebat: quorū capita poſtibus ſuſpēdebat ut cæteros terreret: cū aūt ī libyā hercules ueniſſet: puocatus ab illo certauit: & ſublimē illū pectori ſuo lacertis aſtrictū ſuffocauit. Nec græ. œnōaus rex piſæ filiā habuit hippodamiā pulcherrime quā matrimonio deſpōſare uolebat hac lege ut qcūq; eū curuli certamie uiceret: filia potiret: ad hoc plures forma puellæ capti cū ad certamē ueniſſent uicti ſūt: & corpa cæſorū iuuenū ī aula œnōai ſuſpēſa ſūt: ut cæteri pterrerēt: pelops tādē certauit: & corrupto mirtyllo auriga puella potitus eſt: dicit ergo nō plura capita in aula œnōai fuiſſe ſuſpēſa q̄ in roſtris po. ro. Aulea pi. i. œnōai regis pyſæ. Cū iā tā. ſed cū inqt hic ſtetiſſent ſuſpēſa: tādē remiſſa ira data eſt ptās unicuiq; cognoſcendi ſuos. Fluūt: pfluxerūt: p̄ſens p p̄terito. Cōfuſa: qa nō cognoſcebant. Notas: ſigna & indicia. Pauido ſub co. fur. adhuc metuebāt q̄uis ira nō nihil extīcta eſſet. Subducit. i. clā ſurripit. Meq; ip. fingit hoc poeta dici ab eo quē ipſe loqui itroducit q uix caput fratris ſui dicit cognouiſſe. Impōere flā. i. cremare. Luſtraſſe: circuiſſe. Pacis ſyl. pacē appellat finē cædis. Perq; omnes trū. caput ipſū aptabā ceruici cæſorū: dōec iueni corpus fratris mei.

Quid ſā. nūc ſpecialiter noiat nō nullos q crudeliter occiſi fuerūt iter quos mariū uirū ſenatoriū ducis ipſius fratrē: quē dicit iubente ſylla ad ſepulchrū Catuli tractū fuiſſe: & ibi tanq̄ uictimā occiſū mēbratimq; laniatū fuiſſe: cruribus. n. brachiiſq; fractis: auribus p̄ſectis & oculis effoſis apud catuli ſepulchrū aliquādiu ſeruatus eſt ut per ſingula mēbra moriretur: auctor Liuius. Inferias ma. piacula catuli hic eſt Catulus quē cū Marius occidi iuſ-



ſiſſet orātibus amicis ut ueniā daret: nil aliud reſpondit marius: mari oportet: q cū ſenſiſſet Mariū impetū in ſe facere: cubiculo recenti calce illito: igniq; præcalefacto incluſus expirauit: & ſic cōtumeliam hoſtis aufugit: nunc ergo ſylla quaſi placare uellet catuli manes: mariū ducis ipſius fratrem ad ſepulchrū catuli trahi iuſſit: ut ibi tanq̄ uictima immolaretur. Marius. ſ. iunior frater.

Pendit inexpleto non fanda piacula buſto?
Cum laceros artus æquataq; uulnera mēbris
Vidimus: & toto quanuis in corpore cæſo:
Nil animæ lœthale datum: moreq; nefandæ
Dirum ſæuitiæ pereuntis parcere morti:
Auulſæ cecidere manus: exectaq; lingua
Palpitat: & muto uacuum ferit aera motu
Hic aures: alius ſpiramina naris aduncæ
Amputat ille cauis euoluit ſedibus orbes:
Vltimaq; effudit ſpectatis lumina membris.
Vixerit ulla fides: tam ſæui criminis unum
Tot pœnas cœpiſſe caput. ſic mole ruinæ.
Facta ſub īgēti miſcentur pondere membra
Nec magis informes ueniūt ad littora trunci
Qui medio periere freto: quid pdere fructū
Iuuit? & ut uilem marii cōfundere uultum?
Vt ſcelus hoc ſyllæ cædeſq; oſtenſa placeret
Agnoſcendus erat. uidit fortuna colonos
Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reſciſſos
Vnius populum pereuntē tempore mortis:
Tunc flos heſperiæ latii iam ſola iuuentus

SVLPI. In ex. bu. ī ſaciato ſepulcro: uel iexpleto nō ſaciato: p qd ulciſcētis Catuli rabiē taxat. Aequata mēbris nā nō prius uita priuauit q̄ oculos infelices erueri: & ſingulas ptes corporis cōfregerit: ut inquit Valerius. Cæſo: āputato. Nil animæ lethale datū: nil mortiferū illatū uitæ: ſic enim ipſum ſcindebant ut uita conſeruaretur. Morem. crudelitatem accuſat quod eius uitam ſeruabāt quem ſtudebant iterficere. Parce morti: ſeruare uitam: Palpitat: mouet. Muto: non uocali nam non emittebat uocem. Spiramina maris adun. id ē uncum naſi. Euoluit orbes: uerſando eduxit oculos. nam præſſi uoluunt exeunt. Vltimaq;: ultimo loco ei oculos eruerunt. ut uiſis mēbris amputatis maiori cū dolore decederet. Vnū caput marii corpus. Criminis: crudelitatis. Sic mole nō alter diſſipant eorum membra qui ruinis obruunt: nec ſunt magis laceri qui merſi in mare ad litus deferunt.

Informes: qa agitati fluctibus & exeſi a piſcibus. Mole ruinæ: ædificiorum ruentium pondere. Trunci: cadauera truncata. Quid perdere fructum: improbat catuli conſilium quod ſyllam non ea uoluptate affecerunt quā ipſi putauerant: qppe multum eius fedatū nequit agnoſcere. Vt uilem: ut uulgarem. Cōfundere: deformare.

Fortuna p̄neſtina: habebat p̄neſte fortunæ templum illuſtre unde certa edebant oracula ut ait Strabo. Simul reciſos: qnq; milia eni p̄neſtinorū ſpe ſalutis p. P. Cethegum data extra mœnia municipii euocata cū abiectis armis humi corpora proſtrauiſſent interficiēda protinuſq; p agros ſpargenda ſylla curauit. Quippe Lucretius ofælla præneſtæ recepta: ſenatores omnes qui cum Mario bellum geſſiſſent partim iterfecit: partim in uincula coniecit quos ſylla adueniēs inermes in campū exire iuſſit: & paucis ſibi utilibus electis reliquos ī tres ptes diſtinxit ī romāos ſānites & p̄neſtinos. romāis q̄q̄ morte digna ppetraſſēt p p̄conē ſalutē denūciata reliquos cōfodi īpauit Mulierib° eorūq; liberis libre abire pmiſit: ac ciuitatē diripuit hoſtiliter. ex maxio & Appiāo. Colonos: habitatores. Tpe mortis uni°: itra tātū ſpaciū q̄tū un° hō poſſet iterfici. Flos heſpiæ iuuēt° ex bellis ſupiorib° reliq̄.

OMNIBO: Pendit: pro pependit: p̄ns p præterito. Nolētibus umbris: quaſi tantā crudelitatē nec umbræ catuli q iuſſus fuerat occidi a ſeniore mario patiebantur. Vmbris. ſ. catuli. Non ſan. deteſtanda. Inexpleto buſto: non ſaciato qa ſaciari non poterat ſylla cæde huius adoleſcentis. Vidimus: qa poeta introducit loqui di cit hoc ætate ſua uidiſſe. Aequataq; uulnera mēbris: quia quot mēbra erāt tot uulnera in eius corpore cōſpiciebantur. Corpore cæſo: q̄uis eēt interciſus uiuebat tñ: cū uitalia læſa non eēnt: nā ſingulis articulis iuſſit eū īcidi ſylla: iuſſitq; oculos poſt oīa mēbra effodi: ut ſui corporis lacerationē uideret. Lœthale: mortiferum. Datum aīæ: quia uitalia læſa nō erāt. Morteq; nefādæ: inauditū crudelitatis genus. ſ. pcere morti peuntis: qa cū per ibat mori tamē nō poterat. Auulſus: deſcribit quō interciſus fuerit. Palpitat li. i. mouet. Muto: qa mouebat lingua tamen uocē emittere non poterat. Hic: alius ex ſatellibus ſyllæ. Euoluit or. oculos poſtremo euulſit. Spectatis mēbris. i. poſt qui mēbra uidit tum oculi effoſſi ſunt. Vix erat illa ſi. uix credi poſſet tā crudele facinus. uideli cet unū caput accepiſſe tot pœnas quot mēbra in uno corpore ſūt. Sic mole: p ſimilitudinē oſtendit quō laniatus erat marius. Non aliter inqt moles q̄ de mōte ceciderit in corpus alicuius ipſū cōfringit q̄ erāt diſſipata mēbra Marii: aut certe quale eſt cadauer in undis maris iactatū: tanddē a piſcibus laniatū in littus iacitur. Miſcentur: cōfundūtur. Ruinæ: montis uel ſaxi uel tecti. Quid perdere fructū: miror q hoc fecerint ſatellites Syllæ: pdiderūt enim fructū: quia deformauerūt membra ſui inimici: & ſylla inimicū mariū cognoſcere nō potuit: quē ſi cognouiſſet gratius fuiſſet ſyllæ. Iuuit. ſ. ſatellites Syllæ. Perdere fructum: quia nihilo magis cognouit eū ſylla q̄ ſi alterius eius corpus eſſet. Agnoſcendus erat: non ita deformis eſſe debebat: ut cædes inimici eſſet grata ſyllæ. Fortuna: præneſtina: quia ut inquit Strabo: habet præneſte fortunæ templū illuſtre: unde certa edūtur oracula. Vidit colo. cunctos: populum pereuntē tempore unius mortis. Vidit colonos: Sylla expugnata præneſte: ſex milia præneſtinorum in campo martio: dum ipſe æde bellonæ conuocato ſenatu haberet orationem per ſatellites iugulauit: ad quorum prolatus attonito ſenatu: iuſſit omnes ſenatores ſylla quieſcere & intentos animos uerbis ſuis p̄ſtare: nec quæ foris gererentur curare: quoniam ſuo edicto caſtigarentur quidam flagitioſi. Cædebantur aūt in uilla publica: nā publica uilla in cāpo martio erat: & domus oēs extra mœnia ſūt appellatæ uillæ: qa ibi plerūq; aliqd cū populo agebat ſi ſupueniret imber ſe in eā uillā recipiebāt ut tecti eſſent in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

qua etiam uilla quattuor aut ſecūdum liuiū octo milia deditorū inermiū ciuiū romanorū ſylla iuſſit interfici:

Concidit: & miſeræ maculauit ouilia romæ
Tot ſimul īfeſto iuuenes occūbere lœto
Sæpe fames pelagiq; furor ſubitæq; ruinæ
Aut terræ cœliq; lues aut bellica clades
Nunq̄ pœna fuit. denſi uix agmina uulgi
Inter & exangues immiſſa morte cateruas
Victores mouere manus: uix cæde peracta
Procumbunt: dubiaq; labāt ceruice: ſed illos
Magna premit ſtrages: pagūtq; cadauera ptē
Cedis; uiua graues elidunt corpora trunci.
Intrepidus tanti ſedit ſecurus ab alto
Spectator ſceleris: miſeri tot milia uulgi
Non piguit uidiſſe mori: congeſta recepit
Omnia tyrrhenus ſillana cadauera gurges.
In fluuium primi cecidere: in corpora ſummi
Præcipites hæſere rates: & ſtrage crueta
Interruptus aquis fluxit prior amnis ī æquor
Ad molē ſtetit unda ſequēs: iā ſanguinis alti
Vis ſibi fecit iter cāpumq; effuſa per omnem
Præcipitiq; ruens tyberino in flumina riuo:
Hærentes adiuuit aquas nec iā alueus amni
Nec retinent ripæ: redditq; cadauera campo,
Tandem tyrrhenas uix obluctatus in undas
Sanguine cæruleū torrenti diuidit æquor.

SVLPI. Ouilia. Cāpū martiū i quo Tarqnii ſuperbi ſepta fuere. Dicit hoc aūt poeta pp quattuor legiones contrariæ partis fidē ſyllæ ſecutas: quas in publica uilla q̄ erat i cāpo martio ne qcq̄ fallacis dexteræ iplorātes miſericordiā obtrūcari iuſſit & corpora ferro lacerata in tyberim abiici ut meminit ualerius. At Plutarchus ait: Sylla accepto nūcio Craſſū ſtrauiſſe hoſtē ſub aurorā ꝓfectus eſt antēnā ꝓmiſitq; tribus milibus ſalutem: quibus pollicitationibus cum credidiſſent facto i reliquos ipetu multi mutuis uulneribus ceciderūt: hos tamen & alios qui ſuperāt ad ſex milia in circo congregat: ſenatū in ædem bellonæ uocans eodem tpe & ipſe orationē in ſenatu exorſus eſt: & quibus negociū datū erat: ſex illa milia truncabant. cūq; fremitu cōmoueret ſenatus: ipſe nihilominus conſtāti uultu orationem cōtinuās ſenatū dictis ſuis animaduertere iuſſit: nec quæ foris gererent ut ſupuacua pſcrutaret: ſuo nāq; iuſſu puniri quoſdā flagitioſos. meminit & huius rei in libro de clemētia Seneca. Tot ſimul: tā multi inqt aut fame aut fluctibus aut ruina aut peſtilētia aut ꝓlio periere: ſed nunq̄ tyrāni iuſſu. Occūbere: ut occūberēt. Infeſto letho: uiolenta morte. Subitæ ruinæ: ex terræmotu aut pondere nimio ut Theatrum teracinēſe cuius meminit Suetonius. Lues: peſtilentia ex terra aqua cœloue orta. Clades bel. cōflictus pugnātiū. Dēſi uix agmi. uul. adeo ſpiſſi frequēteſq; erant ut occiſores ferrū exercere uix poſſent: & uulnere lethali accepto uix cadere poterāt. Labant: nutāt hac illac. Dubia: uacillāti & ſemiuiua. Illos: ſemiuiuos. Premit ſtrages: ipellit & enecat alioꝝ caſus. Peragūtq; cadauera. hoc eſt mortui ſuo pōdere uiuos necabāt. Trūci: eorū quibus capita erāt abſciſſa. Elidunt: cōprimūt: ſuffocāt

Intrepidus. amplificatio crudelitatis. Recepit: iuſſu ſyllæ. In fluuiū: i aquā ipſā. In corpora. qbus fluuius repletus erat. Præcipites: ꝓno alueo diſcurrētes. Hæſere: i cadauera. Strage cru. agere cadauerū. Prior amnis: q̄ erat ante cadauera: nā poſterior ſubſtitit cadaueꝝ cumulo. Iā ſan. al. Cruor cæſoꝝ hoīum e cāpo martio ita ui fluxit i tyberim ut aquā adiuuerit ad molē cadauerū ipellēdā. Hærētes: ſtagnātes nō fluētes. Nec iā al. ſi inqt tyberis inūdauit ut corpora in ſuū alueū paulo ante ꝓiecta i cāpū rettulerit martiū. Alueus: cōcauitas in ripas qua fluuius labit. Ripæ: q̄ latiores ſūt. Obluctatus: cōtra corpoꝝ molē. & eā partē q̄ ē a thuſcia. Sanguine torenti: cruore cū abundantia uehementiaq; currenti. Cæruleū: uiride cum nigrore.

Cerule/us

OMNIBO. Ouilia: appellauit ſepta illius domus publicæ ubi hos iuſſit interfici. hāc uero hiſtoriā appianus ita refert. Lucre. ſella ꝑneſte recepto: ſenatores oēs qui cū mario ea i urbe geſſiſſēt bellū par tim iterfecit: partim in uincula cōiecit: quos ſylla ſubinde adueniēs neci tradidit: iuſſitq; ex ꝑneſte ſine armis in campū prodire omnes qui in urbe moram duſſixent ex his quoſcunq; ſibi utiles: paucos tū e cæteris elegit: reliquos i tres ptes diſtixit: Romanos: ſannites: & ꝑneſtinos: cū diuiſi forēt romanis i primis p ꝑconē annūciat: qm̄ morte digna perpetraſſent: ueniā illis elargiri: reliquos cōfodi iuſſit: mulieribus eorūq; filiis libeꝛ abire pmiſit: ac ciuitatē diripuit hoſtiliter: opibus qdē refertā maximis. in hūc igit modū ꝑneſte capit. Populū peūtē tpe mortis unius. ſubaudi ſunt. Vnius. ſ. hois nō unius mortis: Tot ſi. iſe. hoc dicit uel peſtilētia uel fame uel bello: tot iuuenes ſimul aliqn̄ perire potuerūt: ſed uno tpe tātā fuiſſe multitudinē dānatā: nunq̄ auditū ē: ſicut ſylla nunc iuſſit eos iterfici. Pellagiq; fu. ut naufragio. Subitæ rui. ut tectorū. Cœliq; lu. i. peſtilētia. Clades bel. qa bello multi periere. Pœna. ſ. q tot dānati ab uno occiderent nunq̄ auditū ē. Vix ag. uul. tāta multitudo cæſoꝝ marianorum erat ut pp denſitatē uix ſyllani gladios uibrare & mouere iter eos poſſent. Immiſſa mor. qa mos furere uidebaꝛ iter eos. Peracta cæ. i. occiſione. Procūbūt: añq̄ morerēt: metu cōcidebāt. Dubia cer. qa icertū erat an mortui an uiui eēnt. Strages ꝑ. qa alius ſup aliū cumulabaꝛ. Peragūtq; ca. ptē cædis: qa mortui uiuos occidebāt cadendo ſup eos. Partē. ſ. eoꝝ q mortui nōdū erāt. Graues trū. i. grauitas illorū trūcoꝝ. Elidūt: ſuffocantur ne cura. Alto: tribunali. Nō piguit: nō graue fuit ſyllæ. Gurges tyrenus. i. tyberis thulcus q parti ut inqt ſtrabo p ethruriā excurrit: deiceps ipſā diſterminās: primū qdē ab ea diuidit umbriā: poſtea uero ſabinos & latinos. Romæ ad littus uſq; finitimos ex appenninis autem montibus tyberis effluit: igitur omnia cadauera cæſorum iuſſit in tyberim conici: ita ut egerat Marius. nam ut inquit appia; iuſſerat ne corpora humarentur: ſed fluuio immergerent. Syllana cadauera. q̄ a ſylla cæſa ſunt. In fluuiū primi cecidere: q prius iactati fuerūt trahunt ad mare: ſed ultimi in fluuiū minime cadere poſſunt ob tantam cæſoꝝ cōgeriem. In corpora. ſ. cecidere. Præcipites na. qa cū naues magno uento & remorum impulſu agitarent: tū tāta uis cadaueꝝ erat ut teneret.

Præcipites: remis & uētis impulſæ. Interruptus: intercluſus. Prior am. prima pars amnis deſcēdit in mare: ultima cadere nō poterat: qa detinebaꝛ aqua mole cæſoꝝ. Ad molē ſte. un. i. aqua retēta eſt a mole cadauerum.

Vis al. ſan. uis abūdantia ſanguinis traxit cadauera i mare. Effuſa. ſ. ſanguinis uis p oēm cāpum: ruens in fluuiū adiuuit aquaꝝ iter. Nec al. ſpaciū qd̄ eſt inter utranq; ripā. Redūt ca. cam. emittunt corpora i terrā. Diuidit æquor: tanta fuit ſanguinis abundantia: ut ſuffocatis undis fluminis in mare ꝓrūpens illi colorē imponeret purpureū. His ne: ſylla enim reip. ro. ſalus uocabaꝛ cū pro rep. pugnaret: ſed nūc tāta fuit crudelitate ut hoc nomine dignus non uideaꝛ. Inquit ſenex: meruit ne ſalus reꝝ uocari ſylla.

His ne ſalus rerum: fœlix his ſylla uocari?
His meruit tumulū medi ſibi tollere campo
Hæc rurſus patiēda manent: hoc ordine belli
Ibitur: hic ſtabit ciuilibus exitus armis.
Quāq̄ agitat grauiora metus multoq; coitur
Humani generis maiora in prælia damno
Exulibus mariis bellorum maxima merces
Roma recepta fuit: nec plus uictoria ſyllæ
Præſtitit inuiſis penitus q̄ tollere partes.
Hos alio fortuna uocas: olimq; potentes
Concurrunt: neuter ciuilia bella moueret
Contentus quo ſylla fuit: ſic mœſta ſenectus
Præteritiq; memor flebat metuenſq; futuri:
At non magnanimi perculſit pectora bruti
Terror: & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat: ſed nocte ſopora
Parrhaſis obliquos elice cum uerteret axes
Atria cognati pulſat non ampla catonis
Inuenit inſomni uoluentem publica cura

SVLPI. His ne ſa. Valerius ait en qbus actis ſelicitatis nomē aſſerendū putauit. eſtq; ꝓbroſa inſultatio. nā cōſeruator patriæ & felix & uenuſtus appellatus ī medio campo martio ſibi ſepulchrū erexit. Tradit appia. erectā fuiſſe ſyllæ æqueſtrē imaginem ante roſtra īſcriptā Cornelio ſyllæ imperatori fortunato: & plutarchus ait: q cum Metella uxor eius gemellos eſſet enixa ſemellam fauſtā: marem fauſtum appellauit. Hæc rur. pgit ſenex bella cōquerēs. Agitat gra. me. metuimus maiora. Coit: cōueniꝛ & fit coadunatio. Dāno: cede. Exulibus ma. marii exules inqt cōtēti fuerūt in urbē reuerti. Sylla nil aliud bello ciuili aſſequi uoluit niſi ut perderet inimicos. Cæſar uero & pōpeius his terminis nō acquieſcent. ſed tētabunt ſibi romanū iperium ſubiugare. Præſtitit: tribuit. Partes inuiſ. aduerſarios quos oderat. Hos cæſarē & pōpeiū. Alio: ad aliū finem. Olim: nūc & in pterito. Neuter: nec cæſar nec pompeius. At nō ma. Solus Brutus in publica romanorū conſternatione non territus Catonē inquit adiit ut cū ipſo deliberaret an qete uiueret an pōpeiū ſequereꝛ. Fuit aūt hic Brutus Iunii bruti ex Seruilia catonis ſorore filius: Portiāq; huius Catonis filiā duxit uxorē: uir q dē omni doctrina & uirtute ꝑclarus cuius laudes & plutarchus & Cice. præſertim in libro de perfecto oratore cōmmemorat. Pauidi mo. timidæ conſternations & fugæ. Erat pars: repetaꝛ illud nō. Sed nocte ſo. cronographia eſt: indicatq; auroræ tempus quo urſæ plauſtꝛ in orientē conuertiꝛ. Elice: urſa maior quæ & arctos dicitur appellataq; eſt elice ab eo q in gyrum uertitur: nam ἕλιξ circunuolutio eſt. Sunt qui ab elice oppido in theſſalia: ſunt qui ab eo quod eſt in peloponneſo dici putent. Nam Caliſtonem lychaonis arcadis filiam dianæ nympham a Ioue ſtupratam & a Iunone in urſam conuerſam: cum arcas filius ſagittis conficere uellet: cum illa in ſidus conuerſus eſt: & is cynoſura illa elice dicitur. Parrhaſis: arcadica a parrhaſis oppido.

olim

Brutus,

Elice

parrhaſis

Axes obliquos: rotas tranſuerſas: Iuuenalis: Frigida circumagunt pigri ſarraca boetæ. Septem enim ſtellæ ſic poſitæ ſunt ut formam plauſtri conficiant. Atria non ampla: paruam domum. Atrium unde dicatur Feſtus docet. Cognati: conſanguinei. Voluentem fata: cogitantem ſortem reipublicæ. Cura inſomni: uigili cogitatione.

OMNIBO: His. i. pter hūc facta. q. d. minime. Felix: ſylla a fortuna felix dictus: cū paruulus a nutrice ferreꝛ: mulier obuia ſalue inquit puer tibi & reipub. tuæ felix: & ſtatim quæſita quæ hoc dixiſſet: non potuit inueniri ad quod alludit poeta dicens felix. Appianus tamen ait imaginem ſyllæ ex auro æqueſtrem ante roſtra collocatam fuiſſe: inſcriptumq; fuiſſe: Cornelio ſyllæ imperatori fortunato: ſic enim illū adulatores in hoſtes feliciter pugnantem appellare conſueuiſſe: q̄ adulatio ſtabile tandē nomen obtinuit: refert item nōnulla legiſſe in quibus ſylla ex decreto uenuſtū appellari ſe uoluit: qd non longe a felici & fauſto differre uideꝛ: meruit ne uocari felix: certe non. Sylla ſe in omnibus felicem uocari uoluit unde filio ſuo fauſtum ſylla nomen impoſuit. Tumulum: nam ſylla fuit a ſenatu honorifice ſublimi ſepulchro in campo martio ſepultus. Hæc rur. reuertiꝛ ad ꝓpoſitum oſtendens maiora eſſe q̄ timent romani q̄ ea quæ olim ſylla intulit. Hoc ordine: qualis fuit ſyllanus: talis erit pompeianus & cæſarianus ordo bellorum. Hic exitus: finis erit huius belli futuri: ut tot ſint occidendi inter cæſarem & pōpeium: quot fuerunt occiſi inter ſyllam & mariū. Grauiora: qm̄ illi pugnabant ꝓpter uindictam ſed cæſar & pompeius martem collaturi ſūt: ut romano potianꝛ impio. Multū humani: maior pars humani generis congregaꝛ in prælia maiori damno q̄ fuerit illud ſyllanum. Maxima merces bel. hanc ſylla mercedem maximam bellorum arbitrabatur: cum roma recepta foret marianis factis exulibus. Vel ſic maxima erat merces Marianis exulibus ut Romam redimerent a ſyllanis: ſed pompeios ac Cæſar non contentabunt: hac mercede: quoniam maiorem affectabuntur: ſcilicet ſeruitutem romanam. Hos alio fortuna uocas: o fortuna tu uocas hos duces ultra mercedem mittendi partes aduerſas i exilium. Olim: aliquādo cōuet

rent pōpeius & cæſar potiundi iperii gra. Sic mœſta:iponit finē oroni illius ſenis:q̄ præteritæ memor calami tatis futuram romanoꝝ miſeriā lugebat. At nō:q̄dā romæ ꝓclara familia portia:q̄ a tuſculo oppido traxit ori ginem:illuſtris duobus claris uiris.ſ.cenſorio & uticenſi catonibus. Huius uticenſis catonis ſoror ſeruilia iunio bruto nupſit:de qua hic brutus editus ꝓclarā mulierē Portiā Catonis filiā in uxorē accepit. Igiť & nepos & gener erat catonis:ad quem ſuam facturus ē oronē. Cū eni tota ciuitas eſſet in tremore:ſolus brutus ſecurus uidebať qm̄ erat magnanimus. Terror:eſt in agente utputa in bellis:tremor i patiēte. Et pars:ſubaudi non erat par populi lugētis. Motus pa.q hoies panidos efficit. Parrhaſis he.legiť apud Home.atq; Oui.quādā adoleſ tulam Caliſtonē dictā iunonis inſtinctu in urſam fuiſſe cōuerſam:quā(ut aiunt) i polū arcticū trāſtulit:q̄ Parrha ſis dicta ē a parrhaſia ciuitate archadiæ de qua fuit oriūda:uocabať etiam helice. Ait itaq; ꝙ urſa iam flexerat cur ſus ſuos:qm̄ brutus ſe domum catōis cōtulit. Nō am.qm̄ neq; libidini neq; lautæ uitæ cato ſtoicus deditus ſu it. Cognati ca.q̄a & nepos erat & gener catonis. Publica fa.de ſtatu ciuitas cogitātē inuenit catonē. Vitū enī conſilii tota nō oportet dormire nocte ut ait Home:

Fata uirum caſuſq; urbis:cūctiſq; timentem
Securumq; ſui:fariq; his uocibus orſus.
Omnibus expulſæ terris olimq; fugatæ
Virtutis iam ſola fides:quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi:tu mente labantem
Dirige me:dubium certo tu robore firma.
Namq; alii magnum uel cæſaris arma ſequuntur
Dux bruto cato ſolus erit:pacem ne tueris
Inconcuſſa tenens dubio ueſtigia mundo?
An placuit ducibus ſcelerū:populiq; furentis
Cladibus immiſtum.ciuile abſoluere bellum?
Quenq; ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ:
Hos polluta domus:legeſq; in pace timendæ:
Hos ferro fugienda fames:mundiq; ruinæ
Permiſcenda fides:nullum furor egit in arma
Caſtra petunt magna uicti mercede:tibi uni
Per ſe bella placent?quid tot duraſſe per annos

SVLPI. Cūctiſq; timētē: Cato eni tū natura tū ſtoica doctrina & uſu ſic erat iſtitutus.ut ciuiū patriæ q; ſalutē ſuæ ꝓferret: nihilq; ſibi ſed aliis metueret. Omnibus expul. Oratio hæc i deliberatiuo genere ēq̄q̄ ut inqt Cice. Genus hoc cauſaꝝ ex ſuaſione diſſuaſioneq; cōſtet:& ſuaſori utrūq; dicendū ſit honeſtū & utile eē & fieri poſſe. Diſſuaſori ſi alteꝝ ifirmauerit ſatis ſit. Diſſuaſione utiť brutus tanq̄ ſi uideat Catonē in bella iā inclinatū. Exordiť aūt a beniuolētia cōmendando eius in uirtute cōſtātiā. Sola fides uirtutis:i quo ſolo reperiť uirtus ꝑfecta:quā reliq homines pellūt & fugāt. Quā turbine nullo:a q̄ nulla rerū perturbatione diſcedes: quippe ut inquit Hora. Iuſtū ac tenacē ꝓpoſiti uiꝝ:Non ardor ciuiū praua iubentiū:non uultus inſtantis tyrāni Mēte quatit ſolida neq; auſter:Dux iquiet turbidus hadrie:ſi fractus illabať orbis.Impauidū ferient ruinæ. Dirige labātē.cōſule uacillāti & incerto: Robore:rōne & ſtabilitate. Nāq; alii:breuiſſima narratio ē. Pacem ne tueris:diuidit qd ſuadere poſſet ab eo qd diſſuadet. Tueris ne pacem:uis ne inquiete te ſeruare. Tenens icōcuſſa ueſtigia:ꝑſtās in ſtabilitate & cōſtātia tua etiā ſi nutet ruatq; mūdus:q̄ppe turpiſſimū ē uirtute prædito uiro de gradu deiici ut in officiis Cice.inquit: hoc ē nō ſeruare cōſtantiam: An placuit:diſſuadet a turpitudine fugiēda:diuerſis argumentis ſumpi& a recto a laudabili ne eat in bella. Ducibus ſcelerū:cōſulibus & pōpeio belli auctoribus. Abſoluere:perficere. Videbať enim iniuſtū bellū eē niſi cato i eo militaret. Quēq; ſuæ.q̄ſq; priuatis actus cauſæ in bella feſtin Tu ſolus amore pugnandi accedes qd eſt cōtra uirtutē tuā. Hos: diſtributio ē. Polluta domus : ſtupra q familias exercuere. Leges timendæ in pace:metus iudicioꝝ:nā leges quæ improbis inferūt pœnas inter arma ſilent & exerceri nō poſſunt. Hos ferro fugi.fa.alii inquit paupertate ducunť i bella:alii ut ſeruent fidē conia gnandi. Victi mercede:ꝑmio ducti aut ſpe uitandi incommodi aut commodi conſequēdi. Furor:cupido p cauſa niſi pugnandi. Quid tot duraſſe per annos:argumentať qd faciat tam contra rectum q̄ cōtra laudabile quia a priſtina uirtute deficiens in dedecus ruat:

OMNIBO. Cūctis ti.cūctoꝝ gratia timore afficiebať. Oibus expulſæ:hæc oratio in deliberatiuo gene cōſtituta habet honeſtatem:qm̄ illud laudibus ꝓſequiť qd ab omni uiro laudari deberet. Suadet eni Catonē manere domi a bellis ciuilibus abſolutum.quod officiū ſuaſionis ē boni uiri. Sola fides:o Cato,ſolus es refugium urtutis ab oibus aliis remotæ. Captat baniuolentiā ab auditore oſtendēs rē eius magnificam: Fortunæ ue ꝓſpera:ſiue aduerſa nunq̄ uirtutē tibi excutiet:hoc ē nullus reꝝ euētus tibi uirtutē auferre poterit:fortunæ rei incertus euentus: Namq; alii:arguit ab honeſto ut Cæſerē aut pompeiū nō ſequať:ut alii faciūt imperio lū concitato uis tueri pacē:ac ſi diceret ſolus es q pacē tueri debes. Mūdo du.i.toto orbe in bel omni re perfectam appellamus:abſoluere etiam eſt a damnatione liberare. Brutus igiť inquit o Cato uis ne ab ſoluere.i.perficere bellū ciuile te alicui ducū fauente. Eſt aūt ordo: an placuit.ſ.te immixtū ducibus ſcelerum & cladibus populi furentis abſoluere bellū ciuile. Scelerata:q̄ nō tuendæ libertatis gratia fiūt. Quenq; ſuæ ra ſuaſit Brutus ne bellū ciuile ingrederet Cato a cōſequenti.nam ſi ita inqt o Cato bellum patieris:id probare deberis:& cæteri libentius bellum hoc ſuſcipient:nūc arguit hoc modo. Cæteri inqt excuſari poterūt: ꝙ aliqua cauſa impulſi bellum petant:tu uero nulla excuſationis cauſa moueris:duæ ſunt cauſæ.ſ.impulſiua & ratiocinatiua. Impulſiua eſt quæ impellit hominem ſine cogitatione ulla non prius habita ratione ipſius rei. Ratiocinatiua eſt quotiens prius diligentius conſiderata re & ratione ad eam accommodamus:cæteri habent cauſam ratiocinatiuam:qa uel commodi conſeq̄ndi uel incōmodi uitādi cā bellū petunt: Hos po.do.id eſt cā uitandi incō



moda. Hos ferro fug.fa.hoc cauſa conſequēdi cōmodi. Fides:ſubaudi ſemper rapit a ſuperioribus:alii eni promiſerūt ſequi Cæſarē uel Pōpeiū:etiā ſi rueret mūdus:ideo promiſſa fides ruinæ mūdi trahit aliquos. Poluta:nocens: Domus:qui delictū aliquod cōmiſerūt uel parricidiū:uel adulteriū:uel futurū;unde libēter bellū hoc amplectūtur ut poſſint effugere ſuppliciū futurū. Leges:quæ improbis pœnā ſtatuūt. In pace:quia in bello impunitas ſcelerū amať:ubi ſperat unuſq̄ſq; licenter uiuere. Hos furto cauſa cōſequēdi cōmodi. Fames.i.pauptas:qa in bellū proficiſcūtur pauptate ducti. Permiſcēda fi.quia fide aſtricti ſequūtur:alii cæſa.alii Pom.quā ſeruare nō poſſunt ſine mūdi ruina neceſſe ē ergo ut ruat mūdus. Nullum fu.nemo ira parcitus ad hoc bellum proficiſcitur.q.d.tollerabilius eſſet ſi ira & indignatione inimicitiarū moti bellū peterent:ſed cū ſpe cōmodi hoc faciāt iniuſtior cauſa eſt. Mercede.ſ.quā uterq; dux militibus ſuis promittit. Tibi uni. Validū argumentū cur non debeat ipſe huic bello intereſſe. quoniam nulla cauſa excuſabili hoc feciſſe uidebitur.nam alii cauſa uitandi incommodi:tu uero cupiditate uidebe ris bello itereſſe. Quid tot:arguit a iuſtitia:nam qui innocētiam per omne tempus uitæ ſeruauit:debet in ea perſeuerare:nam ſi bellum petis innocentia tua corrumpetur a nocentia:& ab officio innocētis & integri uiri deſiſtes ergo debes te o cato mouere ante acta uita ut nolis innocentibus cōnumerari. Tibi:o cato.

Profuit imunē corruptis moribus æui:
Hoc ſolum longe pretiū uirtutis habebis
Accipiēt alios faciēt te bella nocentem
Ne tamē o ſuperi liceat feralibus armis
Has ēt mouiſſe manus:nec pila lacertis
Miſſa tuis cœca telorum in nube ferantur
Nec tāta i caſſum uirtus eat.ingerat omnis
Se belli fortuna tibi:quis nollet ab iſto
Enſe mori:quis alieno uulnere labens
Et ſcelus eē tuū:meli[9] trāquilla ſine armis
Ocia ſolus ages.ſicut cœleſtia ſemper
Incōcuſſa ſuo uoluuntur ſydera lapſu
Fulminibus propior terræ ſuccenditur aer.

SVLPI. Immunem:inexpertem uitiorum. Duraſſe:in uirtute perſeueraſſe. Hoc ſolum:nil aliud cōſequeris ex tua uirtute:niſi quod cū cæteri iā olim ſint mali:tu nūc primū peccare incipias. Ne tamen o ſuperi:Implorat deos ne quēq̄ Cato ſit occiſurus:aut ſi quem duces ipſius belli. Feralibus:mortiferis. Has manus:Emphaſis quaſi dicat quæ ſanctæ immaculatæq; ſunt. Pila:tela. Ferātur in cœca nube talorū:hoc ē cū aliis cōfundātur & in uanū pereat uirtus tua & te macules cæde ſine magna reip.utilitate. In cœca nube:in ignota multitudine. Omnis fortuna:qualiſcunq; euentus. Ingerit immittit ſe ſuadetq; tibi clam & dependet a te:nā iuſta eius partis cauſa uidebitur pro qua ſequeris : & illa uictoriā aſſequeť Placet tamē magis legať ingerat:ut ſit ſenſus ois belli euētus ſubmittat ſe tibi & tu bellū conficias. Quis nollet:certe quiſq; inimicorum tum laudis ſuæ cā tum dedecoris tui.in quem etiam ab alio cæſus culpam transferret. Melius:Immunitatē bellorum & quietem ab ipſius uirtutis natura ſuadet:nam cū diuina & altiſſima ſit: in pace ſine perturbatiōe uerſari debet. Eſtq; ſuperiorum argumentorum complexio quam ſimilitudine firmat. Ages ocia:eris quietus. Inconcuſſa:fixa & ſine turbatione quoniam ut ait Lucretius. Omnis enim diuum per ſe natura neceſſe eſt. Immortali æuo:ſumma cum pace fruatur. Fulminibus propior:Imus aer fulminibus infeſtatur.latenterq; innuit uilibus & inſipientibus ais idē accipere. Propior:uicinior. Succenditur fulminibus:fulminatur. Sed huic loco illud horatianū uidetur eſſe cōtrariū. Feriuntq; ſummos fulgura mōtes.

OMNIBO. Immunem:criminis inexpertem. Corruptis moribus:cum mores totius mundi cupiditate corrupti fuerunt:tu uero incorruptus es. Quid profuit.q.d.nihil ſi bellum hoc petieris. Hoc ſolum:o Cato hoc præmium conſequeris:nam cæteri in caſtra nocentes proficiſcentur:tu uero innocens ut primum proficiſceris nocens efficeris:ergo a bello deſiſte:quod te nocentem faciet. Pretium:hyronia immo pœnam. Alios:nocentes. Non tantum:nunc per exclamationem deteſtatur hoc conſilium:ut nolit cato bellis ciuilibus intereſſe. O ſuperi prohibete hoc nefas:ne hoc bello Cato uir innocens ſe inferat:ſi uero o Cato hoc feceris tibi uni cædes aſcribentur:nam ſi quis uulneratus fuerit dicet ſe periiſſe magis tuo tælo q̄ aliorum:maior ergo pars huius belli tibi aſcribetur. Feralibus:ideſt lætiferis uidelicet mouiſſe manus. Has.ſ.Catonis. Nec pila lacertis.i.ne tua brachia ferātur in cædem Romanorum Pila.ſunt tæla Romana. Ferantur.ſ.temere ideo cæca nube dixit. Eat in caſſum:euaneſcat:nam ſi ſemel te immiſcueris ſceleſtis ciuibus tua omnis uirtus periiſſe uidebitur. Ingeret:iculcabit ſe tibi. Quis nollet q.d.omnes. Mori:qui occidi cupient a te. Alieno uulnere:ideſt alterius militis:tamen te auctorē fuiſſe cædis ſuæ dicet. Melius.o brute diſſuaſiſti ꝙ nō ſit proficiendum in bellum:ſed nunc ſuade quid ſit faciendum: nam non ſatis eſt ꝙ monueris quid ſit fugiendum:niſi etiam quid ſit faciendum. Hoc ergo dicit Brutus o Cato conſilium tuū debet hoc eſſe:ut a bello ciuili remotus in aliqua regione ſolus permaneas: & ibi tua tranquillitate animi fruatis:& per ſimilitudinem oſtēdit ut ſecurus uiuat in ſolitudine a ſceleſtis hominibus remotus. Nam quemadmodum altiora cœli nō ſentiunt pertubationem.nullāq; uentorum uel fulgurum uel fulminum procellam:ita tua mēs: quæ celeſtibus comparanda eſt omni perturbatione uacare debet. Solus:o Cato. Melius:q̄ hunc uel illum ducem belli ciuilis ſequatis. Sicut:fac ut eandem ſerues ſtabilitatem propoſiti tui q̄ ſidera ſeruant quod ab initio ſibi impoſuit diuina prouidentia ab eo non declinat:ita & tua mens quæ cœleſtibus comparari poteſt. Cœleſtia:ut ſol luna ſemper eodem motu ſuum curſum perficiunt:hinc eſt ꝙ Stoici crediderunt ſtellas : & non ſolum corpora cæleſtia animata eſſe:ſed etiam terram mare deos eſſe:ſicut Cice. etiam oſtendit dicens: Solem lunam ſtellas:& non ſolum corpora cæleſtia : ſed etiam terram mare deos eſſe quia reguntur ratione quadam & ꝙ omnia animata intelligentia permaneant:nam cum uidemus ſolem & lunam ſuper eadem ratione moueri:nec unq̄ a curſu ſuo declinare: id ſine ratione nō poſſe fieri arguebant:& rationem habere non poſſe:niſi animata eſſent:ſed ualde decepti ſunt:non eni aiata ſunt cæleſtia:ſed deus diuina prouidētia angelū uel ſpiritū ſiue intelligētiā ut theologi dicūt impoſuit cœleſtibus:q̄ regūtur & gubernātur:& ideo nō ſine ſumma ratiōe mouētur. Suo lapſu:diuina prouidētia hoc faciēte.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Fulminibus cœleſtia quæ in alto ſublata ſunt.nullam aeris perturbationem ſentiunt:ſed craſſus hic aer humilior & terræ propinquior ſuccenditur fulminibus:ſic tu o Cato. Aer propior terræ.ſ.Craſſus. Ima telluris.i.pars inferior terræ.

Imaq; telluris uẽtos:tractuſq; corruſcos
Flãmarũ accipiũt :nubes excedit olympus
Lege deum minimas rerũ diſcordia turbat
Pacem ſumma tenent.q̃ lætæ cæſaris aures
Accipient.tantũ ueniſſe in prælia ciuem:
Nã prælata ſuis:nunq̃ diuerſa dolebit
Caſtra ducis magni.nimiũ placet ipſe catõi
Si bellum ciuile placet.ꝑs magna ſenatus,
Et duce priuato geſturus prælia conſul
Sollicitãt:ꝓcereſq; alii qbus adde catõem
Sub iuga põpeii.toto iam liber in orbe
Solus cæſar erit:quod ſi pro legibus arma
Ferre iuuet patriis libertatemq; tueri
Nũc neq; põpeii brutũ nec cæſaris hoſtẽ
Poſt bellũ uictoris habes ſic fatur at illi.
Arcano ſacras reddit cato pectore uoces:
Sũmum brute nefas ciuilia bella fatemur
Sed quo fata trahũt uirtus ſecura ſequet
Crimen erit ſupis & me feciſſe nocentem
Sidera quis mũdũq; ualet ſpectare cadẽti

SVLPI. Ima tellus:ipſa terra quæ ima eſt. Tractus flammarum diſcurſus coruſcorrum igniũ. Nubes excedit olympus in cœlum nubes non ueniunt nec ab eis perturbantur. potes & de olympo monte Theſſaliæ intelligere:qui quidem tãta eſt altitudine ut eius cacumen uenti non afflent nec hymbres attingant. Conſtatq; etiam. Solino auctore Caracteres in Cinere ſacrorũ ignium quos illic quot annis facere ſolent integros reperiri. Lege deum:Cælſa omnia quieta eſſe minima uero & humilia turbari conſtituit deus. Quam lætæ:acer ad permouendum Catonem ſtimulus. Si iueris inquit in Caſtra gratiſſimum Cæſari feceris: qui non ægræ feret quod pompeium ſequaris ſed gaudebit quod bellum probes in eoq; milites. Diuerſa contraria. Pars magna:a ſeruitutis a turpitudine fugienda argumentatur nam cum conſules obediant pompeio quia belli dux eſt & pompeius Cõſulibus quia priuatus:hoc eſt abſq; magiſtratu eſt. Solus cæſar relinquetur liber reliqui ſeruient Cõſul:ſupple uterq; uidelicet & Marcellus. Solicitant:uexãt me ut militem ſub pompeio. Proceres: primarii ciues. Quibus ad.cato. quibus ſi catonem adiunxeris ſolus Cæſar erit liber. Quod ſi: Sed ſi ſumus pro patria libertateq; pugnaturi Certe nec Cæſaris nec pompei nunc ſum inimicus: Sed perfecto bello inuictorem inſurgam ut patriam Tyranide liberem. Quod propoſitum eſt executus cæſarem occidendo. Sacras pientiſſima & gratiſſima uerba. Arcano pectore:deprompſit enim ſecreta animi ſui. Summum brute:Cum ſuaſoriæ partes ſint honeſtum & tutum. Aliiq; tertio loco poſſibilitatẽ:alii neceſſitatem ponant:& brutus diſſuaſerit ab honeſto:Cato honeſtum illud fieri non poſſe oſtendit quippe neceſſitate urgente ne conſilio quidem eſt locus ut fabius ait:præterea a militia ceſſare eſt contra aliud honeſtum: quia impium eſt ruenti patriæ non ſubuenire. Primum igitur neceſſe eſſe ſic facere & non poſſe aliter fieri oſtendit:inde ſi aliter fecerit impium furioſumq; fore demonſtrat. Quoq; ſit ipſe in patriam animo:& ut ſolus pro eius ſalute perire cupit & libertatem tueri cum lachrimis explicans:hoſtes patriæ in ſe prouocat & cum pompeio ſtatuit militare:ne ille ſolus uiciſſe uideatur & in ſuam utilitatem uictoriam uertat. Summum nefas captatio beniuolentiæ:Senſuſq; eſt. Scelus eſt maculati bello ciuili ſed uirtus mea nil ſibi metuens ſequetur neceſſitatem:Culpa autem ſceleris referetur in deos qui me cogunt:nam tantis malis nequeo metu non commoueri. Crimen:culpa. Et me.etiam me inuitum. Sydera quis:exemplum ab impoſſibili.

OMNIBO. Quod bellū ciuile fuit:qa bellū ciuile conflatū ē.iō ſalutē tibi dii o roma dederunt: ſed ſi aliud bellū q̄ ciuile fuiſſet periiſſes. Subit ingrediť. Attonitā:territā metu. Nāq; ignibus atris cauſas explicat terroris romanorū:qa exiſtimabāt cæſarē urbe quaſi capta incendio & ferro oia uaſtaturū. Vt id ē ac ſi capta eſſet urbs ab hoſtibus. Rapturus:euerſurus. Ignibus atrix:incēdio. Sparſuruſq; deos.ſ.creditur euerſurus templa deorū Fuit hæc menſura timoris:tantū mali timebant quantū cæſar inferre poterat: uidelicet ut funditus urbē euerteret. Non oia feſta:romani nō ſimulabāt uultu læticiā:imo nec poſſunt etiā odiſſe aio cæſarem:tantū pauoris aio conceperant. Vix uacat:nō licet romāis. Feſta oia feſtiua auguria. Nō fictas:ſaltem fictas ſi non ueras. Odiſſe cæſarem. Phœbea:pallatia.i: ſibyllina:ubi libri ſibyllini ſeruabantur.longe eſt repetitum epitheton:ſibylla autem ſacerdos phœbi erat: deo phœbea pallatia appellauit. Nullo cogendi iu.quia ſponte ſua ueherunt nullo uocante. Cogendi ſe.quia nec conſules nec prætores: nec princeps de more conuocauerant ſenatum. Elatebris:e penatibus ſuis ubi latebant:& eo uerbo expreſſit pauorem. Sacræ ſedes.i.ſanctæ ſedes curiæ: quia in curia conſules ſuis ſedibus cum maieſtate quadam ſedebant. conſules autem priores ſedes tenebant: ſecundas uero prætores. Proxima. ideſt ſecun



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

da poteſtas qa ſecunda poteſtas poſt cōſules erat prætoria. Prætor:appoſitiue ſecunda ptās. Lege:ſecūdū legē nō erat ſecūda. Curules:nō ſolū nō aderant conſules nec prætores:ſed nec ſedes qdē ipſæ erāt. Ceſſere loco:de loco ſuo. Oia cæſar erat:ubi nō conſules, nō ptores erāt: ſed p ipſis Cæſar fuit:in ipſo uno oia fuere:oēſq; magiſtratus romani in uno cæſare cōſpiciebanť. Priuatæ uo.ſ.cæſaris:qa ſolus cæſar loquebatur:& nemo in ſenatu ſniam dicebat:iō qa loqbať niſi uox cæſaris:illius teſtis erat ſenatus. Curia:cōtinēs p cōtento.i.ſenatus. Priuatæ uocis:ſolius cæſaris & nō publici cōſilii. Sedere patres:patres cōſederūt in curia:& parati erat decernere quodcūq; iuſſiſſet.ēt ſi ſe regē facere uoluiſſet. Ceſſere parati:nimio metu cōpulſi patres regnū cæſari decreuiſſent:ēt ſi peteret regnū.ſi tēpla:ſi iugulū:ſenatuſcōſultū i ſniam cæſaris deueniſſet. Si regnū.i.ſi ſe regē eſſe uellet. Si tēpla.i.ſi i deoꝝ numero eē uelit:ſicut ipatores oēs relati ſunt. Iugulū ſenatus.i.ſi petit iugulari patres. Exiliū:ut i exiliū mittāť patres: Melius.ſ.fuit urbi romæ.Quod plura iubere eru.qa cæſar pudore deterritus:ne id qdē iperaſſet:quod romani pati uolebāt. Tamē exit i irā quis tāto furore pculſi eēnt:libertas amiſſa uoluit expiri unū uirū Metellū:an tueri pōſſet iura. Exit:erūpit. Virū:metellū.Cæſar teſte Appiano romā delatus po.ueterū calamitatū recordatiōe turbatū: quā ſub ſylla & Mario olim ptuliſſet trepidātēq; magna ſpe pollicitatōibuſq; leniuit:hoſtibus pferēs humanitatem ac clemētiā:Luciū.n.domitiū a ſe captū cū pecuniis ac neceſſariis ſuis:libertati:redditū fuiſſe ait :qbus dictis publici ærarii clauſtra pfregit:obſtātiq; i aditu Metello ex tribunis plæbis mortē eſt cōminatus:theſauros a nemine cōtactos uſq; in illā diē militibus rapere cōceſſit:hos.n.olim execratiōe ꝓpoſita publice conditos fuiſſe memorant ut niſi celthico iſurgēte bello a nullo ꝓmerenť:uerū Cæſar celthas a ſe deuictos aſſerēs:urbē ab execratiōe liberā reddidiſſe ait. Iura:leges. Pugnaxq; metellus : Metellus tribunus plæbis alia oia ppeſſus ē:ſed ubi uidit reſerari tēplū Saturni:in quo erat ærariū ppli romani.ut idē aurū & argētū auferret cæſar:quo militibus ſuis ſtipēdiū daret:cōmotus ē q antea leges uiolari pmiſerat & iura : cupiditate auri & pcio:ut hoc tollerare nequerit. Pugnax:ex eo qd ſeqť. Saturnia tēpla.i.ærariū qđ in tēplo Saturni erat.

Mole rapit greſſus.& cæſaris agmina rūpēs
Ante fores nondum reſeratæ conſtitit ædis.
Vſq; adeo ſolus ferrum mortemq; timere
Auri neſcit amor/pereunt diſcrimine nullo
Amiſſæ leges:ſed pars uiliſſima rerum
Certamē mouiſtis opes.prohibenſq; rapina
Victorem:clara teſtatur uoce tribunus.
Non niſi per noſtrū uobis percuſſa patebūt
Tēpla latus.nullaſq; feres ſine ſanguine ſacro
Sparſo raptor opes:certe uiolata poteſtas
Inuenit iſta deos:craſſumq; in bella ſecutæ
Sæua tribunitiæ uouerunt prælia diræ

ℭ SVLPI. Mole:apparatu: uel ꝓter æreas portas. Rapit greſſus:accelerat. Agmina:cateruas militū. Aedis ærarii. Vſq; adeo:iprudentiæ hoies arguit quod pro libertate minus pugnent q̄ pro pecunia. Vſq; adeo.uel in tantum : uel certe ut apud Iuuena. Vſq; adeo nihil eſt quod noſtra infantia cœlum. Hauſit auentini. Pereunt leges : non defenduntur lege alicuius periculo ſed pro diuitiis certatur. Teſtatur:damnat deteſtatur:aphereſis eſt. Clara. quæ ab oibus audiretur. Tribunus metellus. Non niſi: cōuitioſa & terrore plena oratio.Per noſtrum latus niſi me prius confoſſo & interempto. Feres auferes Noſtro:legitur & ſacro:quoniam tribunitia poteſtas eſt ſacroſancta. Certe uiolata poteſtas: Tribuni quādo uiolantur habēt deos ultores: idq; Craſſi exēplo confirmat quē in bellum parthicum egredientē Atteius tribunus ple. primum uoce cohibuit quod i hoies nihil mali meritos & pro.po.ro. confederatos irrueret.Inde torrem ignitum ianuæ antepoſuit:obuiantiq;.Craſſo delibatis ante ſacras diras execrationes imiſit:ſæua quædam numina & imania inuocans.Has quidem execrationes romani condi ſolitas & antiquas profitentur:talem quoq; habere poteſtatem:ut nemini fas ſit qui in eas inciderit effugere.Peſſime prætèrea operari his utentem ſi non a conuenientibus iis aut a multis excitentur. Appianus eſt auctor. Diræ tribunitiæ:execrationes tribunorum:meminit huius rei Plutarchus & Cicero in diuinatione his uerbis.M. Craſſo quid acciderit uidemus dirarum obnunciatione neglecta. Vouerunt:deputauerunt.nam exeūtem ducem diis hoſtilibus Metellus deuouerat ut ait Florus.

ℭ OMNIBO. Ingenti molle.i.uecte. Rapit:raptim fert. Rumpēs:p agmina cæſaris irrumpens. Vſq; adeo:impulit Metellū pro ærario pugnare cupiditas auri:& qui p legibus nō decertauit:nunc p auro decertare auſus eſt. Amiſſæ leges:ſine certamine pereunt leges:quia nemo ē q pro legibus decertauerit. Diſcrimine nullo.i.nullo certamine:ſicut apud Virg.in eadē ſignificatiōe:Poſt hos æquo diſcrimine piſtris. Sed pars uiliſſima:leges nullū certamē mouerūt:quāuis uiolatæ:ſed opes fuerūt q̄ auſæ ſunt certare cōtra cæſarem. Viliſſima pars qa ſordes dicunť diuitiæ:q; hoies faciāt ſordidos. Tribunus.ſ.Metellus. Victorē cæſarem prohibens.ſ.a rapina ærarii. Teſtatur.ſ.defenſionem ſuam clara uoce. Non niſi:conuerſus ad omnes cæſarianos metellus:nec ueritus cæſarē ipſum dixit:uobis nullo pacto patebūt ærarii fores .niſi prius per pectus noſtrū tranſfigatur ferū. Per noſtrū latus:ideſt prius percutiendū ē noſtrum latus q̄ templa Saturni uobis pateāt. Raptor:o cæſar. Sparſas opes.i.ſpargandas militibus tuis. Certe uiolata poteſtas ſ. Tribunitia. Deos.ſ.ultores. Craſſum:probat exemplo o cæſar ſi me uiolaueris:qa tribunus ſum ſcito deos ultores fore. Diræ:furiæ quæ ſunt tres Alecto Megæra & Tiſiphone. Tribunitiæ: fauentes tribunis. Vouerunt:deſtinauerunt:ut refert Appianus:Craſſo urbe egredienti illaturo bellū parthis : multa quidē ac dira tribuni anunciauere:ne parthis hoc malo prorſus indignis iferret bellum monuere:cui minime parenti publicas execratiōes extulerunt:quibus ſpretis Craſſus demum in patria pfligatus eſt cū filio eiuſdem



noie.P.Craſſo & uniuerſo exercitu fere cæſo:nā ex cētū milibus uix decē milia in ſyriā e fuga euaſiſſe feruntur alii.Vouerāt.ſ.Craſſo. Sæua plia.ſ.parthorū.M. Cato Tribunus plæbis interceſſionibus ſuis comitia impedierat & ueſtem ſenatus mutauerat deinde prælato uatinio præturæ repulſam tulit:idem.M. Cato cū impediret legem qua in quinquennium prouincia ſyria Craſſo parthicumq; bellum. hiſpania Pompeio dabantur a.C.Trebonio in carcerem deductus eſt:ideo dicit tribunitiæ iræ ſecutæ ſunt Craſſum in bella : qa ad hoc ut ſyriam parthicumq; bellum obtineret Craſſus:Cato tribunus plæbis in uincula coniectus ē.

Detege iā ferrū neq; eni tibi turba uerenda ē
Spectatrix ſcelerū.deſerta ſtamus in urbe
Nō ferret e noſtro ſceleratus præmia miles
Sunt quos ꝓſternas populi q̄ mœnia dones
Pacis ad exhauſtæ ſpolium nō cogit egeſtas
Bellum cæſar habes.iis magnā uictor in iram
Vocibus accēſus.uanā ſpē mortis honeſtæ
Concipis. haud inquit iugulo ſe polluet iſto
Nr̃a metelle manus.dignū te cæſaris ira
Nullus honor faciet.te uindice tuta relicta eſt
Libertas.non uſq; adeo permiſcuit imis
Longus ſumma dies.ut nō ſi uoce metelli
Seruentur leges.malint a cæſare tolli.
Dixerat. & nondū foribus cedente tribuno
Acrior ira ſubit.ſæuos circunſpicit enſes
Oblitus ſimulare togam.tūc cotta metellum
Compulit audaci nimium deſiſtere cœpto
Libertas inquit populi quē regna cohercent
Libertate perit.cuius ſeruaueris umbram

ℭ SVLPI. Detege ferrū aperte in me enſes ſtringe nec in uulgi conſpectu te pudeat. Deſerta:ciuibus honeſtis qui te improbent. E noſtro de cōi. Præmia:quæ ipſi pollicitus es. Sunt quos ꝓſternas : potes aliūde ſumere quod militibus eroges. Pacis ad exhauſtæ ſpolium.i. ad diripiendū nos qui ſumus i pace & pauperes eum liceat tibi diripere hoſtes uel ñ es ita pauper inquit ut cogaris ita nunc prædari ærarium ut olim i pace feciſti.Tranquillus.n. ſcripſit cæſarem in primo conſulatu:tria milia pondo auri ſuratum fuiſſe capitolio & tantūdem inaurati æris repoſuiſſe. Exhauſtæ:direptæ ſpoliatæ. Vnam ſpem fruſtra ſperas cum gloria mori pro defenſo ærario: ſed certe morte tua nō maculabor : & q̄q̄ tribunus es non exiſtimabo te dignum ferro & ſeuitia mea. Te uindice:ironia:Tu uis eſſe inquit aſſertor & ultor libertatis nondum in tantam rerum cōfuſionem peruenimus ut ſi leges poſſint a te ſeruari nolint potius a me deleri. Longus dies:uetuſtas. Immiſcuit pfudit & perturbauit. Subit:inaſit: Circumſpicit enſes:innuit armatis ut ui repellerent. Simulare togā pacificum ſe oſtendere : & eſt methonymia. Cotta collega metelli. Nimium audaci :quia fruſtra manifeſto periculo ſeſe exponebat. Deſiſtere:ceſſare. Libertas:ſenſus eſt.Libertas populi ſeruientis ammititur:illius libertate cui ſeruitur. Nam cum primum quis ſe parat liberare opprimitur a domino cui licēt omnia:nam nil aliud eſt libertas niſi poteſtas uiuendi ut uelis. Quem regna cohercent:qui ſeruit tyranno. Vmbram:imaginem & ſimilitudinem.

ℭ OMNIBO. Detege iam ferrum:accinge inquit in me gladium o Cæſar: hoc enim facere potes abſq; reſpectu cuiuſpiam pudoris:nam qm̄ ciuitas deſerta eſt:ideo pauci erunt qui hoc tuum ſcelus aſpiciāt . obiicit cæſari:q; metu ipſius romani urbē deſeruerint. Turba uerenda:non eſt opus ut erubeſcas hoc facinus committere quia deſerta ſtamus in urbe. Miles.ſceleratus.i. tuus exercitus. Non fe.p.nam hoc aurum & argentum militibus tuis diſtribuere uolebas. E noſtro.i.de publico. Non cogit egeſtas : ſed ſi neceſſitas hoc te facere cogeret excuſādus uidereris:at uero cū poſſis alienos populos militibus tuis diripiēdos obiicere:debes parcere tuæ patriæ. Populi.ſ.hoſtiū. Dones:militibus tuis. Pacis exhauſtæ.ſ.ciuibus q̄a ciues in pace conſumpti ſunt nec illorum ſpolia:quæ nulla cogit neceſſitas eripere debes. Bellum cæſar habes quia habes bellum o cæſar potes milites tuos diuites facere. His magnā:ira percitus eſt non mediocri cæſar:ubi uidit Metellū tam obſtinate aduerſari uoluntati ſuæ. Vanam ſpem:Vana inquit eſt ſpes tua o Metelle:q; uidelicet honeſte mori & fortiter poſſis:ut dicaris pro libertate reipub.pugnaſſe & q; mori malueris q̄ pmittere ærariū ſpoliari:ſed manus Cæſaris indignarenť polui ſanguine tuo. Honeſtæ mor. cū pro libertate & ærario po.ro.pugnes. Iſto ſan.ſ.tuo uili ſanguine. Nullus ho.i.magiſtratus: nō ē tātæ dignitatis ut digneturte cæſar occidere. Te uindice:ironice loquitur:te ultore nimirū tuta erit libertas po.ro.Nō uſq; adeo:nō adeo inqt lōgitudo tpis cōparauit magna paruis: ſumma infimis ut ſi alterū præſtaretur : aut deſtruanť leges a Cæſare aut ſeruenť a Metello:nō malint a Cæſare deſtrui:q̄ a Metello pefendi. Lōgus di. id eſt lōga uetuſtas. Seruenť le.ſi iſta cōditio ponereť inter te & me & leges ſenſum haberent:dicēdo optate leges:an malitis deſtrui a Cæſare an defendi a Metello:ipſæ leges diligerēt potius a me deſtrui q̄ a te defendi. Et nondum.cum ad huc perſiſteret in propoſito Metellus neſineret reſerari ærariū: tunc Cæſar magis incenſus ira ita cœpit circūſpicere gladios militū ſuorū:ut ipſum in conſpectu ſuo obtruncarent : tunc Cotta tribunus alter collega Metelli:ut cognouit periculū eum eſt allocutus: ut a propoſito ſuo deterreret & oſtenderet rationes quibus Metellus non deberet ſupra uires rē tantam ſuſcipere:cuius perſuaſione tandem motus ceſſit a foribus ærarii: Togam.i.pacem quam ſimulauerat in ingreſſu urbis. Libertas: o Metelle inquit qui in libertate ē ſi libertatem illam defendere uoluerit cōtra potētiores libertas illa peribit:ſed hæc libertas q̄uis defenderis perit:nā potentior libertatem illam deſtruit:eodem modo cum te ſit Cæſar potentior ipſa libertas peribit qa nō poteris reſiſtere ſed ſeruire cogetis.Sed quomodo poteris defendeť li



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

bertatē:ſi nolis reſiſtere potentiori ēt ſi nō ſeruabis libertatē:libertatis tñ defenſor eris. Cuius ſeruaueris umbram:ſed tu ſeruabis umbram libertatis:ſi uelis qcquid iubeare a potentioribus:uerbi cā.Si cæſar uolue rit aperire ærarium & tu permiſeris aperire:ſeruare uideberis:ſic hoc facere nolueris : tunc ſeruabis umbrā libertatis:at uero ſi reſiſtere uolueris & non potueris:tunc ſeruare eam uideberis:ſed libertatem non ſolum uerum nec imaginem libertatis ſeruabis.

Si qcquid iubeare uelis.tot rebus iniquis
Paruimus uicti.uenia eſt hæc ſola pudoris
Degenerisq; metus.nil iam potuiſſe negari.
Ocius auertat diri mala ſemina belli.
Dāna mouēt popnlos ſiquos ſua iura tuētur
Nō ſibi ſed domio grauis ē q̄ ſeruit egeſtas
Protinus abducto patuerūt templa metello,
Tūc rupes tarpeia ſonat,magnoq; recluſas
Teſtatur ſtridore fores.tunc conditus imo
Eruitur templo,multis non tactus ab annis
Romani cenſus populi quem punica bella
Quē dederat pſes quē uicti præda philippi
Qd tibi roma fuga pyrrhus trepidāte reliqt
Quo te fabritius regni non uendidit auro
Quicquid parcorū mores ſeruaſtis auorū

ℭ SVLPI. Si quicquid iubeare uelis:ſi iuſſus pue ris. Tot rebus: a cōſuetudine & a maiori tacite ſic argumentatur. Si temporibus ſyllanis & mariāis tam multa indigna pertulimus & modo galliæ & parthia inuitis oībus fuere in quinquennium diſtri buetæ & leges oppreſſæ ſunt poſſumus & hanc di reptionem pati. Venia eſt: hac una ratione poſteri nobis ignoſcent quia negare nil poſſumus:& cogi mur neceſſitate parere. Auertat mala ſemina:auſe rat theſauros cauſas bellorū.Aurum enim & argen tum malorum oīum principia ſunt:ut ſenſit Lycur gus:uel ideo ſemina appellat quoniā exiſtimatus ē Cæſar prædæ gratia mouiſſe bellum ciuile.cū quæ ſuis pollicitus fuerat perſoluere aliunde nō poſſet Damna mouent populos:populi inquit qui libe ri ſunt iure dolent qn̄ ærariū eorum diripitur: nos autē dolere non decet quia illorum paupertas qui ſeruiunt non ſibi eſt moleſta & periculoſa ſed dño. Egeſtas : egeni methonymia. Abducto:repulſo. Rupes tarpeia ſonat: ideſt reſonat mons capitoli nus ob fores æreas ingentes ita ſtructas ut cum magno ſonitu aperirentur. Eruitˀ:exportatur. Conditos ſeruatus. Multis ab annis:a ſecundo bello punico. Cenſus:aurum & argentū & oīs facultas reipub. Plini us libro.xxxiii.inquit.Auri in ærario populi romani fuere ſex.Iulio.L. Aurelio conſulibus ſeptem annis ante bellum punicum tertium.dcc.xxvi.Argenti nonaginta duo milia:& extra numerū.cccxxv.milia. Item ſexto Iulio.L.Martio conſulibus:hoc eſt belli ſocialis initio.octingenta.xlv:auri pondo.Cæſar primo itroi tu urbis in ciuili bello ſuo ex ærario protulit laterum aureorum.xxvi. milia & in numero pondo trecenta nec fuit aliis temporibus reſpub.locupletior. Quem punica bella:qui illatus fuerat in ærarium ex tribu tis chartaginēſium:& aphrorum & ex præda deletæ chartaginis. Perſes:Philipi filius apud Samothracas a.L.æmilio pauli filio captus eſt & in triumpho ductus:de eius præda:hæc Plinius.Intulit & æmilius pau lus Perſeo rege macedonico deuicto:prædam pondo trium milium: a quo tpe populus romāus tributum pendere deſiit. Philippi uicti:hunc patrem perſe primū.P.Sulpitius conſul.Inde.T.Quintus Flaminius At talo & rhodiis auxiliantibus ſuperauit. Pyrrhus : Hic cum in Tarentinorum ueniſſet auxilium magnaq; iuſticia cū romanis dimicuiſſet:uictus a Curio & Fabricio tarentum profugit:inde in Siciliā: unde cum lo crorum proſerpinam expillaſſet:in græciam rediit.dumq; Argos oppugnaret:ictu tegulæ periit reliquit āt in fuga multum diuitiarum præſertim Tarenti. Quo te fabritius:is cum ad Pyrrhum legatus iuiſſet regia dona & pollicitationes quibus de proditione tentabatur neglexit.Illud ergo aurum quod Fabricius non accepit:pyrrhus fugiens reliquit. Quicquid parcorum:Quicquid auri ex parſimonia & frugalitate ueteꝝ congeſtum eſt.

ℭ OMNIBO. Velis permittas. Iubeare.ſ.a potentiori. Quem regna cohercent.i.reges & principes q non iam ciuicam ſed tyramnicam poteſtatem exercent. Libertate perit.i.nimia libertate qua uolūt reſiſte ſtere potentioribus. Tot rebus:maioribus inquit iam uicti paruimus.ſi ergo maiora perpeſſi ſumus cur ñ minora patiamur. Venia hæc:in hoc ſolum uenia nobis præſtatur:ꝙ ſi uelimus potentioribus negare non poſſumus. Tot rebus iniquis:id eſt opibus potentium paruimus:cum Cæſari contra ſenatus auctoritatem prouinciæ delegabantur.Syria parthicumq; bellum Craſſo:Pompeio hiſpania nolente tribuno mandaba tur:ſed tamen hæc inuitis nobis facta ſunt:paſſi ergo ſumus maiora: minora ēt patiamur. Venia pu.ſi pu det contra libertatem aliquid permittere. Degeneris metus:ſi ſibi uidetur puſillanimis fuiſſe. Non potuiſ ſe ne.etiam ſi uolueris negare non poteris:ideo hæc eſt ſola uenia pudoris. Ocius auertat:o Metelle pmit tas hunc a nobis auferre aurum & argentum quod eſt cauſa & primordium omnium bellorum. Damna ſi quos ſua iurē:cum poteſt aliquis ſua iura ſeruare:tunc indigniſſimū eſt:ſi quid amiſerit:at uero cū iam op primitur a potentioribus ſi qd indignū patiatur.id nō ſibi ſed uiolatori uitio dandū eſt. Si quos ſua iura ꝑ ſi qui poſſunt ſua iura defendere:hyppallage eſt. Non egeſtas:egeſtas & neceſſitas quæ ſeruit potentiori bus nō ē dedecori ſibi.ſed domino:qui coegit eā:& nō patienti dedecori eſt ſed faciēti. Protinus: cū hæc dixiſſet Cotta:Metellus tandē ceſit cæſari:& remoto illo reſeratæ ſunt fores ærarii. Abducto : remoto me tello: Tunc rupes tar.ſic.n.fabricatæ fores ærarii erant:ut ſine magno ſtrepitu aperiri nō poſſent:iō hoc fe cerunt romani ne qs furari poſſet.aurum & argentum.dicit igitur cum reſerarentur fores ingentē ſtrepitū feciſſe:ut tota rupes tarpeia reſonuerit Tunc conditus:dicit quātus ab ærario theſaurus exceptus fuerit a



cæſare:uidelicet ꝙ iam a condita urbe ad tps Cæſaris fuerat a populis & nationibus partū id oē in ærarium repoſitū fuerat. Multis non tactus ab annis:q ſeruatus fuerat permultos annos. Quem punica bel.ut car thago populi romani inimiciſſima euerſa bona oīa & pecuniæ a Scipione romam tranſlata ſunt : & in hoc templo repoſita. Quem:cenſum. Perſes:rex macedonū quē uicerat Paulus æmilius & captiuum cum ma gnis opibus in triūphū duxit. Præda philippi:nam.L.Quintius Flāminius philippū regē macedonū di cit. Præda.ſ.dederat. Quod.ſ.aurū eruitˀ. Pyrrhus rex epiratorū qa tarētinis accitus in italiā cū aliquot eqtibus uenerat bellū populo romano itulit:& ſæpe uictor euaſit tandem uirtute & continentia fabricii ui ctus ex italia decedere coactus eſt:& ipſe reliquit aliquid prædæ po.ro.ad hoc uſq; tps ſeruatā, Fuga trepi dāte:nā trepidus ex italia fugit. Quo uēdidit rē.qa Fabricius cū miſſus eēt legatus ad pyrrhū q tarēti erat Pyrrhus Fabricii uirtutē ē admiratus iam.n.ante ēt medicum regis auerterat q capto ꝑmio ſpōdebat ſe ne caturū eſſe regē tentauit quoq; pyrrhus magnis precibus pollicere Fabriciū & ſi ſecum uiuere uellet ipſum inter primos habiturū & cū eo oē ſuū regnum cōicaturum:Fabricius āt oēs pollicitationes Pyrrhi contem pſit.ideo dicit aurum illud dirtipi a cæſare:quo auro pyrrous rex epirotarum non potuit emerˀ Fabricium. Fabricius non uendidit:qa ſi aurū accepiſſet:imperiū oppreſſiſſet. Quicquid parcorum:eruitur etiā om ne aurum quod parſimonia antiquorum congeſtum & cumulatum fuerat.

Quod dites aſiæ populi miſere tributum
Victoriq; dedit minoia chreta metello
Qđ cato lōgiqua uexit ſup æquora cypro
Tnnc orientis opes captorūq; ultia regūm
Quæ pōpeianis prælata eſt gaza triumphis
Eggeritur.triſti ſpoliantur templa rapina
Pauperiorq; fuit.tūc primum cæſare roma,
Interea totum magni fortuna per orbē
Secum caſuras in prœlia mouerat urbes.

ℭ SVLPI. Quod dites aſiæ:hoc pp Anthiochum ſyriæ regem ditiſſimum dixit:qa a Scipiōe aſiatico fratre aphricani eſt uictus:& pp Attali hereditatem & pp̄los quos tributarios pōpeius ēt fecit. De bello aſiatico lege.L.Florū. Chreta:inſula i ægeo dicta a chrete curetū rege i qua minos regnauit. Metello. Q.Metellū macedonicū accipimus q Philippū ſu perauit & acheos bis ꝑlio fudit:& a uicta chreta cre ticus dictus ē. Cypro.Cyprus iſula i Carpathio ma ri:quā ditiſſimā cū ptolemæus cyprius poſſideret ui uuſq; a po.ro.phiſco eēt addictus aduētante portio Catōe ſe ueneuauit.Cato opes eius lyburnis p tybe rinū hoſtiū iuexit q̄ res latius ærariū pp̄li romani q̄ ullus triūphus impleuit:ut ait Florus. Vexit ſuper æquora:nā ut ait plutarchus ueritus lōgitudinē nauigationis uaſa multa ꝑparauit:ſingula duorū talentoꝝ & quinquaginta dracmarū cappacia:lōgū funē ſingulis alligauit & in funis capite ſuber bonæ magnitudi nis erat:ut p ipſum ſi naufragiū fieret ubi eſſet argētū cerneretˀ. Gaza:ſermo perſicus eſt diuitiaſq; ſignificat Vltra:ex remotiſſimus regibus. Prælata ē triūphis:q̄ ꝑceſſit curris pōpeii:q̄lis fuit Tygrānis Mithridatis Ariſtoboli & reliquorū. Triſti:triſtāti ciues. Paupior:minus diues abuſio cōpatiui. Interea : pp̄los q ad fauēdū pōpeio tā ab eius filio q̄ a cōſulibus ſunt excitati poeta cōmemorat:eo ſeruato ordie ut primū euro peios:ide aſiaticos:poſtea aphros cōnumeret. Fortuna magni:pōpeius a fortūa uexatus. Vrbes caſuras po pulos perituros.

ℭ OMNIBO. Quod dites aſiæ pp̄li:deuicto rege Anthiocho:nā tūc tributaria fa cta ē aſia pp̄lo romano:& ide magna uectigalia exigebātˀ. Metello.ſ.chreticomā chretam deuicit: uñ ēt co gnomē accepit. Minoa:i.q̄ quōdā fuit ſub ipio regis minois. Cato lōgingua:Ptolemeus rex cypri ma gnū theſaurū ſeruabat:& po.ro.ueritus ne magnitudie pecuniæ magnū aliqd piculū urbi romæ iferret ſta tuit pecuniā regi auferre:Rex cū audiuiſſet Catonē i cyprū mitti:ut aurū ſuū auferret quod i eo ſpē oēm re poſuerat:tāta ai ægritudie affectus ēuit ſibi mortē cōſciuerit:Cato cū aurū illud accepiſſet ſūma diligētia & itegritate romā aduexit:illudq; i ærariū repoſuit. Tūc oriētis opes.Cæſar diripit & ultia ſpolia q in ærariū pōpeius repoſuerat ſubactis oriētis regibus. Oriētis opes.ſ.eruuntˀ:ē.n.zeugma ab iferiori. Captorū re gū:Ariſtoboli:Mithridatis:tygrrātis regis armeniæ & filii ſui quos captos i triūphū duxit pōpeius.& Mi thridatis regis pōti opes multæ ac ꝑcioſæ i ærarium a pōpeio repoſitæ fuerāt. Prælata gaza.i. q eſt ꝑmiſſa & añ lata:nā ꝑcedere uidebantˀ captiui:& ſpolia captorū regū ꝑmittebantˀ i pōpa triūphi. Templa.ſ.ſaturni. Triſti rapia:ab effectu q̄ triſtes facit ſpoliatos. Paupiorq; fuit: & quo die cæſar ærariū po.ro.ſpoliauit:di tior urbe roma fuit. Interea totū:In hoc capite cōtinetˀ catalogus genitis & populorū q pōpeio cōiūcti ſūt aduerſus cæſarē:nā filiū ſuū.Gn.pōpeiū & cōſules miſerat i aſiā:q oēs undiq; gentes cōducerēt i bella:Ap pianus Alexādrinus refertˀ pōpeio affuiſſe oriētis nationes oēs magno numero:partim in equis partim pe deſtribus ſuffultas copiis græcia lacedæmonios ſub ꝓpriis diſtributos regibus & ex pelopōneſo alios.Boe tii præterea cū ipſis aderāt:& atheniēſes i caſtris ex græcis qcuq; in circuitu maris oriētē uerſus icolunt fere oēs ad eū uenerāt.Thraces:Helleſpōtii:Bithinii.phryges:leones:Lydii:pāphilii:piſidæ:& paphlagōes.Cili cia ad hæc & ſyria:phœniceq;:& hebreorū genus:Arabeſq; his finitimi:Cypri iſup & rhodii : & chretenſes fūditores & iſulares alii cōuenerāt :& reges ac dynaſtæ auxilia ſecū afferētes. Deiotarus oriētaliū galatarū Tettarcha:Ariarathes cappadocū rex:Armenios itra euphratē icolētes Taxiles pīceps adduxerat:Armeni os uero ſupra euphratē megabatehes Artapi regis ꝑfectus:alii ꝑterea iferiores potentia Dinaſtæ ad belli la borē una ſe cōtulerāt.ferūtˀ & ex ægypto naues.lx.ad illū ꝑueniſſe: ex ægyptiis regibus Cleopatra fratre puero:uerū hæc quidē bello minime interfuere:nō.n.aliæ naues ad id acceſſerant ſed corcyræ i ocio cum cæteris deæbant:quod a pōpeio minus prudenter factū exiſtimatˀ : ꝙ claſſem neglexiſſet:qua lōge ꝑponē tēs oēm q ad hoſtes ferebatur cōmeatū facile auferre potuiſſet.Cæſari uero affuere equites celtæ:ac celtaꝝ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

qui ſuqra alqes incolit numerus fere alius græcorú ad hos auxilia acceſſerũt:dolopes:arcanes:etoli. Cæſar
duo ſupra.xx.milia habuiſſe fert̃ iter quos eq̃tes circa mille annumerat̃.põpeiũ bis totidẽ ſecuti ſunt:i qui
bus ſeptẽ milia eqtum fuere:q ãt uerisſimilia loq exiſtimant̃: ſeptuaginta milia italorum hoc ꝓlio i unũ cõ
curriſſe memorãt:q minorẽ numerũ deſcribũt.lx.milia. q rẽ in maius extolunt quatercenta milia extitiſſe
aiunt horũ ſexcupulũ Põpeio:alii tribus ex partibus duas illi aſcribũt:hæc paulo altius repetiuimus:qa co
gnitu digna ſunt. Caſuras urbes:methonymia ꝑ populis q in urbibus cõtinent̃. Caſuras:qa gẽtes quas ſe
cum habebat Põpeius cæſari i theſſalia ad iternetionẽ ꝓpe cæcidit. Verũ ut idẽ Appianus refert ex põpei
partibus ſenatores decẽ ceciderũt:quorũ e numero fuit.L.Domitius olim cæſari in gallia ſucceſſor deſtina
tus in corphinio captus ab eo dimiſſus:equeſtris ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus.ex reliquo autẽ
exercitu qui rẽ in maius extollunt quinq̃ ſupra uiginti milia cecidiſſe aiunt cæterũ aſinius pollio q ſub cæ
ſare ea in pugna dimicauit:ſex milia ex pompei exercitu interiiſſe ſolum ſcribit.

Proxima uicino uires dat grætia bello
Phocaicas ãphiſa mãus.ſcopuloſaq̃ cyrrha.
Parnaſuſq̃ iugo miſit deſertus utroq̃
Boetii coiere duces,quos impiger ambit
Fatidica cephiſos aqua.cadmeaq̃ dirce.
Piſeæq̃ manus,populiſq̃ per æquora mittẽs
Sicaniis alpheus aquas,tunc menala liquit
Arcas.& herculeam miles thrachinius œthã

¶SVLPI. Proxima.uicina dyrrachio ubi pompe
ius erat. Amphiſa.oppidũ eſt in phocide ut Pli.do
cet.Phocis uero regiuncula iuxta parnaſum Oui.in
.i.meth.Separat aonius attæis phocis ab arius.Ter
ra ferax. Manus:multitudines.Cyrrha:oppidum i
phocide ad ipſum pelagus ſitũ ſub rupẽ cyrphi: ideo
q̃ ait ſcopuloſa.i.ſaxoſa. Vtroq̃ iugo:habet.n.duo
cacumina parnaſus:Oui. Mõs ibi uerticibus petit ar
duus aſtra duobus. Boetii:thebãi. Boetia dicta a bo
ue quã indomitã. Cadmus aduenieus imolauit. Eſt
autẽ uicina atticæ:qdã & ſub attica cõprehendũt.Ce
phyſos:ãnis in phocide ꝑfluẽs delphos ortus i lilæa
urbe quondã. Fatidica:qa delphis ẽ apollinis ora
culũ.Dyrce.fons ad thebas in quẽ dyrce lyci uxor cõuerſa ẽ.Cadmea:thebana.Thebas.n.cõdidit Cadmus
Piſeæq̃ manus:Piſa i acaia oppidũ ad quod ẽ amnis alpheus:q helidis fluuius in ſicilã exit. Virgi.Alpheũ
fama ẽ huchelydis amnẽ Occultas egiſſe uias ſubter mare q nunc ore arethuſa tuo ſiculis cõfundit̃ undis.
Arcas:arcadiæ pp qui & in attica eſt & præſertim mediterraneã tenet. Menala:mõtes arcadiæ. Trachini
us:Trachin boetiæ ciuitas tetheæ noie ſimilis phocẽſi.exigua ſane eius ciues Trachinii uocant̃:Strabo ait
Oethã herculeam montem inter theſſaliam & macedoniam:rogo ſepulchroq̃ herculis clarum.

¶OMNIBO. Proxima:ex his urbibus q̃ auxilia põpeio attulerãt:dicit primo de græcia. Proxima:pro
pinqua italiæ. Vicino bello.i.ciuili bello:quod haud procul geſtũ ẽ.phocaicas:urbes phocidos ẽ Amphi
ſa teſte Strabone:iõ amphiſa.i.populi q circa hãc urbẽ habitãt auxilia dant pompeio. Scopuloſaq̃ cyrrha:
Cyrrha urbs uetuſta eſt ad mare phocẽſiũ locata ſub cirphin rupẽ parnaſi.Strabo.recte ergo ſcopuloſam di
cit. Parnaſus mõs eſt phocidis decãtariſſimus:baccho dedicatus & appolini:ut auctor ẽ Macrobius in ſe
ptẽtrionẽ flexus uſq̃ ad oethios & etholios mõtes. Vtroq̃ iugo:ſignificat uẽiſſe locros:ozolas & delphos
q hoies hitãt parnaſũ.Habet.n.parnaſus duo latera:alerũ i meridiẽ uergẽs:in quo delphi:Alterũ in occaſũ
proſpectãs in quo habitãt locri & ozolæ ut ſcribit Strabo:iõ Luca.reſpiciẽs montis ſitũ q bifidus eſt: utro
q̃ iugo dixit.Nã qui heliconem & citheronem colles aſſignauerunt parnaſo:erroris ſui excuſationẽ nullã
inuenient.Sunt enim a parnaſo ſe iuncti:quod patebit uetuſto coſmographos diligentius inſpicienti. Boe
tii:præterea etiam boetii duces. Coiere:id eſt conuenerunt ad pompeium:& qui fuerunt declarat uidelicet
quod impiger ambit fatidica zephiſus aqua. Fatidica.i.iuxta quem fluuium eſt templum fatidicæ thẽidis.
Cephiſos:fluuius eſt boetiæ e lilæa urbe ortum habens in cuius amnis marginibus themidis templũ fuit
quæ fata ſiſcitantibus dabat. Cadmeaq̃ dyrce thebas urbem boetiæ quã codit Cadmus: dyrcem appella
uit Lucanus:a fonte dyrceo qui ante thebas eſt pro urbe fontem ipſum ponens. piſeæq̃ manus piſa & Elis
arcadiæ ciuitas fuerunt iuxta olympũ montem:ubi olympica certamina in honorem iouis celebrabantur.
Sicaniis alpheus aquas:hoc dixit ſecundum fabulas & rei ueritatem:fabula eſt q̃ alpheus ãnis uiderat i un
dis ſuis arethuſam nymphã poſt ſudorem uenationis ſe lauantem quã uiſam ſtatim amauit: quæ cum illi
aduerſaretur hãc uiolare uoluit:illa in fugã conuerſa eſt:quæ diu e manibus illius elapſa:tãdem cum uince
retur ab alpheo ſupplex deos rogauit ut ſui miſererent̃:& ſtatim cõuerſa eſt in fontem ſui nominis: Alphe
us ſtatim fontem ſuum ſecutus eſt:illa ſubter mare per medium trãſiuit in Siciliã:ut aquã ſuã non immiſce
ret amaritudini maris:& ab elide uſq̃ in Siciliã petrauit: Alpheus proſecutus eſt eã: dicit ergo per æquora
mittens ſicaniis alpheus aquas:nã ita eſſe depræhenditur ex eo q̃ apud ipſas ſingulis quibuſq̃ luſtris in ho
norem Iouis olhmpia certamina celebrarentur:& ſacrificia flerẽt ſanguis æ ſordes uictimarum quæ apud
piſam & Elidem imolabãtur:poſtea in ſiciliã apparebãt in Arethuſa fonte.Huius ſententiæ fuerunt. pinda
rus & Timeus philoſophus:ſed Strabo id plene diſputat fabuloſum eſſe & impoſſibile. Mænala:montes
arcadiæ. Oethã:mõtem theſſaliæ:ubi Hercules comquæſtus eſt:nam cum illi uxor eius deianiara miſiſſet
ueſtem.Neſeo ſanguine tinctam q̃ ſtulta credebat:ipſam uires amoris habere(erat autem lerneo ſanguine
uenenata)ſtatim uenenum ſerpentis ad medullas uſq̃ Herculis ita penetrauit. ut in furorem conuertere
tur:& quum dolorem pati non poſſet:rogum ſibi conſtruxit in quem ſi iniiceret: & philoctetæ cui arcum
ſuum & ſagittas reliquit:iuſſit ut flammã rogo ſubiiceret & ita combuſtus eſt: ideo dicit herculeã œtham
in qua Hercules combuſtus ẽ. Trachinius:Trachin ut oſtendit Strabo Boetiæ ẽ ciuitas Thereæ nomine



ſimilis phocenſi exigua ſane:eius ciues Trachinii uocant.

Theſproti dryopeſq̃ ruunt quercuſq̃ ſilẽtes
Chaonio ueteres liquerunt uertice ſellæ
Exhauſit totas quãuis delectus athenas.
Exigue phœbea tenent naualia puppes.
Treſq̃ petunt ueram credi ſalamina carinæ.
Iam dilecta ioui centenis uenit in arma
Chreta uet⁹ populis gnoſiſq̃ agitat̃ phartras
Docta,nec eois peior gortina ſagittis.
Tũc qui dardaniã tenet orithõ & uagus altis
Diſperſus ſyluis athamas & nomine priſco
Encheliæ uerſi teſtantes funera cadmi
Colchis & adriacas ſpumãs abſyrtos i ũdas.
Et penei qui rura colunt quorumq̃ labore
Theſſal⁹ hæmoniã uomer proſcidit hiolcon

¶SVLPI. Theſpti:in epyro,populi ſunt. Dryo
pes:etiã in epyro ut pli.docet: ſunt & q dicant iuxta
pnaſũ eẽ. Sellæ: methonymia: oppidũ in epyro.
Quercus ſilentes: dodonea q̃rcus intelligit in q̃s
duæ columbæ deſcendere ſolitæ dabant reſponſa
petentibus.ibi dodonei iouis tẽplũ illuſtre oraculo
Silẽtes ideo dicit qa columbarũ altera delphos:alte
ra uero in aphrycã ad ammonẽ ſe contulit: & hic
amplius reſponſa nõ dabant. Vertice chaonio mon
te epyri. chaones epyrotæ dicti ſunt a chone fratre
heleni:Virgi. chaoniãq̃ omnẽ troiano a chaone di
xit. Delectus:electio militũ & iterũ repete q̃uis dele
ctus. Exauſit:uacauit uel qa q̃ plurimi in bella ſe cõ
tulerunt: uel qa tunc populoſa nõ erat. Athenas:
oppidũ in attica. Tenent naualia: remanſerunt in
pyreo portu ubi athenienſiũ naualia ſunt phebo di
cata a minerna. q̃ marti artopagũ etiã de dicauit:&
arces ſibi retinuit. Petunt credi: uolunt exiſtimari:
ſunt.n.inſtar urbiũ magne. Verã ſalamina:uerũ op
pidũ. Salamis q̃ & ſalain dicit̃ inſula eſt & oppidũ
in euboico mari contra athenas in q̃ Thelamõ aiacis
Teucriq̃ pater regnauit.Alia i cypro cõdita a Teucro q amiſſo fratre noluit patrẽ reuerti.Horati.Nil deſpe
randũ teucro duce & auſpice teucro Certus.n.ꝓmiſſit apollo Ambiguã tellure noua ſalamina futurã. Chre
ta:inſula in æego dicta a chreta nympda heſpidis filia hæc aeria Curetis & Macarõ a cæli tempia dicta eſt.
de ea Virgi.centũ urbes habitant magnas uberrima regna. Dilecta ioui:illic.n.natus eſt iuppiter illic regna
uit illic eius ſepulchrũ oſtendebat̃. Gnoſis:oppidũ in chreta q̃ & gnoſũ dicit̃. Agitare pharetras:ſagittare
Eortina:oppidũ in chreta. Eois:pthici:norunt.n.melius q̃ pthi ſagittas emittere. Orithõ: orithos oppi
dũ in epyro uel inter macedoniã & epyrũ ferens therebinthũ conditũq̃ a cholchis. Dardaniã: poſſeſiã a
dardanis:idq̃ ꝓpter helenũ dicit:uel q̃ eã dardanii illyrici tenuere. Athamas:oppidũ eſt in theſſalia ut pli.
ait Sed athamantis eſt fluuius q ligna ſuo tactu incendit Ouidi.in.xv. Admotis athamantis aq̃s acendere li
gnũ Narrat̃ minimos quũ luna receſſit in orbes: Enchelie: oppidũ in illyrico apud q̃ Cadmus cũ coniuge
uerſi ſunt in ſerpentes. Priſco nomine:encheli.n.ſerpentes dicunt̃. Colchis: ſiue regionẽ iuxta pontũ in
telige:ſiue oppidũ in illyrico q̃ ochiniũ dicit̃:olim Colchinũ dicebat̃ a Colchis conditũ pli. auctor eſt. Ab
ſyrthos:fluuius colchidis dictus ab abſyrtho medeæ fratre illic diſerpto:uel is a flauio abſyrthus eſt appella
tus Ci.n. de natura deorũ ſic ait.Quid de fratre abſyrtho medeæ q apud paccuuiũ ægyaleus ſcribit̃. exit au
tẽ in mare adriacũ. Penei:peneus theſſaliæ flu.q Orconẽ accepit ſed nõ recepit. nã olei modo ſupnatantẽ
uehit & abiicit:ortr̃ autẽ iuxta gomphos. Hæmus mons in thracia:ſiue inter thraciã & theſſaliã. Hiolchõ
oppidũ in theſſalia q̃ Thracenſes hæmonii condiderunt.

¶OMNIBO. Teſpti:teſpti acarnaniã & etoliã ſupiorẽ habitant barbarorũ ſane(ut refert Strabo)natio
ſub teſptis priſtinis ſæculis erat dodona. Dryopes ppl̃i ſunt epyri: Sellæ:ſellarũ ppl̃i ſunt in epyro.q̃ cha
onia eſt appellata a chaone fratre heleni.ut Virg.chaoniãq̃ oẽm troiano a chaone dixit:ubi nemus erat ple
nũ q̃rcubus q̃bus inhabitabant columbæ:ſiſcitantibus rñſa dabant q̃ſi ex ore iouis.ioui.n.nemus illud con
ſecratũ erat:dicit ergo quo tpe miſerunt auxilia põ.tũ columbæ amplius rñſa nõ dabant.ideo ſilentes q̃rcus
.i.in qoibus iã ſiluerant colũbæ. Chaonio uertice:qa in monte ſint poſiti. Exhauſit totas: dicit q̃uis mili
tes delecti eẽnt tñ athenas exhauſerunt q̃ tanta mltitudo uiſa eſt militũ. ut athenæ deſertæ fuerint & pene
uiduatæ. Exiguæ pupes: relectæ ſunt paucæ naues q̃ pyreũ portũ athenienſiũ cuſtodirent: nã pyreus por
tus famoſiſſimus erat athenis:cuius naues q̃ſi imperiũ totius græciæ tenuerunt. Delectus.ſ. militũ. Naua
lia py.i.naualia pyrei portus. Treſq̃ petunt uerã.& ſalemim cypri miſit auxilia põ. ſed uerã dicit: qa thela
mõ pater teucri & aiacis cũ.xii.nauibus miſit ſ[illegible]os filios ad troiã cũ Agãenone.cũ ad ecceiũ troianũ græci mi
le nauibus,pfecti ſunt:teucer ne faceret contra pr̃is impiũ:nõ ẽ auſus in patriã redire. nã pater mittens aiacẽ
& teucrũ p̃cepit ne aliter ſine altero rediret mortuo aiace q deſpatione armoꝝ Achillis ſe interfecerat Teu
cer nõ eſt auſus redire in patriã:ubi erat thelamõ pater ſed ꝓfectus in cyprũ Salaminã condidit nouã. ideo
imitati ſunt Salaminã antiq̃ thelamonis:qa ſicut miſerat.xii.naues ad auxiliũ Agamenonis aduerſus troiã:
ſic & ip̃a tres miſit cũ põ.contra Cæ.q natus erat ſanguine troianorũ. Petunt credi ueniã.i. uĩ poſtulare ut
credat̃ ſalami uere eẽ a teucro condita quũ auxilia mittat aduerſus Cæ.troianũ. Iã dilecta ioui.& chretenſes
q centũ urbes habebant miſerunt auxilia põ. Dilecta ioui:qa in ea educatus eſt & ſepultus. Centenis ppl̃is
qa centũ habitabãt urbes ſicut Virg.Cẽtũ urbes habitabãt: nũc tres tñ urbes eẽ dicit̃. Agitare: tractare.
Gnoſis:gnoſias urbs metropolis ẽ toti⁹ chretæ i q̃ regia Minois fuit. Cortyna:cortynẽ ciuitas ẽ:ubi ſtabu
la regis miois fuere. Nec peior:nõ ipitior. Eois ſagittis.i.ptſſorũ q ſũt pp̃ſ orẽtis. Tũc.ſ.uenerunt. Ori
cõ dardaniã:oriccũ.oppidũ ẽ ad initiũ epyri cõditũ a cholchis ut tradit pli.q̃uis troiãos poeta fuiſſe hic inuæ

SALMANT
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Athamas flu.epiri qui dicit̃ incendere ligna admota:unde Oui.metha.in ſecta pethagorea dicit:Admotis athamantis aquis incendere lignũ Narrat:minimos quũ luna receſſit in orbes.dicit̃ ergo ppl̃os athamanes qui iuxta flu.athamantẽ habitant ueniſſe in auxilia põ. Encheliæ:etiã encheliæ ppl̃i illiriæ nõ procul ceraunijs montibus ubi cadmus cũ hermione uxore conuerſi ſunt in angues. Priſco:antiquo. Teſtantes ſunt ra cadmi:nã apud enchelias ea oſtendebant̃ dicit Stra.quæ de cadmi & hermiões mutatiõe narrata ſunt in de ſumpto nomine:nã anguila ſignificat. Colchis: uenerunt etiã qui habitant colchõ inſulã: quæ eſt haud procul a Caucaſo monte:hæc loca ſubegerat põ cũ perſequeret̃ mithridatẽ. Abſyrtos: flu. colchorũ ſic dictus ab abſyrto fratre medeæ quẽ illa fugiens membratim dilacerauerat. nota fabula. In undas adriacas:quia deſcendit in mare adriacũ in omnibus ſubaudi uenerunt. Penei:peneus amnis theſſaliæ ante omnis claritate inſignis:ortus iuxta gomphos inter oſſã & olympũ fluit amœniſſima temperie interſecans pli. Colunt rura.i.qui peneũ amnẽ habitant. Hemoniã hiolcõ:urbẽ theſſaliæ. Quorũ:theſſalorũ.

Inde laceſſitum primo mare quũ rudis argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes.
Primaq; cũ uentis: pelagiq; furẽtibus undis
Cõpoſuit mortale genus;fatiſq; per illam
Acceſſit mors una ratam: tũc linqtur hæmꝰ
Thracius:& populũ pholoe mẽtita biformẽ
Deſeritur ſtrimon tepido cõmittere nilo
Biſtonias conſuetus aues. & barbara cone
Sarmaticas ubi perdit aq̃s:ſparſamq; pſũdo
Multifidi peucen:unum caput abluit hiſtri;
Mœſiaq;:& gelido tellus perfuſa chaico
Idalis:& nimium glebis exilis ariſbe.
Quiq; colũt pytanẽ & q̃ tua munera pallas
Lugent damnatæ phœbo uictore celene;

SVLPI. Inde. ab hiolco: nã ut Strabo ait hinc pelias iaſonẽ ac argo nauẽ foras emiſit & inde egreſſi ſunt primi nautæ. Laceſſitũ: uexarũ remis. Rudis:impolita uel ignora nauigandi. Miſcuit gentes iunxit commertia diſtantiũ & ignotarũ gentiũ quæ mari ſunt ſeperatæ. Temerato:occupato & uiolato Compoſuit conciliauit & concors fecit.nã auſi ſunt homines media naui fluctibus & uentis ſe credere. Vna mors:unũ genus mortis. Acceſſit:adita eſt. Fatis:multis aliis generibus mortis. Per il.illa media. Hæmus: mons in thracia. Pholoe: arcadiæ mons & oppidũ lapitarũ centaurorũq; patria. Mentita: nã cũ centauri uiſi fuiſſent ſuper equos crediti ſunt biformes hoc eſt ſemi homines & ſemiequi appellatiq; ſunt hippocentauri. Strimon. flu. in thracia ex hæmo deſcendens macedoniam a thracia ſeparat. Committere:credere & commendare Nam grues in hyeme ex ſtrimone diſendunt: & nilũ qui nõ eſt adeo frigidus petunt: in æſtu uero contrafaciunt. Aues biſtonias:grues a biſtonio lacu in thracia Cone barbara:cone inſula eſt ad hoſtiũ hiſtri circunfuſa mare. Hiſter.n.ſex habet hoſtia tertiũ eius Galoſtoma nominat̃ iuxta inſulã ſarmaticã ut pli.docet. Perdit:diſperdit & confundit cũ mare. Sarmaticas:i.hiſtri quæ eã inſulã præterit. Peucẽ:primũ hoſtiũ hiſtri peuce appellat̃:ubi eſt & inſula peuce ampla ſatis.

Multifidi:ſex.n.uaſtis fluminibus in pontũ euoluit̃. Meſiaq;:hactenus europeos: nunc aſiaticos numerat miſia prouincia eſt adiaceus helleſponto conterminaq; habet eoliã in qua eſt ciuitas meſia. Chaico: chaicus miſiæ flu.eſt ueniens a Teutrania ultra pergamũ.eſt autẽ teutrania pars eolidis & troadis. Tellus idalis oppidũ eſt in Troade q pli.idalẽ uocat. Ariſbe:oppidũ in thetheis littoribus. Exilis glebis:ſterilis & infecunda. Pithanẽ:oppidũ in troade. Celene:oppidũ in phrygia de quo ſtatius: Quis nõ certamina phœbi noſſet:& illuſtres ſatyro pendente celenas. Damnatæ:quia marſia illic decoriatus eſt. Lugent tua munera pallas:deflent tibias a te eẽ inuentas.pallas.n.inuenta tibia cũ buccis tumidis ex aqua ſe conſpexiſſet abiecit: q̃ cũ marſia ſatyrus celeneus reperiſſet.tractareq; didiciſſet:phœbũ prouocare ad muſicũ certamẽ eſt auſus: a quo conuictus eſſet. Ceſa receſſerunt a cute membra ſua ut in ſexto faſtorũ canit Oui. inde uero in ſui nominis fluuiũ uerſus eſt.qui meadrõ ingredit̃ & cũ eo miſtus circuit.Fuit autẽ ut meminit Apuleus: hiagnis phrygiis tibicinis filius uultu ferino trux hiſpidus multibarbꝰ ſpinis & pilis obſitus iactabundꝰ atq; ridiculꝰ.

OMNIBO. Inde laceſſitũ primo mare:ex hac theſſalia inquit primũ nauigare cœperunt principes.nã ædificata prima naue argo ab argo fabro.cui ſuũ nomẽ tantũ poſuit iaſõ theſſalus fuit qui græciæ principes accitos ſecũ duxit ad inſulã colchõ ad rapieudũ uellus aureũ q auxilio medeæ partũ uexit in theſſaliã. Inde:a theſſalia.rudis argo:noua uel quia prima fuerat: nõ ita artificioſe fabricata fuerat græcæ per omnes caſus declinat̃:latine autẽ in tribus caſibus tantũ:nominatiuo: accuſatiuo. & uocatiuo. Hæc argo. hanc argo.o argo. Ignotas gentes.ſ.theſſalos colchis qui nunquã ante ſe uiderant. Temerato littore.i.uiolato quaſi nefas.declarat illud temerato littore:quia nauis prima fuit auſa miſcere terreſtes mortales cũ alitibus & piſcibus. Compoſuit.i. miſcuit & coniunxit cũ uentis & concutientibus undis pelagi. Acceſſit mors una.multa genera mortis ante erant:ſed aliud acceſſit.ſ. naufragiũ q execrat̃ Hora. illi robur & æs triplex circa pectus erat.qui a fragilẽ truci commiſit pelago ratẽ primus:nec timuit præcipitẽ africũ iaſonẽ autẽ longa naue primũ nauigaſſe auctor eſt philoſtephanus. Per illã.ſ.argo. Hæmus:mons thraciæ:ſex milibus paſſibus teſte arduus pli.& Solino. Linquit̃:ab incolis. Pholoe:arcadiæ mors olympiæ terræ proximus. Populum biformem.i.centauros. Mentita:quia falſe dixerat centauros biformes habuiſſe in eo mõte ſemiuiros non.n.biformes erant:ſed quia primum aſſueti equos equitare & frena equis imponere:ab his a quibus antea nunq̃ uiſi fuerant ſemiuiri fuiſſe dicuntur. Strimon:fluuius thraciæ. Biſtonias aues idest grues thracias:nam tempore æſtatis diſcedunt a nilo qui eſt in libya & conferunt ſe ad ſtrimonem: qui eſt in ſeptentrione.grues einm amant tenperiem: & in eã ſe conferunt quia tunc in ægypto uel nilo tempore



æſtatis maior calor eſt: ideo deſerto nilo conferunt ſe in biſtoniã ubi eſt ſtrymõ flu.adueniente hyeme relicto ſtrymone redeunt in nilũ. Tepido calido.i.ſuperueniente hyeme. Biſtonias.i.thracias.nã biſtones populi ſunt in thracia pli. Multifidi iſti. nã ſex hoſtiis uaſtiſſimis in euxinũ pontũ deſcendit iſter. Alii ſeptẽ dicunt primũ peuce. ſecundũ naracuſtoma:tertiũ caloſtoma. ubi eſt inſula ſarmatica: quartũ pſeudoſtoma ubi eſt inſula Cone.quintũ batyoſtoma.ſextũ ſpireoſtoma dicit̃. Vbi perdit aquas.i.ummiſcet aquas ſuas aquis pelagi:nã inſula Cone aqua maris circũ inundat̃: unde traſeuntibus neceſſe eſt ut ambiant inſulã. Perdita a.deſcendit in mare deſeritq; ſarmaticã inſulã. Vnũ caput.i. hoſtiũ pſeudoſtoma. Peucẽ: inſulã quæ eſt in primo iſtri hoſtio. Sparſa:ſparſã ablutã & madefactã ab illo hoſtio. Mœſiaq;.ſ.deſerit̃ a populis ſuis eſt autẽ mœſia minoris aſiæ regio. Tellus idalis:ab ida fit idalis.i. terræ idæa: dicit põ. auxilia dediſſe omnes qui aſiã incolunt iuxta idã. Chaico: quia ab ida quemadmodũ bacchylides inbuit fluit caicus id Strabo negat:ſed in teutrania ortus ad gergethã uicũ pergamũ præterfluit per campũ qui caicus appellat̃.

Exilis ariſbe:ciuitas eſt Troiæ teſte Strabone. Ariſba citras etiã in leſbo fuit. Ariſbus uero thraciæ fluuius eſt prope quẽ cebrini thraces habitant. Pitanẽ ciuitatẽ æolicã:e pitana fuit Arceſilaus academicus qui cũ zenone apud polemonẽ didicit tradunt apud pitanẽ lateres ſuper aquis innatare:q & in etruria in inſula quadã contingit:nã cũ terra ſit leuior q̃ aqua:uehi eã cõtingit:ita refert Strabo. Et quæ tua mu pal.pallus tibiarũ uſũ prior inuenit:duatũ ſonus placuit quidẽ:inflante autẽ ea buccas diſplicuit:unde Ouidius ſexto faſtorũ.prima terebrata per rara foramina buxo.Vt daret effeci tibia longa ſonos Vos placuit faciẽ liquidis referentibus undis Vidi & uirgineas tiuiſſe gẽas Ars mihi nõ tanti eſt ualeas mea tibia dixit.hæc de ſe loqt̃ pallas & abiectã tibiã ſuſtulit marſya:& tantũ ualuit ea arte ſonandi:ut phœbũ auſus ſit prouocare a quo uictus & excoriatus in flumine ſui nominis conuerſus eſt:ſed ideo celenas dicit lugere munera palladis cui cauſa fuit ut marſya eius nimiũ ſuperbus conuenereit̃ in flu. Calenæ: urbs phrygiæ ubi natus eſt marſya quæ deinde apamea uocata fuit eo flumine circonfuſa pli. Munera:tibias. Damnatæ a phœbo:qui in certamẽ prouocatus uicit & uictũ pelle nudauit:& in fluuiũ uertit pli.uero ingenti platano marſyã ſuſpenſã confirmat.

Qua celer ereptiſ deſcendens marſya ripis.
Errantem meandrõ adit:miſtuſq; refertur.
Paſſaq; ab auriferis tellus exire metallis
Pactoſon:qua culta ſecat non uilior hermus
Iliacæ quoq; ſigna manus.pituraq; caſtra
Omnibus petiere ſuis:nec fabula troiæ
Continuit:phrygiiq; ferens ſe cæſar iuli.
Accedunt ſyriæ populi:deſertus orontes
Et fœlix ſic fama ninos.uentoſa damaſcus.
Gazaq;:& arbuſto palmarũ diues idume.
Et tyros inſtabilis: pretioſaq; murice ſydon.

SVLPI. Ereptis ripis:nõ.n.habet ripas marſya ſed impetu ſuo nulla allei fert̃ concauitate. Meandrõ:flu.ioniæ qui orit̃ in monte aulocrene. eſtq; ita ſinuoſis flexibus ut ſæpe credat̃ reuerti: Apameniã peruagat̃:mox eumeneticã: ac deinde hircatellicos campos poſtremo cariã: & ad decimũ a meleto ſtadiũ lenis in mare illabit̃. Miſtus: marſyæ. Refert̃: retrofert̃. Tellus: lydia. Pactolõ: pactolus lydiæ fluuius arenis aureis ſmyrnã irrigat: orit̃ in thmolo monte ubi ſunt auri metalla hoc eſt uenæ. Hermus lydiæ quoq; fluuius harenas aureas trahens. Secat culta:fluit per cultos agros. Iliacæ manus: iliũ oppidũ in troade eſt q miſit põ. auxilia: nec abſtinuit q Cæ.eẽ ferebat̃ ex ſanguine iulio troiano. Signa põ. Omnibus ſuis:malis auguriis quia uinci ſoliti ſunt. Fabula:rumor fama q Cæ.eẽt ex ſtirpe æneæ Continuit:abſtinere fecit. Syriæ:ſyria in aſia regio euphrate arabico:ſinu noſtro & ægytio mari. armeniaq; & capadocia terminat̃. Orontes ſyriæ fluuius ex libano monte oriens diuidit anthiochiã. Ninos: ciuitas in ſryia a nino rege aſſyriorũ condita. Fœlix:diues & beota ut fert̃. Damaſcus: oppidũ in decapoli ſyria irriguũ amne chriſorroha. Gaza:oppidũ in ſyria idumea conditũ a Cambyſe. Idume oppidũ in idumea parte ſyriæ apud q eſt maxima palmarũ copia. Tyros: in phœnicia eſt quondã inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa.inde Alexandri oppugnantis operibus continens facta ut plinius Straboq; tradunt. eam Agenar priſci Belli filius condidit. Inſtabilis:uel quia terremotu uexata eſt ut Strabo docet: uel inſtabilẽ appellat propter crebras ſeditiones & principũ mutatioues. illic.n. ſerui occiſis dominis regnauerunt. Sydõ:oppidũ in phœnicia artifex uitri purpura nobilis thebarũq; boetiarũ parens. Murice:purpura murex.n. piſcis eſt cuius ſanguine tingit̃.

OMNIBO. Qua celer:nã hic flu.marſya deſcendit in meandrũ. Meandrõ:amnis qui per phrygiã & cariã excurrit:& a deo ſinuoſis flexibes deſcendit ut in fontẽ ſuũ regredi uideat̃:& ſecũ trahit marſyã amnẽ.

Paſſaq; ab au. & populi lydiæ uenere ubi naſcit̃ pactolus & hermus lydiæ flu. qui harenas aureas ſecũ trahunt. Virgi. Atq; auro turpidus hermos:ſed hermus myſiæ initiũ eſt: Tellus.ſ.lydia. Auriferis metal.quia harenis aureis irrigat populos. Nec hermus ui.ſ.pactolo.qui & ipſe harenas aureas trahit. Iliacæq; manus um.p.ſu.i.mali auſpiciis.quia uinci conſueuerant:nã iliõ ter capta eſt: primũ ab hercule & telamone: deinde ab Agamẽnone: a quo euerſa eſt: poſtremo a fimbria romano duce capta eſt & deleta: eſt autẽ urbs in aſia quã recidiuã condiderunt. Nec fabula troiæ: nec eos continuit: quo minus ſe pompeio coniũgerent quod a ſanguine ſuo iactabat̃ genus ſuũ traxiſſe Cæſar: nã Cæſar ferebat ſe a ſanguine iuli troiani orinẽ duce. Virgi. Naſcet̃ pulchra troianus origine Cæſar. Syriæ: populi in oriente. Deſertus: ab incolis ſuis.

Orõtes flu. ſyriæ iter libanũ & antilibanũ iuxta heliopoli orit̃:ſub terã illatus iterũ emergit:prope anthiochiam procedens in mare ſeleuciæ proximum defert̃. Et felix ſic.ſ.n. ſignificat ipſã fertiliſſimã regionem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Ninos:ciuitas eſt ſyriæ quã condidit ninus:cuius uxor Semiramis regno ſuccedens condidit babylonẽ. Damaſcus.& ipſa ſyriæ prima ciuitas eſt. Gazaq;. ciuitas a diuitiis appellata: quã Cambiſes condidit perſarũ rex. Idume:ciuitas quæ abũdat palmis.Virgi.i.iii.Geor.primus idumeas referã tibi mantua palmas eſt autẽ ciuitas meridiæ quidẽ contermina Arabiæ:a ſeptentrione uero pheniciæ. Arbuſto: locus eſt arboribus conſitus. Et tyros inſtabilis:propter terremotũ. Sidõ:ciuitas fuit a phœnicibus cõdita dicta a frequentia piſciũ quos ſidonas uocant. Pretioſa murice:quia ibi tingit̃ purpura:

Has ad bella rates:nõ flexo limite poti
Certior haud ullis duxit cynoſura carinis
Phœnices primi famæ ſi creditur auſi
Manſurã rudibus uocem ſignaſſe figuris:
Nõdũ flumineos mẽphis cõtexere biblos
Nouerat:& ſaxis tantũ uolucreſq; feræq;
Sculptaq; ſeruabãt magicas animalia liguas
Deſeritur tauriq; nemus perſeaq; tarſos.
Coriciumq; patens exeſis rupibus antrum.
Mallos & extremæ reſonãt naualibus æge.
Itq; cylix iuſta iam nõ pyrata carina.
Mouit & eoos bellorum fama receſſus:
Qua colitur gãges qui toto ſolus in orbe
Hoſtia naſcẽti cõtraria ſoluere phœbo
Audet:& aduerſum fluctus impellit in eurũ
Hic ubi pelleus poſt tethios æquora ductor
Cõſtitit:& magno uinci ſe faſſus ab orbe eſt,
Quaq; ferẽs rapidum diuiſo gurgite fõtem
Vaſtis indus aquis mixtũ nõ ſentit hydaſpẽ:

Obſeſſum pœno geſſit quod marte ſaguntū
Pectoribus rapti matrū.fruſtaq; trahentes
Vbera ſicca fame medios mittētur in ignes.
Vxor & a charo poſcet ſibi fata marito
Vulnera miſcebūt fratres.bellūq; coacti
Hoc potius ciuile gerent.ſic graia iuuentus
Finierat.cum turbato iam prodita uultu
Ira ducis.tandem teſtata eſt uoce dolorem.

OMNIBO. Sola fides:nullo bello ſumus illuſtres:ſed fide tantum. Si claudere muros:a difficili arguit:difficile eſt enim o cæſar uincere eos qui parati ſunt extrema quæq; pati:ſunt enim ipſa deſperatione fortes. Vnde Lucanus alibi. Vincitur haud gratis iugulo qui prouocat hoſtem:hic poſita eſt magna pars deliberatiuæ conſtitutionis:ſed ſi credis nos facile poſſe oppugnari:hanc ſpem deponas:nos enim extrema mala pati parati ſumus: etiam ſi auertas undas:puteos in uiſceribus terræ quæremus:& ſi inopia commeatuum nos præmere tētabis: noſtra ipſorum uiſcera laniare parati ſumus:& morte potius affligere nos q̃ a fide populi romani deficiamus. Claudere muros:circumuallare mœnia noſtra ne quis egredi poſſit ut nos fame expugnare poſſis. Excepiſſe: pro excipere. Faces tectis:ideſt parati ſumus etiam uidere domos noſtras incendi. Vndarum raptos: parati ſumus etiam ſi fontes auertis ne rhodanus per urbem noſtram labatur.effodere terram & in ipſis terræ uiſceribus inuenire aquas. Lambere terram:non ſolum aquam:ſed aquam terræ mixtam bibemus. Et deſit: ſi etiam fame oppræſſeris parati ſumus ea facere quæ nephas eſſet dicere:ne dum uidere ſignificant ſe nec uiſceribus quidem filiorum parcere paratos eſſe. Et:ſcilicet ſumus parati. Si larga ceres:ſi copia frumenti deerit.deam pro frumento poſuit. Fœda contingi:ideſt fœda contactu. Nec pauet hic populus:non dubitamus inquit ſuſtinere quod ſaguntini aliquando ſuſtinuerunt potius quam amiſſa libertate in poteſtatem tuam uenire. Saguntum autem hiſpaniæ oppidum cauſa fuit ſecundi belli punici:ut dicit Liuius.Cum ſocii populi romani ſaguntini eſſent: hānibal diu eos obſedit:cum uero ad extremum uſq; perueniſſent fidemq; ſeruare promiſiſſent: ne in poteſtatem Hannibalis uenirent rogum in medio foro ſtruxerunt:quo ſe ſuaq; omnia cara ſuperiecerunt. Hic populus. ſcilicet Maſſilienſis. Subire.ſcilicet extremum. Pœno marte:aphricano bello. Pectoribus rapti:præterea auulſos a pectoribus matrum liberos in medios rogos proiiciemus. Sicca ubera.ſcilicet lacte:quia fame afflictæ lac habere non poterunt. In ignes.ſcilicet accenſos in foro. Fruſtra:unum ſequitur ex reliquo: quia ſicca ubera ideo fruſtra trahentur. Vxor & a charo:præterea mulieres nolent uiuere:immo uxor poſcet maritum ut ſe interficiat. Fata:mortem. Miſcebunt:confundent:quia fratres alios occident. Bellumq; coacti:ſi coacti erimus bella gerere potius in urbe noſtra faciemus ut nos ciues mutuo occidamus q̃ te ſequamur o cæſar. Hoc ciuile: potius.ſcilicet q̃ tuum. Sic graia iuuentus:iam dudum ducentibus maſſilienſium legatis uultu ſuo oſtendit indignationem cæſar:quem ſtatim ſilentibus illis:uerbis oſtendit. Graia iuuentus.ideſt maſſilienſes:quia a phocide ciuitate greciæ uenerunt. Turbato iam:ſcilicet anteq̃ loqueretur.



SVLPI: Vana mouet:Cæſar cōuerſus ad milites maſſiliam ſe deleturum denunciat:ilarique eos animo eſſe iubet:& confidentiam maſſilienſium arguit ſimulatoſque dolos improbat.Ideo enim inermem ſuſcipere uolebant: ut ipſum caperent quare de his ſumpturum ſe pœnas minatur. Fiducia:confidentia & improba ſpes. Curſus: accelerati itineris. Graios:maſſilienſes. Ad axem heſperium:ad hiſpaniam regionem occidentalem. Vacat. uacuum tempus eſt. Gaudete:quia cum gloria ipſam diripietis. Munere fatorum:deorum benignitate & eſt tacitæ laudis expræſſio:oſtendit enim eos pugnandi cupidos eſſe. Ventus:ſimilitudo qua ſe uento & igni pacem ſpacio inani:hoſtes arboribus & materiæ comparat. Robore ſpeciem pro genere poſuit. Manu:libero arboribus.

Nullis:nulla man. Nocet:deſides euadimus. Armorum:exercitus & potentiæ noſtræ. Qui potuere uinci quos uincere poſſumus. Sed ſi ſolus:ironia. Degener uilis & humilis. Dimiſſis:depoſitis. Tecta patent:aperiuntur porte admittent me. Excludere:expellere. Incluſiſſe:in carcere continere.nec ſolum ſed etiam. Cōtagia:corruptionem.nolunt enim bello ciuili ſe maculare. Fugāt expellunt. Dabitis pœnas:nunc ad legatos ſe uertit. Meo æuo:meis temporibus. Quam duce me bellum: q̃ meis partibus inhærere quod qui non facient tuti non erunt. Sic poſtquam:quibus iniuriis permotus Cæſar legiones tres maſſiliam adducit turres uineaſque ad oppugnationem urbis agere:naues longas Arelatæ numero duodecim facere inſtituit.Quibus effectis armatiſq; diebus:xxx.a qua die materia cæſa eſt adductiſq; maſſiliam: his Decimum Brutum præfecit.C.Trebonium legatum ad oppugnationem maſſiliam reliquit. Ad urbem haud trepidam:ad maſſiliam nil metuentem quia ſe ad bellum parauerat. Vallata corona:circundata ordine armato rūcuſtodum. Mœnia clauſa:urbem clauſis portis. Haud procul.Locus caſtrorum deſcribitur:& ut uallis inter caſtra & urbem repleta eſt agere & obſeſſa maſſilia explicatur.Maſſilia ut in ſecundo bellorum ciuilium ſcribit Cæſar ex tribus fere partibus oppidi mari abluitur:reliqua quarta eſt quæ aditum habet a terra. Huius quoq; ſpacii pars ea quæ ad arcem pertinet loci natura & ualle altiſſima munita longam & difficilem habet oppugnationem. Trebonius igitur in uiminibus & materia comportata aggerem in altitudinem pedum octoginta extruxit.

Vana mouet graios noſtri fiducia curſus:
Quāuis heſperium mundi ꝓperēus ad axē
Maſſiliā delere uacat:gaudete cohortes
Obuia præbentur fatoꝝ munere bella.
Ventus ut amittit uires:niſi robore denſæ
Occurrāt ſyluæ ſpacio diffuſus inani
Vtq; perit magnus nullis obſtātibus ignis
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet: dānūq; putā
Armorum niſi qui uinci potuere rebellant.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis
Tunc mihi tecta patēt.iā nō excludere tantū
Incluſiſſe uolunt;at enim contagia belli
Dira fugant;dabitis pœnas pro pace petita
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius æuo.
Quā duce me bellū.ſic poſtq̃ fatus ad urbē
Haud trepidā cōuertit iter.tūc mœia clauſa
Conſpicit.&denſa iuuenum uallata corona
Haud ꝓcul a muris tumulus ſurgētis in altū
Telluris:paruum diffuſo uertice campum
Explicat: hæc patiens lōgo munimine cingi
Viſa duci rupes:tutiſq; aptiſſima caſtris
Proxima pars urbis:celſam cōſurgit in arcē
Par tumulo,mediuſq; ſedēt cōualibus arua.

Tumulus:collis. Explicat campum:habet paruam in ſummo planitiem. Diffuſo ue.dilatato cacumine. Patiens cingi:quæ poſſet circundari. Munimine:uallo. proxima:uicina huic rupi. Conſurgit:erigitur & munita eſt. Sedent:iacent & uallis latitudinem montiſq; diſtantiam indicat. Statura: quæ ſtaret & erigeretur uel conſtatura.

OMNIBO. Vana mouet:pro exordio poſuit hunc uerſum.Creditis uos maſſilienſes uerbis ueſtris diſſuadere:ne faciam quod iam animo propoſui:in hoc uerſu conſiſtit proprietas proemii:beniuolentiam captat a perſona aduerſariorum in contemptionem adducit graios:arguens eorum leuitatem. Quanuis heſperium refellit quod dixerant ſatius eſſe inferre bellum hiſpanis q̃ oppugnare maſſiliam:dicit cæſar ſi de duobus alterum eligēdum eſſet:uerum fateor ſatius fore bellum hiſpanum conficere omiſſa oppugnatione maſſiliæ:ſed ſi utrunq; poſſum efficere:ſatius eſſe exiſtimo. Vacat.ideſt uacuum eſt nobis tempus & ſpacium delere uos. In heſperium axem:in hiſpaniam quæ eſt in occidente. Gaudete cohortes:arguit ab utili:dicit utile eſt oppugnare maſſiliam o commilitōes: ne uires ueſtræ ocio langueſcant:quia excitebantur uires in oppugnatiōe maſſiliæ. Fatorum munere.ideſt dii ita dii uoluerūt & inſtar muneris diuini hoc eſſe debet:uidelicet ut oppugneris hāc urbem. Ventus exornat hanc argumentationem a ſimili quemadmodum inquit uentus quum perflat habe uires non uidetur: quia omnia ſibi patent:ſed ſi obſtiterit aliquid.uehemētior efficitur:ſic & nobis ſi patefacta eſſent omnia uires deficerent:ſed ſi quid obſtiterit exaugebuntur uires ueſtræ. Denſæ ſiluæ:caſus genitiui. Roboro:arbores. Occur



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tant:reſiſtant. Inani ſpacio:uacuo:quia omnia patent nihil reſiſtit:ideo uentus languidior efficitur. Armorum: militum. Niſi uinci p.t.ideſt niſi uobis aduerſarii ſint & rebelles qui tamen a uobis uinci poſſint. Sed ſi ſolus eam:nunc refellit illam partem quam dixerant maſſilienſes:ꝙ parati eſſent exercitu dimiſſo Cæſarem ſuſcipere: dicit enim hoc illos non quaſi gratos:ſed quaſi proditores obtuliſſe:ꝙ ipſum ſine exercitu excipere uellent ut in cluſum illum perdant: Si ſolus eam.ideſt ſi ego ſolus ire uoluero:ſine exercitu omnia mihi parebũt. Degener: ignauus. Dimiſſis armis:ut inermis ingrediar urbem. Iam non excludere tantum:quia non ſolum uolunt me excludere:ſed etiam includere. Incluſiſſe:pro includere. At cum:dicunt ſe uelle facere hoc ne polluãtur ſangui ne bellorum ciuilium. Pro pace petita:quia utriuſq; cauſam pacis eſſe uolebatur:quod quia honeſtum erat ne gare non poterat Cæſar:ſed inutile dicit eſſe. Ad eum:quia dicunt ſe nolle pollui ſanguine ciuili:ſed pro pace uo bis bellum dabo:itaq; probatum faciam:ut intelligatis nihil tutius eſſe q̃ bellum me duce. Fugant:a ſe. Conta gia dira belli:pro contagionem diri belli. Et nihil:ꝙ illi honeſtum dicunt:cæſar illis parum tutum & utile eſſe de monſtrat. A euo:ætate mea:dum ego ſum uiuus. Duce me.ſ.cæſare.i.cuius belli dux fuero:i eo bello ſemper ui ctoria parata erit. Haud:non timentem quia uenienti portas clauſas obiecerunt. Vallata:circundata:quia i mœ nia iuuentus aſcendit:& parata erat pro defenſione patriæ pugnare. Haud procul:nunc dicit quid fecerit cæſar poſtq̃ obſtinate uidit maſſilienſes in propoſito perſiſtere:ne cum exercitu urbem ingrederetur circunſpexit dili gẽter ſitũ urbis:& tumulũ uidit æqualem altitudine muris:& ubi caſtra poni poſſent:& ut ipſum coniũgeret:qua parte aqua erat:ubi exercitũ aquatum copia tueri poſſet ſtatuit eum collem occupare:& illum foſſa ualloq; circun dare: Procul a muris.i.circa muros. Vertice:quia in ſummo uertice eſt planities. Paruum campum: paruã pla nitiem pro qualitate tumuli. Patiens:apta. Longo mu.i.circundari longo uallo. Tutiſſima caſtris.ꝙ in colle ca ſtra poſita ab omni hoſtium impetu tuta eſſent. Proxima pars ur.quæ ex oppoſito erat tumulo & propinqua ei arcem habebat. Par tumulo:quia altitudine mœnia urbis ubi arx fuit:erant æqualia tumulo. Par altitudine æqualis. Mediis con.nam inter urbem & tumulum media conuallis erat plana:conuallis dicitur quæ inter alti tudines media eſt poſita uallis uero dicitur reſpectu altioris loci.Sed etiam:iacent. Mediis.ſcilicet inter collẽ ur bis & tumulum a cæſa.captum.

Tunc res immenſo placuit ſtatura labore
Aggere diuerſo uaſto committere colles
Sed prius ut totam qua terra cingitur urbẽ
Clauderet a ſũmis ꝑduxit ad æquora caſtris
Longum cæſar opus: fõteſq; & pabula cãpi
Amplexus foſſa denſas tollentia pinnas
C eſpitibus crudaq; extruxit brachia terra
Iam ſatis hoc graiæ memorãdũ cõtigit urbi
Aeternũq; dec⁹:quod nõ ipulſa nec ipſo
Strata metu tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem curſũ:raptis a cæſare cunctis
Vincitur una mora : quãtũ eſt q̃d fata tenẽt
Q uodq; uirꝫ toti ꝑperãs imponere mũdo
Hos perdit fortuna dies:tunc omnia late
Procũbunt nemora ſpoliãtur robore ſiluæ
Vt cũ terra leuis mediã uirgulatq; molem

SVLPI. Committere:coniungere. Diuerſos:urbis & caſtrorum. Aggere:congerie terræ & faſcibus uiminũ Prius:placuit. Vt clauderet urbem:ut occluderet omnẽ aditum per terram hinc & illinc:nam aggere & foſſam du xit a caſtris ad maria. pabula:paſcua. Brachia: aggeres. Ceſpitibus:glebis terræ cum herba. Cruda:dura. Tol lentia pinnas:erigentia turriculas & propugnacula in ſi militudinem pinnarum muri. Iam ſatis:non paruã lau dem inquit aſſecuti ſunt maſſilienſes quod ſoli auſi ſunt reſiſtere cæſari. Memorandum:memorari dignũ. Cur ſum belli:impetum Cæſaris. Cunctis raptis: cæteris ur bibus ſtatim occupatis. Vna:ſola. Mora:longa oppu gnatione. Quantum:magnum profecto. Tenentur: re tinẽtur ſucceſſus cæſaris. properãs:imponere mũdo : fe ſtinans præficere cæſarem. perdit:in caſſum conterit. Nemora conſitæ arbores amenitatis cauſa. Robore: ar boribus ut earum trabibus & materia hinc & illinc agge ris latera firmarent:media autem replebat ex faſcibus uir gultorum & terra. Virgulta:uimina rami arborũ & fru ctices. Molem.congeriem rerum.

OMNIBO. Tunc res:quantum operis ſuſcipiebatur ab imperatore romano.quod etiam ſuſceptum perfici de clarat:placuit igitur cæſari aggerem ducere a tumulo:ubi caſtra poſuerat ad alium tumulum ubi poſita erat arx ur bis:ut urbs facile expugnari poſſet. placuit:cæſari. Diuerſos co.i.urbis & caſtrorum. Committere: coniunge re. Statura:conſtatura. Sed pri.ſed ea parte qua urbs in plano ſita erat:uallis lata fuit arx in colle erat poſita:ergo anteq̃ aggerem cum arce coiungeret Cæſar ſtatuit munitiones opponere ne quis egredi poſſet:& ut aquam ido deret unde omnis exercitus aquari poſſet. Terra cingitur.i.a plano:colle uero non. A ſummis caſtris:ab altitudi ne tumuli.in quo caſtra erant. prius.i.anteq̃ collem caſtrorum & urbis coniungeret. Amplexus foſſa:quia duo brachia terræ in uertice collis deduxit : ut clauderet urbem : & aquatum ut ire poſſent milites. Ceſpitibus cru da terra:expoſitio eſt unum alterius.ceſpes dicitur pars terræ cum uiridi herba auulſa. Extruxit : incumulauit. Tollentia:erigentia. pinnas.ideſt propugnacula ædificauit a quibus milites mœnia urbis oppugnarent. Iam ſa tis hoc:non potuit non honorificum & glorioſum eſſe. Maſſilienſibus:ꝙ potuerit impetum cæſaris retinere. Iam ſatis:etiã ſi nihil aliud feciſſent. Curſum belli cæſaris. Strata metu:inducta metu:quo cæteræ urbes indu cebantur. Flagrantis in omnia. Cunctis:urbibus. Vna.ſ.urbs maſſilia uincitur mora. Quantum eſt.i.quantũ eſt glorioſum.q.d.q̃ magnum & mirum. Quod fata tenentur:tardantur fortuna enim quæ cæſarem dominum terrarum orbis facere uolebat:potuit retardari. perdit dies:ſcilicet in oppugnanda. Maſſilia. Tunc omnia late: ad ſtruendos & ad circumuallandam urbem omnes ſiluæ cedũtur. Robore:ideſt arboribus:hoc faciebat ne rue ret agger. Arctet:ut coniungat. Leuis terra:quia quum primum terra defoditur leuior eſt ſed euulſa deinde



grauior ſit:uel paulo ante effoſſa.ideo uidebatur non denſa:ſed inſtabilis. Virgulta:quæ innata erant terræ ſtru ctuam non ſinebant condenſari:ideo agger uidebatur inſtabilis.

Suſpẽdant.ſtructa laterũ compage ligatam
Arctet humũ ꝑſſus ne cedat turribus agger
Lucus erat longo nunq̃ uiolatus ab æuo
Obſcurum cingens connexis aera ramis
Et gelidas alte ſubmotis ſolibus umbras
Hũc nõ ruricolæ panes.nemorũq; potẽtes
Syluani nymphæq; tenent.ſed barbara ritu
Sacra deum:ſtructæ diris altaribus aræ
Omnis & humanis luſtra cruoribus arbor
Siqua fidẽ meruit ſuperos mirata uetuſtas
Illis & uolucres metuunt inſiſtere ramis
Et luſtris recubare feræ.nec uentus in illas
Incubuit ſiluas.excuſſaq; nubibus atris.
Fulgura.non ullis frondem ꝑbentibus auris
Arborib⁹ ſuus horror ineſt tũ plurima nigris
Fõtib⁹ unda cadit.ſimulachraq; mœſta deoꝝ
Arte carent.cæſiſq; extant informia truncis.
Ipſe ſitus putriq; facit iam robore pallor
Attonitos.non uulgatis ſacrata figuris
Numina ſic metuũt.tantũ terroribus addit
Q uos timeãt ñ noſſe deos.iã fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas
Et procumbentes iterum conſurgere taxoſ.
Et non ardentis fulgere incendia ſiluæ

SVLPI. Suſpendant:ſuſpenſe attolant. Agger:tota ipſa machina. Præſſus:oneratus. Arctet humum:compri mat terram ſed trabes pondus ſuſtineant. Ligatam:incli ſam. Compage:coniunctione. Ne cedat:ne diſſoluatur ob turres. Lucus erat. Sacri uenerandiq; luci quem cæ ſar excidit deſcriptio. Violatus:cæſus. Cingens:com plectens. Obſcurum:tenebroſum. Solibus:radiis ſolari bus illuc non penetrantibus. Panes : dii ruſtici fauni ſi ue saturni filii. Syluani:dii ſyluarum. Nymphæ: dria des & amadriades. Barbara:efera & inhumana. Ritu: conſuetudine:quia homines illic mactabãtur. Aræ cum altaribus: Aræ tam ſuperum deorum quam iferum ſunt. Altaria ſuperum tantum. Diris:efferis. Luſtrata:expia ta. Luſtris:cubilibus & antris ſuis. Incubuit:flauit. Ex cuſſa nubibus:quæ ex nubium colliſione naſcũtur ex Epi curi anaxagoræque ſententia. Non ullis:uirent inquit il lic arbores: quanquam ſint non tanquam ſub dio ſed ſub tecto:nec auras alentes aſpiciant. Horror ſuus:propria ui riditas. Non ullis auris:nulla aeris luce. Tum plurima: plurimi illic riui ſed nigri ſunt. Cadit:emanat e fõtibus. Mœſta:ſqualida mœroremque inducentia. Carent ar te:nullo ſunt artificio fabricata. Extant informia:eminẽt indolata & turpia. Truncis:in ſtipitibus arborum. Si tus : ſqualor & lanugo.qui proprie ex humore aut nulla tractatione & cultu oboritur. Putri:corrupto. Facit at tonitos : terret aſpicientes. Non uulgatis figuris :non enim ea forma deos illos effigiant :quo reliqui alios. Non noſſe:ex ipſa figura. Iam fama:miracula quæ in ip ſo loco ſolebant accidere memorat. Cauernas : antra. Mugire:reſonare:tranſlatio a bobus qui proprie mugi re dicuntur. Procumbentes:ſiue uetuſtate ſiue prodigio ſe: Taxos:arbores quarum ſuccus eſt uenenoſus hinc to xica quaſi taxica dicta eſſe plinius docet. Et nõ ardentis: uidebatur comburi cũ illic nullum eſſet incendium.

OMNIBO. Compage.i.uallo. Laterum:quia extrinſecus uallum faciebat:& quum duceret utrinq; uallum medius ſtringebatur agger. Præſſus ne:quamobrem uult ſtringere terram:quia turres ſuper aggerem ædifica re uolebat:ne agger rueret:ut circunuallata foſſa & terra condenſata ſtabilior fieret. Lucus erat : nunc deſcribit Lucum qui haud procul ab urbe erat:incerto tamen deo conſecratus:Nam cum lucus dicitur de religione intelli gimus. Obſcurum aera connexis ramis:unum ſequitur ex altero:quia a nullo:cæſus:ideo denſus uidebatur. Summotis ſolibus:quia illuc uſq; radii ſolis penetrare non poterant:ideo opacitatẽ reddebat. Hunc:dicit hunc lucum non panes:non ſyluanos deos ſyluarum habitaſſe:non nymphas quæ nemoribus præeſſe dicuntur. Pa nes:dii paſtorum. Nymphæ:driades:quæ ſyluas habitant:& amadriades:quæ cum quercubus ſimul naſcuntur & pereunt. Sacra bar.ritu deum:quia nullus deus erat certus : ſed colebatur more deorum: Vnde dixit barbara: Luſtrata:purgata. Humanis cruoribus:quia ibi humanæ uictimæ immolabantur. Si qua fidem meruit tamet ſi ignarus eſſet deus:cui lucus iſte conſecratus eſſet:tamen tanta apud homines reuerentia:immo etiam in ſtupo re fuit.ut lucum hunc ipſi ingredi pauerent. Si qua fidem meruit.i.ſi credi poſſet ꝙ religionem admirabantur: profecto id quoq; dixerunt uolucres horruiſſe ſyluis illis inſiſtere. Inſiſtere:inſiſto alibi habet etiam accuſatiuũ. Virg.Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen. Luſtris:cubilibus ferarum. Nec uentus.i.uentus quoq; horret illas ſyluas inſtringere. Fulgura:non audent illas arbores infringere. Nubibus atris:tetigit naturam fulminis: nam ex nubibus colliſis fulmen erumpit. Non ullis auris:quia auræ ſunt cauſa ut arbores frondeſcant & flores emittant:cum propter opacitatem radiis ſolis non ingrediantur. Suus horror:ſua reuerentia ineſt arboribus. Tum plurima:ibi ſunt fontes quorum unda nigerrima ſimilis eſt umbræ arborum : & tenebris luci ſimillima. Simulachraq; mœſta:ſunt etiam ſimulachra deorum:non fabrefacta ſed tantummodo manibus agreſtium ꝑer dolota. Arte carent:non artificioſe ſed rudi arte effecta: Extant in formia truncis:quia in ipſis arboribus inciſæ ſunt formæ deorum. Situs:pro antiquitate ponitur:ſed proprie ſitus eſt lanugo quædam quæ ex humore inna ſcitur locis ſole carentibus:ſicut in cellis uinariis apparet & ſyluis. Facit:reddit. Pallor:unum ex reliquo ſequitur quia robora putrida ſunt:ideo pallent. Non ſic metuunt:non uſq; adeo inquit imagines deorum iamdudũ tem plis dedicatæ plus timoris afferunt quam aſpera arborum facies. Vulgatis : celebratis iampridem. Tantum terroribus addit : hoc ipſum magis timent : quia neſciunt quem deum timeant. Iam fama fe.iam fama uulga ta erat inquit ꝙ auditi ſunt mugitus ex cauernis terræ erũpentes:& taxos arbores:nunc quidem cadere nunc ite



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

rum reſurgere. Ferebat dicebat. Cauernas:quia concuſſa terra ex cauernis mugitus quaſi erumpe uidebatur.
Et:ſcilicet fama erat ardere ſiluam:neq; tamen comburi:q̄ ignis deorum facit.ut ardere aliquid uideatur:nec ta
men comburitur:ſicut Virgilius dicit de Iulo in cuius uertice ignis erat:tamen de hiſtoria ſumptum eſt :q̄ uide
licet in domo Tarquinii priſci puer ſeruius tullus de ſerua natus erat: qui nutriebatur in domo regia:in cuius ca
pitis uertice ſtatim flamma ſuperuenit:ut crines eius ardere uiderentur tamen innoxia illa flamma fuit. Non ar
dentis:ut ardere uideretur nec combureretur.

Roboraq; amplexos circūfulxiſſe dracō e
Non illum cultu populi propiore frequētāt
Sed ceſſere deis;medio cū phœbus i axe ē:
Aut cœlū nox atra tenet. pauet ipſe ſacerdoſ
Acceſſus. dominūq; timet deprendere luci.
Hanc iubet immiſſo ſiluā procunbere ferro
Nam uicina operi belloque intacta priori
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes.
Sed fortes tremuere māus motique uerēda
Maieſtate loci;ſi robora ſacra ferirent:
In ſua credebant redituras menbra ſecures
Implicitas magno cæſar torpore cohortes
Vt uidit: primus raptam uibrare bipennem
Auſus, & aeream ferro proſcindere quercū
Effatur merſo uiolata in robora ferro.
Iam nequis ueſtrū dubitet ſubuertere ſiluā
Credite me feciſſe nefas. tunc paruit omniſ:
Imperiis. non ſublato ſecura pauore
Turba. ſed expēſa ſuperorum & cæſaris ira
Procumbunt orni;nodoſa impellitur ilex.
Siluaq; dodones. & fluctibus aptior alnus.
Et non plæbeios luctus teſtata cupreſſus
Tūc primū poſuere comas. & frōte carētes
Admiſere diem. propulſaq; robore denſo
Suſtinuit e ſilua cadens gemuere uidentes
Galloꝝ populi muris quoq; clauſſa iuuentꝰ.
Exultat. quis enim læſos impune putaret

❡SVLPI. Roboraq;:uidebantur ab ingentibus draco
nibus arbores eſſe complexæ. Propiore cultu:nō enim
lucum ingrediebantur:nec propius accedebant metu de
orum. Ceſſere:dedere locum abſtinēdo tam die quam
noctu. In medio axe : in media cœli regione hoc eſt in
die:intelligitq; medium quicquid cœli eſt inter orientem
& occidentem. Pauet acceſſus:timet adire. ipſe:empha
ſis:quaſi dicat qui deis amicus eſt. Deprendere:inueni
re numen ipſum. Iubet:cæſar. Procumbere excindi.
Ferro immiſſo:ſecuribus infixis. Operi:ad opus. Bel
lo priori:bellico gallico quod annis ſuperioribus geſſerat
Cæſar in alias urbes. Nudatos: priuatos arboribus:reli
quis enim ſiluis exciſis ſola ſupereat. Forte manus:ma
gnanimi milites. Moti:territi. Verenda.obſeruanda.
Robora:ligna. In membra ſua:quod Lycurgo threicio
uitem incidere conanti accidit cruſq; ſuum pro ſui ſe inci
dit. Implicitas cohortes:dubitātes & impeditos milites.
Vibrare:cum motu tractare:& concutiendo immittere.
Bipennem raptam : ſecurim ab uno militum extortam.
Aeriā.altam. Merſo:immiſſo. Violata:corrupta uim
paſſa. Iam ne : in gallicæ ſuperſtitionis contemptum :
& in militum cohortationem cæſar hæc dixit : quo ita nu
minum ſi qua eſſet in ſuum caput conuerteretur. Feciſ
ſetq; nefas:uiolaſſet ſacra. Secura:ſine reſpectu deorum
uel bis rrepetatur non. Non ſublato:adhuc enim metue
bant:ſed magis cæſarem quam deos. Expenſa:pondera
ta & conſiderata utra magis nocere poſſet. Procumbunt
orni:exciduntur arbores ipſæ ingētes. Ilex:arbor glandi
fera:de qua Virg. Ilicis & nigræ ſpecies poſſeſſiuum eius
eſt iliginis. Silua dodōes:quercus ioui dodoneo dicata:
alluſitq; ad fatidicas quercus epiri: Alnus aptior flu.ex
qua fiunt naues ſtatius in ſexto. Alnus amica fretis. Cu
præſſus arbor feralis diti ſacra quæ in funeſtis nobilium
domibus plantabatur:eiuſque ramis rogorum latera intre
xebantur:ut in ſexto Virg. indicat. Cæſa nunquam ferre
pululat diciturq; cupræſſus cypræſſus & cipariſſus. Nō
plæbeios lu. nobilium mortem. Poſuere comas:exciſe
ſunt: Propulſa:impulſa. Suſtinuit ſe:erat ſuſpenſa in ae
re propter arborū ramorumq; denſitatem licet eēt exciſa. Populi:ciuitates. Exultat:gaudet:ſperabant enim de
os fore ultores:& Cæſarem meritis ſuppliciis affecturos. Quis enim: nemo enim exiſtimabat Cæſarem id im
pune facturum.

❡OMNIBO. Roboraque:fama ferebat dracones eſſe:qui complecterentur arbores:deinde ſubito confluere.
Non illum:non audent homines uenerari illos deos:quia non audent cominus accedere:ſed procul abſiſtunt:
Pauet ipſe ſacerdos:immo ipſe ſacerdos:cuius cure lucus ille demandatus: erat non audebat propius accedere.
Cum phœbus in axe eſt:nec medio die nec media nocte audet ire. Medio axe:ideſt meridie.nam dicunt Lar
uas ideſt imagines & ſpiritus & umbras in terras uenientes hominibus plærunque nocere: ita & media nocte
umbras errare ideſt manes:ideo dicit ſacerdotem timere: cui demandata erat luci cura in ipſo meridie. Domi
num luci:ideſt ipſum:deum:in cuius tutela lucus erat. Hanc iubet cauſa cur luci huius religionem tam late de
ſcripſerit pota : hæc eſt : ut oſtendant in Cæſare contemptum deorum. unde in partes pompeii Lucanus incli
nate uidetur.nunc dicit tametſi omnes gentes hunc lucum:ut pote religione ductæ uenerarentur: & ipſi milites
Cæſaris horrerent : tantum Cæſar detracta e manibus militum ſecuri primus arbores incidere cœpit : ut exem
plo eius milites moti idem facerent. Nanque uicina operi : quia commoda erat munitioni quam circa ubi face
re parabat. Inter nudatos : alii quidem montes nudati erant ſiluis & arboribus. ſed ſola ſilua in tacta erat & in
uiolata : Nudatos : ſpoliatos arboribus. Sed fortes tre. manus : militibus quidem iuſſit incidere ſiluam Cæſar
ſed tamen militum manus q̄uis fortium non ſunt auſæ auertere ſiluam. Motiq; uerenda.m.l.metuebāt ne ſi in



cidere cœpiſſent arbores & ab arboribus in ſua ipſorum corpora reſſilirent ſecures. Implicitas magno:Cæſar de
manibus militis rapuit ſecurim & proceram quercum incidere cœpit:& cum immiſiſſet in arborem bipennem i
quit ne quis ueſtrum contra religionem timeat facere:hanc mihi culpam attribuite:qui prius hoc nefas ſine terro
re cōmiſerim. Torpore:ne auderent incidere arbores. Vibrare:mittere. Aeriam:proceram. Feciſſe nefas : id
eſt culpam mihi tribuite. Non ſublato pauore:quanuis uidiſſent milites Cæſarem bipenni incidere arborem il
lam nondum tamen erant ſine metu. Sed expenſa:ideſt librata ira deorum & cæſaris:quia hinc cæſaris:inde deo
rum metuebant iram.ideo incerti erant quid facerent:tamen non ſine metu inciderunt ſiluam. Siluaq; dodōes
ideſt quercus dodone ſilua chaoniæ fuit in epiro quæ abundabat quercubus:in cuius ramis columbæ inſidētes
reſponſa dabant ideo per excellentiam dixit:ſiluaq; dodones. Aptior alnus:nam ex alno arbore fiunt tabulæ qui
bus naues ædificantur. Cupreſſus luctus:quia cupreſſi arboris rami ſolebant apponi poſtibus ædium principū:
in quibus aliquod funus erat:unde cupreſſus poſtibus affixa ſignum erat domum funeſtam eſſe.ideo autem affi
gebantur:quia ſemel cæſa non repululat:quenadmodum ſemel mortuus non reuiuiſcit. Luctus non plæbeos
ideſt principum. Tunc pſimum:quia nunquam antea cæſa fuerat: Admiſere diem.ideſt accepere lucem. nā an
tea denſitate arborum lux eo penetrare nequiuerat. Propulſaq; robore denſo:quia arbores cadebant aliæ i alias.
ideo arbor arborem ſuſtinebat. Gemuere uidentes:cum id Galli uidiſſent gemitum dedere:neq; enim ſine do
lore id intueri poterant:ut quam ſiluam uenerati fuerant:eam nunc euerti uiderent oppidani maſſilienſes qui p
mœnibus ſteterant.ut urbem ab oppugnatione hoſtium defenderent.gauiſi ſunt.neq; enim dubitabant futurū.
quin deorum numen læſum ſupplicia de hoſtibus ſumeret.ſed aliter inquit ;euenit atque illi putauerunt . nam
non omnibus numine iraſcuntur.ſed miſeris tantum. Videntes.ſcilicet arbores illius ſiluæ religiona patrum
iam diu ſeauatæ euerti:

Eſſe deos;ſeruat multos fortuna nocentes
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.
Vtq; ſatis cæſi nemoris:quæſita per agros
Plauſtra ferunt:curuoq; ſoli ceſſantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamē ipatiens hæſuri ad mœnia martis
Verſus ad hiſpanas acies extremaq; mūdi
Iuſſit bella geri.ſtellatis axibus agger
Erigitur:geminaſq; æquātes mœnia turres
Accipit:hæ nullo fixerunt robore terram.
Sed per iter longum cauſa repſere latenti.
Cum tantum nutaret onus:telluris inanes
Cōcuſſiſſe ſinus:quærentem erūpere uentū
Credidit:& muros mirata eſt ſtare iuuentus

❡SVLPI: Seruat multos:ſentetia eſt:cum adiecta que
rela: Vtq; ſatis:poſtquam ſatis materiæ eſt exciſum Tre
bonius raptis undiq; iuuencis ipſam ad aggeres compor
tari curauit. Satis:ſupple eſt eis. Ferunt:nemus. Fleue
re annum:lachrymauerunt fructus annos ſe amiſiſſe : qa
ereptis bobus arare & ſerere non potuere. Plauſtra ruſti
ci:currus. Aratro:ab aratro. Ceſſantis:fructum non fe
rentis. Dux tamen:cæſarem oppugnationem fore lon
gam proſpiciens:præfecto Bruto claſſi & Trebonio terre
ſtri oppugnationem hiſpaniam uerſus iter arripuit. Hæ
ſuri:diu duraturi. Acies hiſpanas:ueterem pompei ex
ercitum: Geri.ut gereretur a bruto & trebonio. Erigitur
ſtruitur. Axibus.ſtellatis:lignis in ſtellarum ſimilitudi
nem commiſſis:connexis:quod fieri ſolet ut ipſa machi
na quæ erigitur firmior ſit. Axem autem:non modo regi
onem & lignum aut ferrum circa quem uertitur rota:
Sed quodcunq; genus ligni aut tabularum axem Feſto
auctore dicimus. Geminæq;:ſupra aggerem conſtitutæ
ſunt duæ turres reptilis:quæ in aggere affixe non erant:
ſed per ipſum agebantur. Robore:ligno. Cauſa latenti
trocleis:& rotis. Per longum iter:per aggerem ipſum.

Repſere:diſcurrere: Nutare:nutando procederet:Nutare tremere eſt.& caſum minari. Iuuentus : maſſilienſis.
Inanes ſinus concauitatem terræ. Quærentem erumpere. Terremotum qui fit ex incluſo uento conanti erumpe
re:q̄q̄ Anaxagoras dixit terremotum eſſe ſucceſſione aeris in terra.
❡OMNIBO. Seruat multos.ſed fefellerunt opinionem eorum.quia non ſeper nocentes puniuntur. ſed plæ
runq; ſeruantur. Miſeris:iam non miſer erat Cæſar.ſed felix.ideo nullam deorum iram ſentire potuit.huic cō
traria eſt ſententia iuuenalis. Contemnere fulmina pauper creditur atq; deos diis ignoſcentibus ipſis. Vtq; ſa
tis poſtquam ſatis arborum uiſum eſt inciſum.ex omni agro plauſtra aduecta ſunt quibus arbores ueherentur.
& agricolæ doluerunt q̄ raptis iuuencis ab aratro agros colere non poterant. Plauſtra ferunt. ipſas arbores.
Fleuere annum agri.quia ſolum ceſſabat & ſteriles erant agri:quia arari ſolum nequiuerat raptis iuuencis. Dux
tamen:Cæſar quanuis occupatus eſſet in obſideda urbe maſſilienſium:tamen poſtponere noluit bellum hiſpanū
quia obſidionem illam diuturni temporis futuram uidebat:ideo demandauit militibus ſuis oppugnationem ur
bis.& ipſe in hiſpaniam profectus eſt. Tamen:quanuis adeo perſeueranter Cæſar inſiſteret in propoſito in op
pugnandæ urbis. Ad mœnia:quæ tam obſtinate defenderentur ab hoſtibus. Extremaq; mundi:ideſt ad extre
mitates mundi ideſt hiſpaniam eſt enim ephexegeſis. Iuſſit bella geri.ſ.ducibus ſuis in terreſtre bellum gereret
treboniūs:Maritimū uero Decius Brutus. Stellatis:hi duces Trebonius & Decius.ſtati execuri ſunt iuſſa ducis:
primū qdē inquit erigit̄ agger in cœlū:nā ſignificat altitudinē aggeris per hyperbolē:qui ad cœlū uſq; erectus fuiſ
ſet: Stellatis axibus:uſq; in cœlū:nam axis polus appellat̄. Accipit:agger quidē altiſſimus:& ſuper aggerē duæ
turres ſurgebant. Aequantes mœnia:ideſt q̄ tātæ altitudinis erant:quantæ mœnia urbis:ideo id fecerunt duces
Cæſariani:ut ex his turribus tela i oppidāos imitrere poſſent. Hæ:ſcilicet turres. Fixerūt terrā.n.r.i.hūi nō ſunt
fundatæ:ſed ſubiectis rotis quocūq; uellēt ipelli facile poterant. Sed per iter longū:ideſt in longum ſpacium.& tra
ctum uecte ſunt ignorantibus oppidanis. Latēti:ideſt occulta oppidanis cū tm̄ oppidani:cū uiderent turres mo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ueri crediderunt terremotum eſſe. Iuuentus.ſcilicet maſſilienſis:quæ corona circunderat mœnia.& parata erat ad propugnationē patriæ credidit erunpere uentum. Onus.ſcilicet turrium. Nutaret:concuteretur. Telluris inanes concuſſiſſe ſinus cauſam oſtendit terremotus:nam phyſici:qui latentes rerum cauſas inueſtigant:dixerūt hanc cauſam eſſe terremotus:ut cum uentus per cauernas ingreſſus fuerit in uiſcera terræ .& cum exire uoluerit non reperto exitu terram impulſu ſuo erumpit . & ita terremotum efficit. Erumpere.ſcilicet e terra. Inanes ſinus.ideſt gremium uacuum terræ. Mirata muros ſtare . mirabantur ergo ꝙ mouerentur turres & ſua mœnia firma ſtarent.

Illinc tela cadunt excelſas urbis in arces:
Sed maior graio romana in corpora ferro
Vis inerat:nec enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea.ſed tenſo baliſtæ turbine rapta
Haud unum cōtenta latus tranſire quieſcit:
Sed pādēs perq; arma uiā perq; oſſa relicta
Morte fugit:ſupeſt telo poſt uulnera curſus
At ſaxum quotiens ingenti uerberis ictu
Excutit̄:qualis rupes:quam uertice montis
Abſcidit impulſu uentorum adiuta uetuſtas
Frangit cuncta ruens:nō tantū corpora pſſa
Exanimat.totos cū ſanguine diſſipat artus
Vt tamen hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubit uirtus:armiſq; innexa priores
Arma ferūt galeamq; extenſus ptegit umbo
Quæ prius ex lōgo nocuerunt tela receſſu
Iā poſt terga cadūt.nec graiis flectere iactū
Haud facilis labor ē.longīqua ad tela parati
Tormenti mutare modum.ſed pōdere ſolo
Contenti nudis euoluunt ſaxa lacertis

¶SVLPI. Illinc:ex turribus. Cadunt in arces:quæ erant inferiores. Sed maior graio:ſed uehementiora erāt maſſilienſium tela.Cæſar in ſecundo belli ciuilis ait. Tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus.Tantaq; multitudo tormentorum ut eorum uim nullæ textæ uiminibus uineæ ſuſtinere poſſent.Aſſeres uero pedum.xii.cuſpitibus præfixi atq; in maximis baliſtis per quatuor ordines cratium in terra defigebant. Rapta:raptim immiſſa. Tenſo:turbine:extenſo impetu & uolubilitate qua intenditur.Namq; ut Victruuius ait fiunt in capitibus foramina per quorum ſpacia contenduntur capilio maxime muliebri:uel neruo funes:magnitudine ponderis lapidiſq;:quem debet ea baliſta mittere. Baliſtæ:inſtrumenti ex ferro aut taxo aut oſſæ: quæ ſi minor eſt manu baliſta & ſtorpio appellatur quanquam proprie baliſta dicitur ex qua emittuntur ſaxa ut etiam Cicero in tuſculanis docet quandoq; ſignificat machinā qua magni lapides emittuntur. Vnum latus:unam corporis partem. Pandens uiam:perrumpens. Fugit;relicta morte:egreditur relicto mortifero uulne. Poſt uulnera:poſt uulneratum traiectumq; hominem: telum egreſſum ulterius euolat. At ſaxum:ſaxa uero quæ ex tormētis & machinis maiori ui mittebantur totum hominem conterebant. Ictu uerberis:percuſſione & iactu trabis ex qua uelut e funda ſaxa emittuntur. Excutitur: excutiendo emittitur. Ruens:ipſum ſaxum. Rupes:ſaxum. Quam uetuſtas:quæ & uetuſtate & uento diſſoluta. Exanimat:perimit. Diſſipat:diſpergit & contundit. Artus membra quanquam ſunt eorum partes iuncturæq; ipſæ. Vt tamen:propinquantes inquit muro romanos ſaxa & tela tormentis emiſſa:quia altius longiuſq; tendebant non poterant lædere.Cæſar tamen ſic ait:itaq; pedalibus lignis coniunctis inter ſe porticus integebantur:atq; hac agger inter manus proferebatur.Antecedebat teſtudo pedum ſexaginta æquādi loci cauſa facta.item ex fortiſſimis lignis:euoluta omnibus rebus quibus ignis iactus & lapides defendi poſſent:ſed magnitudo operū multi altitudo atq; turrium multitudo tormentorum omnium adminiſtrationem tardabat. Virtus tecta: fortes milites tecti. Subit:propinquauit. Denſa teſtudine:denſis ſcutis.Teſtudo enim dicitur quum milites iuncti incedunt clxpei capiti ſuperimpoſitis & connexis.Eam poeta ſequentibus uerbis deſcribit.Sic & Virgilius. Accelerāt acta pariter teſtudiue uolſci. Priores:precedentes. Armis clypeis ſequentium. Vmbo:clypei curuatura. Extenſus:eleuatus ſupra caput. Cadunt poſt terga.quia parata in diſtantes propinquos ferire non poterant. Receſſu:ſpacio. Flectere iactum:inclinare & mutare ut breuius iacerent. Modum:menſuram. Ad longinqua tela ad ictus telorum longius emittendos. Aut:coniunctio eſt & cum uerbo mutare iungenda. Mutare:temperare ne longe procederet. Euoluunt:euoluendo emittunt. Nudis:abſq; armis & tormentis.

¶OMNIBO. illinc tela:dicit ad quem effectum turres ædificatæ fuerint:tela enim miſſa a romanis ſunt in arcem maſſilienſium.ſed maiore impetu a maſſilienſibus tela ī romanos torquebantur.quia non e mœnibus tantū ſed etiam machinamentis ſaxa torquebant. Ferro:ideſt ferratis telis. Vis:impetus. Tenſo turbine:ideſt impetu ſumptum a uento impetuoſo:nam quibuſdam machinis tanto impetu tela mittebantur:ut cum corpora militum pertranſiſſent ſpacium aliquod procederent. Rapta:ideſt raptim acta. Baliſtæ:tenduntur rotis: & ualidi iuuenes rotas torquent:donec erectæ fuerint:ſuper imponuntur terræ rotæ:quæ ualidis manibus reuolutæ:deinde remittuntur. Haud contenta latus:quia quum unius militis latus tranſiuit non cadit.ſed duorum uel trium militum latera tranſit.& tamen etiam ſpacium aliquod ulterius progredit̄. Relicta morte fugit.i.relictis duobus uel tribus militibus mortuis. per arma.i.p armata corpora. Supeſt curſus.i.poſtquā uulnerauit hoſtes. progreditur adhuc telum. At ſaxum:tota quidem lancea magnam faciebat ſtragem in exercitu cæſaris: ſed ſaxa quæ mittebantur non minorem cladem faciebant: Excutitur:emittitur. Ictu uerberis:ſcilicet baliſtæ. Adiuta uetuſtas:quod ſaxum præ nimia uetuſtate abſciſſum uentus impulerat de uertice montis. Cuncta:ſcilicet obſtātia & occurrentia. Nec tātum:nec ſatis eſt ſaxum corpora oppreſſiſſe:niſi etiam oſſa ſimul cū ſanguine diſſipet



& diſcutiat: Vt tamen hoſtiles: dicit quod remedium adhibuerunt romani aduerſus turbinem tormentorum quæ mittebantur ab hoſtibus:dicit illos feciſſe teſtudinem:eſt autem teſtudo ſcutorum concauus innexio quæ capitibus ſuperimponuntur ad ſimilitudinem animalis: qua animal teſtudo rectum eſt:his tegebantur milites ut mœnibus innocui ſuccederent:deinde cum ſucceſſiſſent tela nocere non poterant:niſi eminus miſſa fuiſſent:ſuccedentibus igitur romanis ad mœnia maſſilienſes tela longius mittebant:& milites Cæſarianos pertingere non poterant. Tamen quanuis tanta ſtrages fieret in exercitu cæſariano. Virtus tecta.ſ.teſtudine. Armiſq; innexa: teſtudinis diffinitio. Arma:dicuntur ꝙ armatos tegant. Vmbo extenſus:declarat quod dixit arma innexa:armis:ne alia arma intelligamus quam ſcutum: Vmbo:eſt ſcuti umblicus.i.tumor. Quæ prius ex longo:quia niſi ſpacium interpoſitum fuerit inter tela quæ torquentur:ad quod tela perueniunt:nihil nocere poterunt. Nec graiis:quia occurrebat illud cur non flectebant tela maſſilienſes in ipſos ro.qui ſucceſſerant mœnibus: dicit non poterant quia tormenta tam grauia ſunt:ut ubi ſemel poſita ſunt non facile poſſint tolli:ordo eſt: haud facilis labor ē mutare modum tormenti parati ad bella longinqua: nec facilis labor eſt graiis.i.maſſilienſibus flectere iactum. Haud facilis labor:quia fundantur in mœnibus tormenta. Miſſa.ſ.in Ro. Parati tor.paratum quidem erat tormentum longius tela mittere:non autem propius uulnerare. Sed pon.ſed poſtquam maſſilienſes tormentis nō ualuerunt conuoluere tela mœnibus ſaxa euoluere cœperunt in ro. Solo pondere:quia adeo ponderoſa illa ſaxa erant:ut ſine impulſu tormentorum ingentem ſtragem facere poſſent.

Dum fuit armorꝝ ſeries:ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonāt.ſic omnia tela
Reſpuit:at poſtq̄ uirtus incenſa uirorꝝ
Perpetuā rupit defeſſo milite cratem.
Singula cōtinuis ceſſerunt ictibus arma.
Tunc adoperta leui ꝓcedit uinea terra
Sub cuius pluteis & tecta fronte latentes
Moliri nūc ima parant:euertere ferro
Mœnia:nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus.denſi compagem ſoluere muri
Tentat.& impoſitis unum ſubducere ſaxis:
Sed ſup & flāmis & magnæ fragmine moliſ
Et ſudibus crebris aduſti roboris ictu.
Percuſſæ cedūt crates.fruſtraq; labore.
Exhauſto feſſus repetit tentoria miles.
Summa fuit graiis ſtarent ut mœnia uoti.
Vltro acies inferre parant.armiſq; coruſcas
Nocturni texere faces.audaxq; iuuentus
Erupit.non haſta uiris non lethifer arcus
Telum flamma fuit.rapienſq; incēdia uētus

¶SVLPI. Dum fuit armorum ſeries:dum teſtudo ſtetit ſuo ordine: & non eſt a maſſilienſibus fracta nil detrimenti accipiebat a ſaxis:ut tecta nihil a grandine. Innocua:non nocente: quanquam Nonius frigide ut mihi uidetur ait: Innocens non nocens: Innocuos illæſus citatq; Virgilium ſedere carinæ omnes inocuæ. Virorum:maſſilienſium. Incenſa:inflammata. Cratem perpetuam:teſtudinem continuam: Fabius cum duo ſint genera orationis:altera perpetua quæ rhetoricæ dicitur:altera conciſa quæ dialeticæ. Milite romano:qui non tantum onus totque ictus poterat ſuſtinere. Singula arma:clypei ſingulorum. Tunc adoperta:facta teſtudine uineam admouere quæ quid ſit ſupra docuimus. Vinea:crates terra tectæ. Pluteis:tabulatis & ſolis. Tecta fronte:munita anteriori parte ne milites qui primum procedunt ledantur Latentes:romani. Moliri:demoliri:aphereſis eſt. Ima. mœnia:murum terræ uicinum. Aries:inſtrumentum quo muri feriuntur. Eſt autem librata trabs habens in cacumine ferrum ſimile capiti cornibuſq; arietis. Incuſſus:immiſſus. Compagem:iuncturam. Soluere:frangere. Subducere:ſubtrahere unum ſaxum e toto muro. Sed ſuper:maſſilienſes uero omni telorum genere repulere romanos. Fragmine molis:fruſto montis.hoc ē ſaxo. Sudibus:contis & perticis. Aduſti:quod durius eſt. Cedunt crates:frangitur uinea. Exhauſto:conſumpta. Tentoria:caſtra. Summa uoti:maximum uotorum: & uotorum cumulus. Vt ſtarent:ut non diruerentur. Vltro acies:crebro tamen per albicos eruptiones fiebāt: igneſq; aggeri & turribus inferebantur quæ facile noſtri repellebant milites:magniſq; ultro illatis detrimentis: eos qui eruptiones fecerant in oppidum reiiciebant. Inferre acies:immittere milites contra romanos. Texere faces armis:oppoſuerūt ſcuta igni ne uideretur ab hoſte. Lethifer:mortifer. Telum flamma fuit:pro telis faces gerebant. Incendia:ignem quem immittebant.

¶OMNIBO. Dum fuit armorum ſeries:nunc dicit dum ſcutorum connexio ſtetit:tela omnia innocua diſceſſerunt:non aliter quam grando tecta percutere ſolet. Armorum ſeries.i:teſtudo. Innocua grandine:i.nō nocenti:quia grando tecta percutit ſed percuſſis tectis nihil nocet. At poſtquam:ſed ubi ciues maſſilienſes grauitate ſaxorum & generum omnium telis teſtudinem ſoluerunt:tunc uulnerare cœperunt quia antea tecti fuerant. Defeſſo milite:quia ſub ſcutis tecti ſtantes milites defeſſi ſunt ut diutius ſuſtinere non poſſent cum tela grauius mitterentur. Perpetuam.i.continuam. Cratem appellauit teſtudinem. Singula:ſeparata & diſſoluta abiiciebantur: cum antea coniuncta reſiſterent. Tunc adoperta:diſcuſſa crate:ſucceſſit uinea:eſt autem uinea dicta a ſimilitudine uineæ: quæ ab agricolis ab una parte tenditur: & ſub ac uinea tecti milites ad mœnia proceſſerunt: & poſito ariete mœnia concutere tentant. Terra leui:non ualde craſſa. Procedit:ad mœnia. Pluteis:plutei dicuntur tabulæ quibus aliquid præſepitur:ſed proprie ſunt crates crudo corio tectæ ſub quibus latentes milites opus faciebant. Cuius: uineæ quæ tecta erat cratibus. Fronte: prima parte. Moliri: pro demoliri: ideſt deſtruere fundamenta muri. Nunc aries: aries tigillum grauiſſimi ponderis eſt: in cuius extremitate erat ferreum caput arietis:quod quibuſdā machinis retroactū:mox ingenti impetu in murū ita immittebatur ut omnia ſcinderet & per rūperet:& dictus eſt aries a ſimilitudine aīalis impetū faciētis. Suſpenſo:quia ſuſpenditur machinis & fu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

nibus. Incuſſus:a militibus. Soluere:pro diſſoluere. Imum ſubducere.i.ſaxo quod erat in fundo remoto poſtea ſternere cætera. Sed ſuper:ſed ipſis oppidanis qui tela grauiſſima mittebant omne tegmen ceſſit:& diſſoluta eſt uinea:ſicut & teſtudo:unde milites nudati tegmie in caſtra redire coacti ſunt. Super.i.deſuper. Flammis:quia flammas coniiciebant i uineam. Sudibus:præacutis palis & obuſtis. Vir. ſudibuſue præuſtis. Summa uoti fuit:quia antea optabant tantummodo pro uoto ut mœnibus ſe tutos continerent:nunc audent in hoſtem prorumpere. Nocturni.i.ipſi tempore noctis. Faces texere:nam faces ſub armis geſtabant quibus omnia opera romanorum incenderunt. Erumpit:uidelicet e mœnibus. Non haſta:non tela conſueta maſſilienſes geſtabāt ſed flammas. Incendia:quia igne in munitiones cæſaris iacto uentus ſpirare cœperat:cuius flāma incenſa ſunt fere oia:

Per romana tulit celeri munimina curſu:
Nec quanuis uiridi luctetur robore lentas,
Ignis agit uires: teda ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpacioſa uolumina fumi,
Nec ſolum ſaluas ſed ſaxa ingentia ſoluit
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.
Procubuit maiorq; iacens apparuit agger.
Spes uictis telluris abit: placuitq; profundo
Fortunam tentare mari: non robore picto,
Ornatas decuit fulgens tutela carinas
Sed rudiſ & qualis procōbit mōtibuſ arbor
Conſeritur ſtabiliſ naualibus area bellis
Et iam turrigeram bruti comitata carinam
Venerat influctus rhodāi cū gurgite: claſſis
Stœchados arua tenēſ.nec n̄ & graia iuuēt
Omne ſuum fatis uoluit committere robur
Grandeuoſq; ſenes miſtis armauit ephœbis
Accepit non ſola uiros quæ ſtabat in undis
Claſſis. & emeritas repetūt naualibus alnos
Vt matutinos ſpargēs ſup æquora phœbus
Fregit aquis radios. & liber nubibus æther
Vt poſito borea paceq; tenentibus auſtris

SVLPI. Per munimina:per aggerem. Nec agit letas uires:uehemens magnuſq; eſt. Luctetur:difficulter corripiat & urat. Tæda:a facibus maſſilienſium. Conſequitur:erigitur in fumum primo enim fluuius deinde ignis apparet. Spacioſa uolumina:magnas replicationes & inuolucra. Soluit ſyluas:comburit ligna aggeris. Cautes crudæ:dura ſaxa:quanquam proprie ſit ſcopuli pars. Fluxerunt puluere: in tenuem ſunt puluerem diſſolutæ.

Procubuit:cecidit. Spes uictis:aduertendum hic confundi a poeta hiſtoriam:nam primū deſcribit omnem terreſtrem pugnam: inde naualem & ſæpe certatum eſt terra:bis mari:primum quidem terra leuiter. Poſtea mari fuit ſuperior Brutus. Inde incenſus eſt agger:poſtea rurſus mari pugnatum. Inde agger refectus eſt ex lateribus artificio ſummo:& coacti ſunt ad deditionem maſſilienſes.

Victis:romanis qui poſſe terra amplius expugnare iam deſperauerant. Non robore picto:Romani rudas & indolatas carinas habebant: & omni pictura uacuas. Fulgens tutela:imago numinis. Solebant enim in nauibus deum alquem qui eas ſeruaret appingere: Pingebant & in dracones piſtrices & equos. Tutela:ſignum aliquod numinis quod tueretur nauim. Decuit:ornauit. Conſeritur:connectitur. Area:appoſitio.i.ſolum & ſpacium erat enim claſſis ipſa firmior quam agilior. Et iam:Iam brutus inquit per rhodanum ad maſſiliam cum claſſe peruenerat. Turrigeram:quia prætoria & magna. Claſſes: naues fabricatæ arelatæ. Cum gurgite rhodani:cū aqua & ſecundo flumine. Stœchados:tres inſulæ ſtœchades ut inquit ſtrabo incumbunt maſſiliēſibus digna ſatis amplitudine ſed duæ exiguæ, eas exercent maſſilienſes opere ruſtico. Stœchados unam indicat. Nec non:maſſilienſes domitii conſilio ut ſcribit cæſar:naues longas decem & ſeptem parauerant:ex quibus undecim tectæ erāt multaq; nauigia minora: ut ipſa multitudine noſtra claſſis terretur: magnum præterea numerum ſagittariorum claſſeq; ita inſtructa in romanam proceſſerunt. Cunq; utrinq; fortiſſime & accerrime pugnaretur magna cum eadem pars græcarum nauium depræſſa eſt: nonnullæ cum hominibus captæ: reliquæ in portum compulſæ ſunt. Quo accepto incommodo ueteribus nauibus refectis:adiectiſq; piſcatoriis & contectis non minori fiducia quam ante dimicuere:ſed iterum uicti ſunt. Robur:uolentiam. Ephœbis:puberibus qui primam adoleſcentiam ingrediuntur. Quæ ſtabat in undis:qua ante fuerant uſi. At emeritas:etiam ueteres reparauerūt. Emeritas quæ ſuum officium iam peregrant. Tranſlatio a ueteribus militibus & gladiatoribus ſumpta. Vt matutinos:tempus & mariis tranquillitatem qua naualem pugnam iniere deſcribit: adeo quidem apte ut potius geri quam dici res uideatur. Fregit aquis:Radii ſolares in aquam nitenti reflectuntur & frangi uidentur. Matutinos:primum apparētes Mater matuta aurora eſt. Liber nubibus:ſerenus fuit. Poſito:quieto. Virgilius. Quum uenti poſuere. Tenentibus pacem:non flantibus:

OMNIBO. Munimina:ideſt per romanam munitionem. Nec quis.& tanta uis tædarum fuit ut quāuiſ uiridis materia eſſet:tamen igne ſtatim correpta ſit. Ignis non tardus uires agit:qui non tarde comburit. Robore: ligno uiridi paulo ante cæſo. Conſequitur:id eſt adæquat. Nigri fumi:quia uiridis materia ideo fumus exhalabat. Fluxerunt:labefactæ ſunt. Putri:id eſt ſolubili. Procubuit:Agger uſtus cecidit & maior apparuit quam ante quū erectus erat. Spes uictis:poſtq̄ uicti ſunt milites Cæſariani oppugnatione terreſtri ſpē oēm depoſuerūt poſſe mœnia oppugnare. Spes telluris:id eſt ſpes pugnæ terreſtris. Placuitq; q̄do terreſtris nō proceſſerūt ſtatuerunt tentare pugnā naualem. Non robore picto:dicit non fuiſſe naues fabrefactas ſed pro tempore celeriter extructas. Tutela fulgens.quia non erat pictus in puppe deus in cuius tutela eſſet:ut piſtrix:Neptunus:Centaurus Nā ut teſtatur Virgilius naues denominabātur a tutela dei:qui in illis pictus erat. Rudis:nō elaborata. Cō



ſeritur:paginatur ad naues app. Area:quia non uidebatur nauis pondere ſuo moueri:ſed fixa planitiem oſtendebat:in qua milites tanquam in area ſtantes pugnarēt. Et iam turrigeram:Iam inquit prætoria nauis bruti præceſſerat:nam Brutus claſſis præfectus erat: Trebōius dux erat pedeſtris exercitus. Turrigeram.i.excelſam:ſignificauit illius prætoriam nauem. Fluctus.r.quia rhodanus fluuius galliæ iuxta maſſiliam urbem decurrit:& mari tyrreno miſcetur. Stœchades:ſtœcades inſulæ tres ſunt:digna quidem ſatis amplitudine:ſed duæ perexiguæ eas exercent maſſilienſes opere ruſtico. ſtrabo. inſulæ ſunt ſic dictæ ꝙ in ordinem ſunt poſitæ:nam στιχάοιαι per ordinem incedere ſignificat. Nec non:ſicuti ſumma ui claſſem temperauerant romani:itidem maſſilienſes effecerant:qui non ſolum iuuenes ſed ſenes & impubes armarunt. Accepit:nō ſolum claſſis:quæ in undis erat uiros accepit:ſed etiam quæſitæ ſunt naues uetuſtæ & prioribus bellis conquaſſatæ. Emeritas alnos:naues naues nimia uetuſtate dimiſſas. Tranſlatio a militibus ſenioribus qui emeriti dicuntur: cum debita ſtipendia peregerunt. Naualibus:deeſt de. Vt matutinos:hic poeta deſcribit quomodo naues utrinq; inſtructæ fuerint: & altera in alteram uehi cœpit:ex quo tunc clamor undiq; ſublatus eſt & magno impetu concurrere cœperunt. Fregit radios:quia radii percutientes undam franguntur. Liber:ideſt ſerenus. Poſito:ideſt quieſcente:ſic Vir. Quū uenti poſuere. Auſtris tenentibus pacem:quia neq; a ſeptentrione neq; a meridie uenti flabant.

Seruatum bello iacuit mare, mouit ab omni
Quiſq; ſua ſtatione ratē: paribuſq; lacertis
Cæſaris hic puppes: hinc graio rēige claſſis
Tollitur: impulſæ tonſis tremuere carinæ.
Crebraq; ſublimes cōuellūt uerbera puppeſ
Cornua romanæ claſſis: ualidæq; triremes
Quaſq; quater ſurgēs extructi rēigis ordo.
Cōmouet: & plures q̄ mergūt equore pinus
Multiplices cinxere rates: hoc robur aperto
Oppoſitū pelago. lunata claſſe recedunt
Ordine contentæ gemino creuiſſe lyburnæ.
Celſior at cunctis bruti prætoria puppis
Verberibus ſēis agitur: molēmq; profundo
In uehit. & ſummis longe petit æquora rēis.

SVLPI. Seruatum bello:compoſitum & tranquillum factum in huius prælii uſum. Quiſq;:tam romanus quā maſſilienſis. Statione: portu. Quanquam ſtatio locus omnis ē ubi ad tempus ſtatur. Brutus ut ſcribit cæſar obtinebat ſtationes in inſula. In eum ergo inſtructa claſſe uenerunt maſſilienſes:romani manus ferreas atq; harpagones parauerant magno numero pilorum tragularum reliquorumq; telorum ſe inſtruxerant: ita cognito hoſtium aduentu ſuas naues e portu educunt cum maſſilienſibus confligunt. Paribus lacertis:remigibus qui naues lacertorum uiribus mouent: Tollitur:aufertur. Impulſæ tonſis:actæ remis qui tonſæ dicuntur a decutiendis fluctibus ut tonſores a tondendis & decuriēdis capillis ut maurus ait. Crebra uerbera:ſpiſſi remorum ictus. Conuellunt:mouent ui educunt ex undis. Cornua romanæ:romanæ claſſis ordinem:quæ maſſilienſi eodem eunti ordine oppoſita erat deſcribit. Cornua:dextrum ſiniſtrumq; latus ordinis i lunæ formam flexi. Triremes:naues tres remorum ordines in ſingulis tranſtris habentes. Quaſq;:quadriremes. Quater ſurgens:nam cum quatuor ſint quater ad remigandum:ſe erigunt. Extructi:ordinati:

Et quæ:& quæ habent maiorem ordinem ut quinq;remes. Mergūt plures pinus:immittunt plures remos. Multipliciis:multas & diuerſas inter ſe ut biremes & uniremes & eſt appoſitio. ordo eſt: Validæq; triremes &c. cinxere cornua rates &c. Hoc robur:hæ ꝗ buſtæ naues inter ſe cornibus erant oppoſitæ in medio autem minores naues & lyburnæ continebantur. Aperto:libero:illis qui in cornibus erant. Lunata:curua & flexa. Lyburnæ:naues celeres a populis lyburnis ſic appellatæ. Gemino ordine:ſunt enim biremes. Creuiſſe:attollere ſe ſe. Prætoria:quia brutus præfectus claſſis prætorque erat: Verberibus ſenis agitur:ſeno ordine remorum impellitur. Mollem:graue pondus ſe ipſam. Et ſummis:remorum extremitate longe in mare protenditur.

OMNIBO. Seruatum bello: ut uideri poſſet ad id pacatum mare:ut inter ſe concurrerent claſſes: Ab omni ſtatione Romani a ſua: Maſſilienſes a ſua portus:ubi ſemper naues tutæ permanent. ſtatio uero locus eſt ubi naues ad tempus tempeſtate ſe recipiunt. Paribus.i.pariter motis. Tonſis:remis:tonſæ remi dicuntur a tondēdo mari.i.a decutiendis fluctibus. Virg. In lento luctantur marmore tonſæ. Tremuere:deſcribit motum nauis:quæ quaſi tremere uidetur cum impellitur a remis. Crebra uerbera:ſcilicet remorum. Conuellunt:e portu commouent. Cornua:nunc dicit quomodo claſſem ſuam romani inſtruxerint:nam ualidiſſimus arboribus militum romanorum firmata erant cornua aciei:ſiue terreſtris: ſiue maritima pugna eſſet: ſtruebant acies in modum cornu ad ſimilitudinem lunæ nondum plenæ. Cornua ro claſſis:ſcilicet in medio poſita. Triremes:quæ tres ordines remorū habēt. Quaſq; quater.i.quattriremes. Extructi remigis:in ordine poſiti. Et plures pinus:etiam quinq;remes. Cinxere:circūdedere. Aperto:patenti. Oppoſitū:ut exciperet impetum:hoſtilē:ſiquis alicūde impetus fieret. Lyburnæ: ſed in medio in modum cornu lyburnæ naues poſitæ erant. De quibus Horatius. Ibis lyburnis inter alta nauium. Lunata claſſe:quia in modum lunæ ſemiplenæ erant. Recedūt.ideſt medio aciei ſinum faciunt ſi enim claſſis recta ſtetiſſet: cornua non fuiſſent aciei:ſed cum dicat in utroq; cornu multas naues circundatas fuiſſe a triremibus:dicit in medio fuiſſe lyburnas. Lyburnæ aūt ſunt naues a lyburnis populis q adiacent adriatico mari. Vnū ergo ſequitur ex reliquo:qa retro cedūt:iō claſſem faciunt in lunæ modū. Gemino ordine:quia biremes erāt. Prætoria puppis:ſexiremis erat:nā tabernaculū in terra uel in puppe prætoriū dicebatur& magiſtratus ille poterat imponere nomina tabernaculo:unde imperatores qui reliquos dignitate antecedebāt p̄tores appellabātur quaſi præitores ꝙ præirēt. Agitur:impellitur. Verberibus ſenis.i.cū ſex ordinibus remorum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Summis remis.i.altis:quia ultimi remi & altiores ſunt & longiores:

¶SVLPI. Vt tantum:poſtq̃ adeo fuere uicinæ ut uno remorum impetu ſe poſſent attingere:clamor ſublatus eſt & colluſere ſe naues. Quod:ut ſiue quantum. Tonſis:palmulis. Vaſto:magno. Præmitur:non auditur. Verrunt cerula:trahunt maria cerulei coloris:hoc eſt remigant. In tranſtra cadunt:aptiſſima deſcriptio. Remiges enim in puppim uerſi dum in proram nauim impellunt terga in tranſtra reflectunt & in pectora remos eductos percutientia redeunt. Roſtra:frontes prorarum æratæ. Crepuerunt:ſonuerunt. Rediere in puppim:mutuo repulſæ puppim uerſus recedebant. Tela:lanceæ. Vacuum:liberum remis & nauibus. Extendunt:tam romanæ q̃ maſſilienſes. Diductis in diuerſa ductis & ita ordine dilato ut mutuo naues hoſtiles ſuſciperent medias: quæ breui gyro ad ſuos poſtea reuertebantur. Laxata claſſe:diſſoluto:laxioriq; ordine. Vt quotiẽs:ſimilitudo qua curſus nauium fluctibus quos contrarii uenti agitãt comparatur. Aeſtus:feruor maris: Zephyris:uentis occidentalibus. Fluctus:ſummæ undæ. Vbi:poſtq̃. Duxerunt uarios tractus: iuerunt diuerſo tramite & ſulco. Hæc quæ uenit. Illa:quæ diſceſſit. Sed grais habiles. Qua nauium dfferentia pugnarent etiam cæſar his uerbis oſtendit. Maſſilienſes & celeritate nauium ſciẽtia gubernatorum confiſi noſtros eludebant impetuſq; eorum excipiebant: & quoad licebat latiorẽ ſpacio producta longius acie circunuenire noſtras aut pluribus nauibus adoriri ſingulas aut remos tranſcurrẽtes detergere ſi poſſent contendebant. Noſtri tum etiam grauitate & tarditate nauium impediebatur: factæ enim ſubito ex humida materia non eundem uſum celeritatis habebant. Itaq; dum locus communis pugnandi daretur æquo animo ſingulas binis nauibus obiiciebant. atq; iniecta manu ferrea & retẽta utraq; naue diuerſi pugnabant atque in hoſtium naues deſcendebant. Habiles laceſſere:eam aptæ ad prouocandum & appetendum. Gyro:reuolutione. Cedere clauo: obtemperare themoni: ut Clauumq; ad littora torquet. Eſtq; proprie fuſtis themonis. Tarde flectenti:quo enim maiorẽ nauis eo tarditus flectitur & maiori gyro indiget. Tentare:ad tentandum. Ratis:claſſis. Certior:firmior erat. Cariam ſtabilem:firmum ſolum pugnaturis. Terræ:uidebantur enim tanq̃ in terra pugnare:

¶OMNIBO. Vt tantum:Nunc clamor inquit emiſſus eſt ingens utrinq; ut etiam ſuo clamore ſtrepitum remorum ac maris occuparent. Tantũ medii maris:ideſt

Vt tantum medii fuerat maris. utraq; claſſis
Quod ſemel excuſſis poſſet trãſcurrer tõſis
Innumeræ uaſto miſcentur in æthere uoces:
Remorũq; ſonus p̃mitur clamore. nec ullæ
Audiri potuere tubæ. tunc cerula uerrunt
Atq; in trãſtra cadũt. & remis pectora pulſãt
Vt primũ roſtris crepuerunt obuia roſtra
In puppim rediere rates. emiſſaq; tela
Aera texerunt. uacuumq; cadentia pontum.
Et iam diductis extendunt cornua proris.
Diuerſæq; rates laxata claſſe receptæ.
Vt quotiẽs æſtus euris zephyriſq; repugnat
Huc abeũt fluct⁹ illuc mare. ſic ubi puppes
Sulcato uarios duxerũt gurgite tractus.
Quod tulit illa ratis. rẽis hæc r̃ttulit æquor
Sed grais habiles pugnãq; laceſſere pinus
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Curſum. nec tarde flectenti cedere clauo.
At romana ratis ſtabilem præbere carinam
Certior. & terræ ſimilem bellantibus uſum:
Tunc in ſignifero reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait. pateris ne acies errare profundo

tantum ſpacium fuit maris in medio utriuſq; claſſis. Semel:uno impetu remorum: Præmitur:occultatur. Nec ullæ tubæ:non modo ſtrepitus remorum:ſed nec tubarum audiri poterat. Tunc cerula:tunc uero exorto clamore q̃ maximo potuerunt utrinq; naues impulerunt ut roſtra roſtris colliderentur. Cerula:ſcilicet maria:nam ceruleus color maris eſt:a græco dictum κέρατος latinæ cornu ſignificat:quod cornu colorem haber maris. Atq; in tranſtra cadunt: ſignificat tanto impetu concurriſſe: ut cum remos traherent ſimul pectora pulſarent & in tranſtra caderẽt. Vt primũ roſtris:poſtquam roſtra roſtris impulſa ſunt repercuſſa impetu ſuo regreſſa ſunt. Rediere:quia cum naues retroceſſerunt. Aera texerunt:tantus telorum numerus fuit:ut quaſi ſolem tegerent. Pontum uacuum:ſcilicet nauibus:ſed telis tectus erat. Iam diductis proris:ſcilicet utrinq;:ideſt in diuerſas partes doctis:id faciebant ne ipſi circũuenirentur ab hoſtibus:ſed ipſi hoſtes circunuenirent. Diuerſæq; rates:quia maſſilienſes a romanis & econuerſo recepti ſunt. Laxata claſſe:id eſt cornu facto. Vt quotiens:per ſimilitudinẽ oſtendit quomodo inter ſe naues commixe fuerint:quemadmodum inquit ſæpe euenit:q; diuerſis flantibus uẽtis fluctus maris impellitur aut repellitur a uentis inter ſe certantibus eodem modo impellebantur & reppellebantur aliæ naues ab aliis. Ordo eſt:ſic æquor repellitur. zephyrus ab occidente. eurus ab oriente ſpirat:ideo contrarii ſunt. Abeunt fluctus:undæ recedunt:impulſæ ab alio uento. Tractus:ſpatia. Sulcato gurgite:quia in ſulci modum nauis mare diuidit cum impellitur. Tulit:ſcilicet in claſſem Maſſilienſiũ. Hæc æquor repulit:quia æquor impulſum a maſſilienſibus repuli ad roma: Sed grais:diuerſæ erant naues hoſtium:quia maſſilienſes habebãt naues leues & agiles:ut quocunq; uellent impellerent eas. At uero romani naues habebant quæ rudes ædificatæ fuerãt. & paulo ante in ſiluis cæſæ: Pinus habiles:id eſt naues pineæ poſuit materiã pro forma. Laceſſere:id eſt aptæ ad laceſſendã pugnã hoſtiũ. Tentare fugã:quia cũ paraſſent ro. claſſem & quacũq; excurrere cœpiſſent:ubi ſe nõ poſſe reſiſtere maſſilienſes intelligerẽt ſtatim refugiebãt. Curſum:nauis ſi põderoſa fuerit:nõ facile flecti põt in gyrũ:ſed nauis agilis:ſi in medio curſu fuerit facile cõuertitur. Gyro.i.circũuolutione. Nec tarde:immo



cito:quia ſimul atq; preſſiſſet gubernator clauũ uel dextrorſum uel ſiniſtrorſum ſtatim ſentiebãt. Certior:firmior. Carinam ſtabilem:quia naues ro. graues erant:ideo ſtabiles. Bellantibus uſum:quia nõ aliter pugnabant: q̃ ſi in terra fuiſſent. Tunc in ſignifera maſſilienſium naues agiles ad pugnam eſſe dixit:& ideo naues ro. facile inuadebat: Brutus igitur in prætoria naui reſidentem magiſtrum alloquens & pateris inquit hoſtes artibus ſuis ut nos includant & mare in ſua poteſtate teneant:quid nõ opponis nauem noſtram hoſtium nauibus ut illas excipiant:& exceptas profundo mari immergant. Signifera:prætoria.

Artibus & certas pelagi: iã conſere bellum:
Phocaicis medias roſtris oppone carinas.
Paruit:obliquas & præbuit hoſtibus alnos.
Tunc quæcũq; ratis tentauit robora bruti
Ictu uicta ſuo p̃cuſſa & rapta cohæſit.
Aſt alias manicæq; ligãt tereteſq; cathenæ
Seq; tenent remis: tecto ſtetit æquore bellũ
Iam non excuſſis torquentur tela lacertis:
Nec lõgiqua cadunt iaculato uulnera ferro.
Miſcenturq; manus nauali plurima bello
Enſis agit: ſtat quiſq; ſuæ de robore puppis
Pronus in aduerſos ictus: multiq; perempti
In ratibus cecidere ſuis. cruor altus in undis
Spumat: & obducti cõcreto ſãguie fluctus.
Et quas immiſſi traxerunt uincula ferri
Has p̃hibẽt iungi cõſerta cadauera puppes:
Semianimes alii uaſtum ſubiere profundũ:
Hauſeruntq; ſuo permiſtũ ſanguine pontũ.
Hi luctantẽ animã lenta cũ morte trahenteſ.
Fractarum ſubita ratium periere ruina.
Irrita tela ſuas peragunt in gurgite cedes
Et quodcunq; cadit fruſtrato põdere ferrũ
Exceptum mediis inuenit uulnus in undis.
Phocaicis romana ratis uallata carinis
Robore diducto dextrum læuumq; tuetur

¶SVLPI. Artibus & certas pelagi:contendis arte nauigandi & nauium agilitate qua ſuperamur. Iam oppone: tranſuerſas naues roſtris maſſilienſiũ. Medias carinas: latera nauium. Obliquas alnos:tranſuerſas naues. Tẽtauit:percuſſit & oppugnare uoluit. Robora:fortem nauim. Ictu uicta ſuo:percuſſione ſua læſa. Cohæſit:firma ſtetit cum ea. Capt:harpagoniabus & manibus ferreis. Manicæ:unci ferrei ſed proprie ſunt manuum uincula ſicut pedicæ pedum. Vir. Et gruibus pedicas & retia figere ceruis. Teretes:logæ & rotundæ. Seq; tenent remis his mutuo & pectinatim cõnexus ſe continent uel contrario remorum impulſo. Stetit:non mouit ſe fecerũt enim ſtatariam pugnam. Tecto æquore:iam enim coniunctis nauibus mare inter ipſas non uidebatur. Iam nõ excuſſis: iam cominuſ pugnabant:& non iaculis ſed enſibus res agebatur. Torquent tela lacertis. emittuntur. Vulnera ferro nec cadunt lõginqua:tela uulnerantia: nec ueniunt e longinquo emiſſa: eſtq; methonymia. Iaculato:immiſſo. Agit plurima maiorem partẽ occidit. Bello:hoc ipſo. Aduerſos:hoſtiles & ſuos in hoſtem. Suis: propriis. Spumat:ſpumam facit. Obducti:tecti. Vir. Limoſoq; palus obducat paſcua iunco. Concreto:durato: ſanguis eni tam in frigida q̃ in calida dureſcit. Et quas: naues inquit quæ a romanis captæ harpagonibus trahebant coniungi nõ poterant cadaueribus iterpoſitis ipeditæ. Conſerta:denſa & interpoſita. Vincula ferri immiſſi:unci iacti. Subiere profundum:merſi ſunt. Hauſerũt: biberunt & ſuffocati ſunt. Hi:alii inquit ex uulneribus difficulter perituri ſubito cum nauibus merſi ſunt. Luctantem cum morte:reſiſtentem morti. Irrita tela:aliud mortis genus:qui enim integri in mare cadebant telis temere iacentibus & non iactis in eos conficiebantur. Irrita: in uanum emiſſa & quæ nullum in nauibus uulnerarent. Suas:ad quas faciendas immiſſa erant. Fruſtrato pondere:decepto ferro:uulnere non illato: Exceptum: infixum alicui:in quem incidit. Vuulnus corpus quod uulneraret. Phocaicis:quomodo una romanorum nauis duabus maſſilienſium reſiſteret narrat. Vallata:circundata. Robore diducto:fortibus militibus diuiſis in naui tranſuerſa.

¶OMNIBO. Artibus:quia nos artibus pelagi includunt. Conſere bellum.i.pugnam miſce. Opponere carinas:id eſt trãſuerſas naues oppone roſtris maſſilienſiũ. Tunc quæ:tunc ubi naues oppoſitæ ſunt e tranſuerſo naues maſſilienſiũ adempta ludendi occaſione roma. nauiũ robora percutientes nõ poterant uim roma. nauiũ ſuſtinere ſed in ſeipſas redeuntes harpagonibus capiebantur. Percuſſa:dũ percutiunt percutiuntur:nã ſi quippiã paruum percutit aliquid maius:ictu proprio leditur. Cohæſit:quia fugere nõ poterat At alias:deinde nauibus ſuis manus ferreas in naues hoſtium proiiciebant:quæ cathenis alligatæ & manicis retinebantur ut quaſi in terra continenti ſiſterent. Manicæ:uincula manuũ ſed intelligit harpagonas: Seq; te. re. cũ remis ne poſſent ſe in aliquã partẽ trahi. Stetit æquore:bellũ firmatũ eſt tanq̃ ſi in terra pugnaretur. Ia nõ:ideo quia cõſtiterant naues nõ hoſtes tela emittebãt a loge:ſed:cominus gladiis pugnabant. Excuſſis:uibratis. Stat:ſtabilis manet. Pronus:obliquus in inferendo ictus aduerſos. Obducti:circundati:quia maris uortices & fluctus uidebantur ſanguinei. Et quas:dicit tot iam cadauera cecidiſſe e pubibus q; nõ ſinebant naues coniungi:q̃uis cathenis retinerentur. Conferta ca. inter duas naues condenſata. Hauſerũt põ.i. biberunt maris undã ſuo ſanguine permixtã. Hi luctantẽ: alii dũ natarent:& reſiſtentẽ animã retinerent:ſubito ruina nauiũ in eos euerſa obruebantur. Trahentes:trahere animã eſt cũ labore reſpirare. Luctãtẽ:quia anima cũ morte certabat ne exiret. Irrita te. & tela quæ primo ictu uana erant:cadentia ipſo ictu uulnerabant:quia tot erant cadauera ſemimortua in mari natãtia ut uana cadere nõ poſſent. Exceptũ:a corpore natãtis. Inuenit uul. nã uulnus qd nõ iuenerat in nauibus inuenit in mari. Phocaicis ro. poſt generalẽ pugnã:ad ſpecialẽ Luca. deſcẽdit dicẽs quomodo ſinguli pugnabãt:& loquitur de rata quadã ro. quã circundederat maſſilienſes. Robore di. dicit ro. nauem circundatã fuiſſe a maſſilienſium nauibus illius mili

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tes bifariã diuiſi defendebant utrunq; latus:in medio erat tagus qui pugnabat:a tergo tela mittebantur & eodem tpe duobus telis pectus & tergum percuſſum eſt : in dubio autem erat in quam partem caderet ſanguis:tandẽ emiſſus ſanguis loca uulnera docuit. Robore diducto.i.diuiſis militibus: robur poſuit pro militibus fortibus.

¶SVLPI. Aequo marte:pari & forti pugna. Tagus:romanus miles Retentat:retinere conatur. Amplustre:ornamentum nauis : feſto auctore dictum q̄ amplius ſit quam quo nauis indigeat : ſunt tamen qui uelint græcum eſſe & ſubtrahant m primamque eius quidam corripiunt. Cicero : Nauibus abſumptis fluitantia quærere plauſtra. Tranſfigitur terga ſynedoche. Ferrum concurrit : obuia ſibi fiunt tela medio pectore Quo uulnere:antiquo an poſtico. Largus cruor expulit haſta: magna uis cruoris. Vtraſq;:ambas. Vtitur autem hyperbole manifeſtiſſima. Animam:uitam quæ eſt in ſanguine. In uulnera : nam utraq; cauſam mortis dederunt. Dirigit huc : Maſſilienſis Telonis mortem deſcribit quem a nauigandi aſtrorumque peritia laudat. Telonis:magiſtri nauis. Nullam manum audiuere : nulli manui melius obtemperauerunt. Turbante: uidelicet ſe:aut ipſas carinas. Notior: exploratior an ſerena an turbida ſit futura : id enim ſiue ex ſolis ſiue ex lunæ aſpectu callebat. Carbaſa uentis:uela. Componere: aptare undecunque flaturus eſſet uentus. Hic:Teloni. Compagem alni latiæ:nauim romanam. Roſtro: graiæ nauis. Auertitque ratem morientis dextra magiſtri:cum primum uulneratus fuit nauiſ auerſa eſt. Gyareus:maſſilienſis. Sociam:maſſilienſem. Excipit ferrum:uulneratur. Suſpenſa:nam cum ex naui ſua ſaltaret in alteram Telum quo tranſfoſſus eſt naui inhæſit & ipſe a telo pendebat. Stant gemini fratres:a ſorte gemellorum diuerſis modis mouet affectus:& alterius fortitudinem prædicat. Stant:parati ſunt & pugnant. Gemini fratres:gemelli:uterini. Gloria matris fœcũdæ quos eadem:cedit laudi mulieribus geminos parere. Viſcera:uteruſ. Variis fatis genuerunt:cum eadem eſſe deberent. Diſcreuit mors ſæua uiros:ſeparauit. Agnorunt miſeri:quia alterum nõ uidebant. Sublato errore:quippe erant adeo ſimiles ut ipſos minus diſcernerent. & alterum pro altero uocarent & ſalutarent. Ille:frater ſuperſtes. Tenet dolorem ſemper:ſeruat & cõtinuat luctum.

Eternis:indeficientibus : & eſt a fraterna pietate commendatio. Offert:refert repræſentat. Lugentibus: parentibus ſuis. Quorum alter: confundit hiſtoriam poeta maſſilienſibus aſſentatus : nam re uera miles is qui ſe adeo fortiter geſſit romanus & cæſaris decimæ legionis præfectus fuit Caiuſque Accillus eſt appellatus. Meminit eius Trãquillus in cæſare:meminit plutarchus meminit & Valerius maximus. Similis hiſtoria de Cynegyro græco tradita eſt. Pectine obliquo:nam remi qui obliqui in naui ſunt miſti pectinati erant. Iniectare manum:iniicere dextram. Ictus:romani militis. Hæſit:firmauit ſe in naui. Niſu : eodem conatu & geſtu.

Diriguit:rigida facta eſt & inhorruit naui non dimiſſa.

Aequo marte latus : cuius dũ pugnat ab alta
Puppe tagus, graiũq; audax ãpluſtre retẽtat
Terga ſimul pariter miſſis & pectora telis
Tranſfigit':medio cõcurrit pectore ferrũ:
Et ſtetit icertus flueret quo uulnerẽ ſãguis
Dõec utraſq; ſimul larg9 cruor expulit haſtã:
Diuiſitq; animã.ſparſitq; in uulnera lœtũ.
Dirigit huc puppi miſeri quoq; dextra telõis
Q ua nullam melius pelago turbãte carinæ
Audiuere manum;nec lux eſt notior ulli
Craſtina;ſeu phœbũ uideat ſeu cornua lunæ
Semper uenturis componere carbaſa uẽtis
Hic latiæ roſtro compagem ruperat alni
Pila ſed in medium uenere tremẽtia pectus,
Auertitq; ratem morientis dextra magiſtri.
Dũ cupit i ſociam gyare9 irrũpere puppim
Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum
Affixuſq; rati telo retinente pependit.
Stant gemini fratres fœcũdæ gloria matris
Q uos eadem uariis genuerũt uiſcera fatis
Diſcreuit mors ſæua uiros.unumq; relictũ,
Agnorunt miſeri ſublato errore parentes.
Aeternis cauſam lachrymis tenet ille dolorẽ
Semp. & amiſſũ fratrem lugentibus,offert
Q uorũ alter mixtis obliquo pectine remis
Auſus romanæ graia de puppe carinæ
Iniectare manum.ſed eam grauiſ inſup ictus
Amputat.illa tamen nixu quo prẽderat eſt
Diriguitq; tenens ſtrictis ĩmortua neruis.

¶OMNIBO. Aequo mar.quia quot erant in uno latere:tot in altero.Cuius:nauis romanæ. Tagus:romanus miles. Graium amplustre.i.gubernaculum græcæ nauis manibus cœpit. Incertus:an pectore an a tergo ſanguis erumperet. Diuiſitq; animam.ſ.in duas partes:quia ſanguis dicitur eſſe ſedes animæ. Dirigit huc puppem :ad hanc nauem ubi tagus uulneratus ceciderat telon peruenit: hic erat peritiſſimus nauigãdi ut nullus magis tempora tempeſtatis & ſerenitatis futuræ cognoſceret. Miſeri:iam uno uerbo habitum futuræ rei ſignificauit. Turbante:dum turbaretur:participium:pro participio.i.turbato. Nec lux eſt notior:nemo erat nauta:qui magis cognoſceret futuram ſerenitatem aut tempeſtatem. Seu phœbum.i.a ſignis ſolis cognoſcebat & lunæ

Lux chraſtina.i.qualitas temporis futuri. Componere carbaſa uentis.i.parare uela uentis:ſiue ſecundis ſiue aduerſis. Hic latiæ:is inquit telon roſtro nauem ro.infregerat & eam ictu diſſoluerat:ſed telum infixum ad pectus eſt:& cum fugere uellet moriens nauem in partem aliam uoluit. Latiæ alni.i.nauis ro.arborem pro materia poſuit. Pila : ſed cum iam uictor exultaret ecce telum immiſſum pectus illius tranſiliuit. Pila : tela proprie romana. Auertit ratem : quia accepto uulnere nauem auertit iam moriens telon. Dum cupit in ſociam : alter Gyareus in nauem telonis tranſire uoluit : ſed dum toto corpore rectus i illa naui ſtaret : ecce telũ immiſſum ilia eius tranſfixit. Gyareus: nomen maſſilienſis. Cupit:ut pote ſucceſſurus miniſterio gubernandæ



naſſis occiſo iam telone. Suſpenſa:quia toto corpore erectus erat. Pependit.ex rate. Stant gemini fra.nunc deſcribit pugnam duorum gemellorum:qui adeo inter ſe ſimiles erant:ut a parentibus non diſcernerentur:ſed alterum ro.miles occidit:alter relictus ſemper parentibus amiſſi fratris memoriam repræſentabat:ſed quomodo perierit non ſine ſtrage ro.patet:quia antequam periret romanam nauem ſubmerſit. Hic miror quomodo Lucanus: quanuis poeta ſit hiſtoriam peruertat:non enim græci nauem romanam immerſerunt:immo ut eſt apud: Valerium plutarchum:& ſuetonium:hic fuit miles cæſaris : dicit enim Valerius : nec Acilium præterire poſſumus : qui cum miles decimæ legionis eſſet & pro cæſaris partibus pugnare:amiſſa dextra:quam in puppem maſſilienſium iniecerat:leua puppim appræhendi::nec prius dimicare deſtitit q̃ captam nauem profundo mari immergeret.miles ergo Cæſaris fuit : ſed excuſari poteſt Lucanus quia poeta : & quia ſtudioſus partium pompeii hanc gloriam maſſilienſibus rradidit. Variis fatis.i.fortunis:quia alterum morte amiſit. Diſcreuit mors ſæua uiros:quia ante adeo ſimillimi erant:ut diſcerni non poſſent. Sublato errore:quia uno tantummodo ſuperſtite iam errare nõ poteraot in diſcernendis fratribus. Aeternis cauſam la.ſed ſuperſtes ille:æternum dolorem ſeruauit parentibus. Quorum alter.i.unus:nunc dicit quomodo occiſus fuerit alter. Obliquo pectore:expræſſit nauigantis geſtum.

Ictus:Ro.militis. Hæſit:naui ro. Diriguit:uidelicet contractis neruis.

Creuit in aduerſis uirtus:plus nobilis iræ
Truncus habet fortiq; inſtaurat prælia leua:
Rapturuſq; ſuã procũbit in æquora dextrã.
Hæc quoq; cũ toto mãus eſt abſciſa lacerto
Iam clypeo teliſq; carens.non conditus ima
Puppe.ſed expoſit9 fraternaq; pectorẽ nudo
Arma tegens crebra confixus cuſpide pſtat.
Telaq; multorum letho caſura ſuorum
Emerita iam morté tenet:tũ uulnere multo
Effugientem animam laſſos collegit i artus:
Membraq; cõtendit toto quicũq; manebat
Sanguine: & hoſtilẽ defectis robore mẽbriſ
Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.
Strage uirũ cumulata ratis:multoq; cruore
Plena p obliquũ crebros latus accipit ictus.
At poſtq̃ ruptis pelagus cõpagibus hauſit
Ad ſũmos repleta foros:deſcendit in undas
Vicinum inuolens contorto uertice pontũ:
Aequora deſcendunt merſa diducta carina
Inq; locũ puppis cecidit mare;multaq; põto
Præbuit ille dies uarii miracula fati.

¶SVLPI. Creuit in aduerſis uirtus:magnanimi proprium eſt rebus aduerſis non perterreri ſed in illis inſurgere

Plus iræ:Iram peripatethici cotẽ eſſe fortitudinis dicunt: nec ullam uim illam habere:niſi ira excandeat : ut quarto lib.tuſcu.quæſtionum Cice.ait. Inſtaurat:renouat:nec dicimus reſtauro quia ſtauro non dicitur:& inſtar nõ reſtat latinum eſt. Leua:auget ueritatem poeta. Cõſtat enim non ita ſe geſſiſſe Acilium:ſuetonius ſic habet. Acilius nauali ad maſſiliam prælio iniecta in puppem hoſtiũ dextra & abſciſſa memorabile illud apud græcoſ Cynegiri exemplum imitatus tranſiliuit in nauim umbone obuios agens. Procumbit:inclinat ſe. Lacerto brachio. Clypeo:quem læua gerebat. Tellis:maſſilibus quæ dextra.

Non conditus:non latens. Expoſitus:ictibus romanorum periculiſq; obiectus. Fraterna arma:erat enim ante clypeum fratris inermi pectore. Cuſpite.telis. Perſtat: perſeuerat in pugna. Morte iam emerita:nam euadere non poterat:& mortis munus plenum iam erat. Tenet: excipit. Caſura letho:caſura in mortem: Tum uulnere: iamiam moriturus collectis totis uiribus in hoſtilem nauim inſiluit. Vulnere:per quod ſanguis egrediebatur.

Laſſos:debiles. Sanguine:uiribus. Contendit:dirigit extendit immittit. Membris defectis robore:corpore uiribus exhauſto. Inſiliit:coniecit ſe. Nociturus:ut inclinaret atq; obrueret. Cumulata ſtrage uirum:plena cadaueribus. Ictus a romanis illatos. Hauſit pelagus:admiſit aquam. Foros:tabulata & ſpacia. Deſcendit in undas ſubmerſa eſt. Vortice contortto:uoraci aquæ cõuerſione: Eſt & uortex uentorum qui Typhon dicitur ut eſt apud plinium. Diducta:diuiſa & ſeparata. Mare:aqua.

¶OMNIBO. Creuit in aduerſis uirtus:amputata dextra:leua comprænhenderat nauem:qua amputata ſe ſuper iniecit q̃ maxima ui potuit in nauem romanam : nec prius dimicare deſtruit q̃ nauem profundo immergeret : ut antedictum maſſilienſis fuit:ſed Acilius decimæ legionis præfectus pro cæſaris parte pugnãs. De hoc ita inquit plutarchus. Acilius ex cæſaris commilitonibus nauali prælio apud maſſiliam hoſtilem ingreſſus puppim abſciſa ei dextra gladio:umbonem ſiniſtra retinuit:eo uſq; uultibus hoſtes obterens : ut proſtratis omnibus nauem uictor occupauerit. Creuit uirtus:qui maiore iracundia contra hoſtes percitus eſt amiſſa manu:eſt eni ira quaſi cos fortitudinis:nam ſicut cote ferrum acuitur:ita uirtus ira acuitur:unde academici diſputantes multas omnibus cõmotiones datas:iracundiam ipſam quaſi cotem fortitudinis eſſe dixerunt. Truncus.i.amiſſa manu truncum dixit militem. Dextram:quæ pendebat de naue hoſtili. Lacerto:demiſſus ẽ gladius a romão qui lacertum ãputauit. Iam clypeo & q̃q̃ utraq; manu priuatus eſſet:ille nihil ominus iſtabat ut puppem pderet hoſtilem. Clypeo. ideſt amiſſa ſiniſtra qua clypeus tenetur. Telis.ideſt amiſſa dextra. Non con.non:propterea a pugua defecit.

Expoſitus:extra poſitus:ut ſe obiiceret telis hoſtium. Arma:ſcutum fratris. Confixus cuſp.quanuis telis hoſtium tranſfixus eſſet.tamen perſtabat in propoſito ut non inultus caderet. Emerita morte tenet : perfecta : quia corpore excipiebant tela.quæ mittebantur in alios:adeo a morte ſuos:corpore ſuo defendebat. Emerita tranſlatio a militibus:qui emeriti dicuntur:cum debita ſtipẽdia perfecerunt. Tũ uulnere multo:poſtq̃ iam toto corpore cæſus ſtare non poterat diutius:collegit uires ſanguine ſuo : & ſe ſaltu deiectis in nauem romanam : quæ cum grauata eſſet cadauere:& ſanguine repleta in latus pendere cœpit & ſubmerſa eſt ſed peruertit hiſtoriam. Effugientem:expirantẽ. Laſſos.ſ.ſanguine effuſo: Cõtẽdit.intẽdit. Defectis:exhauſtis ſanguine. Solo põdere: quia



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

manibus nocere non poterat. Strage uirum: nunc dicit quomodo merſit nauem. Accipit ictus. ſ. fluctuum maris quia qua parte inſiluerat hic maſſilienſis ea parte latus nauis inclinabat. & fluctu maris pulſabatur. Hauſit: accepit. Ruptis. ſ. nimio pondere. Ad ſummos foros: ad ſumma tabulata nauium. Deſcendit in undas: modum nauis pereuntis & mergentis expoſuit: quia ſubmerſa naui pontum inuoluit in uorticis modum. Merſa: dum mergitur carina. Dicta: in duas partes ſeparata quia diuiduntur maria cum aliquid mergitur. In eq locum: ſed nauis obruta mare occupauit locum ſuum. Varii fati: quia deſcripſit uaria genera mortis.

Ferrea dū puppi rapidos mānus inſerit ūcos
Affixit lycidam merſus foret ille ꝓfundo
Sed ꝓhibent ſocii: ſuſpēſaq; crura retentāt
Scinditur auulſus: nec ſicut uulnere ſanguiſ
Emicuit lentus. ruptis cadit undiq; uenis
Diſcurſuſq; animæ diuerſe in mēbra meātis
Interceptus aquis. nullius uita perempti
Eſt tanta dimiſſa uia. pars ultima trūci
Tradidit in lethum uacuos uitalibus artus
At tūidusq pulmo iacet. qua uiſcera feruent
Hæſerūt ibi fata diu. luctataq; multum.
Hac cum parte uiri uix oia membra tulerūt:
Dū nimiū pugnax unius turba carinæ
Incūbit prono lateri. uacuamq; relinquit
Qua caret hoſte ratē. ꝯgeſto pōdeī puppis
Verſa. caua texit pelagus nautamq; carina
Brachia nec licuit uaſto iactare ꝓfundo.
Sed clauſo periere mari. tunc unica diri
Conſpecta eſt lethi facies. cum forte natantē
Diuerſæ roſtris iuuenem fixere carinæ.
Diſceſſit mediū tam uaſtos pectus ad ictus
Nec prohibere ualēt obtritis oſſibus artus
Quo minus æra ſonēt. eliſo uentre per ora
Eiectat ſaniem permiſtus uiſcere ſanguis:
Poſtq̄ inhibēt rēis puppes. ac roſtra rcedūt

SVLPI. Ferrea dum: Cum romani manu ferrea a lycidam pro naui corripuiſſent ſociis eum per crura retinentibus diuiſus eſt. poſtremaque parte ſtatim mortua ſuperior in qua uitalia continebantur diutius uixit. Manus: inſtrumentum cum pluribus uncis. Inſerit: immittit. Puppi: maſſilienſi. Rapidos: ueloces & rapaces. Auulſus: abreptus & a ſuis & a ferrea manu. Scinditur: hos uerſus lucanus ipſe percuſſis uenis profluente ſanguine ubi frigere pedes manuſq; & paulatim ab extremis cedere ſpiritū ſenſit feruido adhuc & compote mentis pectore dicitur cecinisse. Emicuit: profiluit. Lentus: tardus & uelut ab uno uulnere. Diſcurſus: qui fiebat ex diuerſa cruoris effuſione. Animæ: ſanguinis in quo uita eſt. In membra: inferiora. Interceptus: confuſus miſtus. Tanta: tam larga: erat enim totū corpus uulneratum. Vltima pars: puta fuiſſe ab extremis lateribus ad talos: Tradidit in lethum: dedit extinguendos. Vacuos uitalibus: in quibus uitalia membra nō erant: Ea ſunt epar pulmo cor præcordia cerebrum. Tumidus: eſt enim ſpirandi officina: iccirco ſpongioſus ac fiſtulis inanibus cauus. Viſcera: exta ipſa uitalia. Fata: mors. Hæſerunt: diu laborauerunt.
Luctata: conata. Vix tulerunt: difficulter abſtulerunt tradidereq; morti. Dum nimium: militum imprudentiam qui nauim inuerterunt enarrat. Incumbit: tota enim in unum latus ſe uertit. Verſa: inuerſa. Cōgeſto: in unū latus collecto. Texit pelagus: quoniam nauis ſupra mare in faciem cadens milites merſit. Iactare brachia: nare.
Tunc unica: docilitas eſt. Vnius enim quia a roſtris cōcurrentibus eſt interceptus fatum ſingulare commemoratu. Facies lethi: apparentia & qualitas mortis. Fixere penetrauere. Diſceſſit: diuiſum eſt tam uaſto impetu.
Quo mi. æra ſo. ut ipſa roſtra ærata ſe non collidant: licet eſſent illo torpore impedita. Eliſo: compræſſo & contuſo. Saniem: ſanies ut celſus ait eſt, tenuior ſanguine uaria craſſa glutinoſa & colorata. Permi. u. contuſus cum carne.
Inhi. prohibent nautæ & retrahunt.

OMNIBO. Ferrea dum puppi: nunc etiam deſcribit quæ de nouo ſuperuenere: & quo alii genere mortis perierūt & unius caſum deſcribit: qui quum in undas maris præceps caſurus eſſet: cruribus retentus eſt a ſuis: ſed cum ab altera parte diſtrahitur: medius crepuit & ſanguis una ſimul omnis effuſus eſt. Ferrea: nam manicis ferreis aduerſas naues quaſi irretitas tenent: ne e manibus euadant: cum igitur manum ferream inieciſſent: ut nauem compræhenderent: compræhenderunt lycidam quendam: & manus cum retraheretur: hunc in undas traxiſſent: niſi ſocii eum cruribus retinuiſſent: dicit ergo dum illæ trahunt: & illi retinent medius diſruptus. Ordo eſt. Manus ferrea quæ iniecta erat non ut raperet lycidam ſed compræhenderet nauem. Dum inſerit: dū iacitur ut puppem compræhendat. Nec ſic: nec ſanguis inquit effuſus eſt ſicut e uulnere a quo ſenſim egreditur: ſed uno eodemq; tempore. Nullius uita: nullius unquā inquit mortuus eſt: qui tam lato meatu uitam aperiret. Tanta: tam lata. Pars ultima: pars interior ab umblico, mortua erat: ſed ſuperior ubi uitalia erant: ut pulmo & cor: diu cum morte luctata eſt. Trunci: pro truncata. Vacuos artus: ideſt membra carentia uitalibus. Pulmo tumidus: quia aerem reciprocum recipit & remittit: ſed cum aerem recipit inflatur. Feruent. i. palpitant circa præcordia. Hæſerūt: morata ſunt. Fata. i. mors. Vix membra tulerunt: quia ægre omnia membra extincta ſunt: ubi uitalia erant. Dum nimium aliud genus mortis ſcibitur: non unius quidem: ſed uniuerſorū qui in naue conſtiterāt dum inquit una naue acrius pugnatur & omnes ad eam partem tantummodo ſe receperunt ubi pugna erat: fecerunt ut cū intenti ad pugnā in uno latere nauis conſiſterent: uſq; adeo nauē ab illo latere oppræſſerunt ut eā euerterent & ipſum cū naue obruerentur. Puppis uerſa nā qui in naue erant latere ſiniſtro relicto in dextrū uenerūt: ubi aduerſus hoſtes pugnabāt. Nimiū pugnax. i. uſq; in ꝑnicié ſuā. Lateri. ſ. unde pugnabāt aduerſus hoſtes. Caua: cōcaua: & caſus ablatiui: & in modum uaſis euerſa eſt. Brachia: quia tecti erant: ideo non potuerunt explicare ſe e naui: ut nantes euaderent. Clauſo ma. i. non patenti. Tunc u. deinde ſecutus eſt caſus nouæ mortis unius iuuenis: qui dū medio



natatet pelago: forte duæ naues aduerſæ concurrunt & roſtis corpus illius tranſfixerunt. Vnicā ſingularis. Diſceſſit: ideſt diuiſum eſt in medium. Ictus uaſtos: ideſt immenſos concurrentium nauium. Nec artus: corpus nihil impedimento fuit quo minus roſta inter ſe colliderentur: & ſonarent. Aera. i. roſtra ærata. Poſtq̄ Inhibent remis puppes: ideſt poſtq̄ ἀνοκῶχην fecerunt. i. cum remiges in puppem contrahunt nauem: dicit ꝙ naues illæ colliſæ roſtris ſe in puppem receperunt: & cadauer medium in undas deiecerunt: & ſubmerſum eſt.

Deiectū in pelagus perfoſſo pectore corp⁹
Vulneribus trāſmiſit aquas. ps maxia turbæ
Naufraga iactatis morti obluctata lacertis
Puppis ad auxilium ſociæ concurrit. at illi
Robora cum uetitis prenſarent altius ulnis
Nutaretq; ratis populo peritura recepto
Impia turba ſuper medios ferit enſe lacertoſ
Brachia linqentes graia pendentia puppe
A manibus cecidere ſuis. non amplius ūdæ
Suſtiuere graues in ſummo gurgite trūcos
Iamq; omnis fuſis nudato milite telis
Inuenit arma furor. remū contorſit in hoſtē
Alter. athi tortum ualidis ampluſtre lacertis
Auulſaſq; rotat expulſo remige ſedes.
In pugnam fregere rates. ſiæentia peſſum
Corpora cæſa tenēt, ſpoliātq; cadauera fero
Multi inopes teli iaculum lethale reuulſum
Vulneribus traxere ſuis. & uulnera leua
Oppreſſere manu, ualidos dū præbeat ictus
Sanguis. & hoſtilem cū torſerit exeat haſtā:
Nulla tamē plures hoc edidit æquora cladeſ
Quam pelago diueſa lues, nā pīguib⁹ ignis
Affixus tædis, & tecto ſulphure uiuax
Spargitur. at faciles præbere alimēta carinæ
Nūc pice nūc liquida rapuere incēdia cæra,
Nec flāmas ſuperant ūdæ ſparſiſq; p æquor
Iam ratib⁹ fragmēta ferus ſibi uēdicat ignis

SVLPI. Vulneribus trāſmiſit aquas: latitudinem uulneris īdicat cum per ipſum aqua diſcurreret. Pars maxima: quorundam maſſilienſium ad ſuorum naues natantium mors ſæua deſcribitur. Naufraga: cuius nauis ſuerat fracta & ipſa expoſita erat mergendi periculo. Obluctata: repugnans. Iactatis lacertis: nando. Concurrit: ſimul natat. Altius prænſarent robora ulnis: compræhēderent ſummam nauim brachiis. Vetitis ab his qui in naui erant. Peritura: erat enim tantus numerus ut ſi ſuſceptus fuiſſet nauis proculdubio mergeretur. Nutaret: īclinaret ſe & periclitaretur. Impia. quia ſocios lædebat.
Super: deſuper. Brachia linquentes: illi amputatis brachiis & ī naui relictis ſubmerſi ſunt cum nare nō poſſent:
A manibus: quibus inhærebāt. Graues: amiſſus enim brachiis corpus nando liberare nō poterant. Iamq; omnis: deficientibus inquit telis remos temones & trāſtra in hoſtem iactabant. Omnis furor: cuiuſq; ira. Inuenit arma: ſic Virgilius. Rimati telum ira facit. Nudato: inermi.
Ampluſtre tortum: ornamentum uel temonem immiſſum ut abutatur uerbi proprietate. Rotant: rotando immittunt. Sede: tranſtra. In pugnam: ut pugnarent. Sidentia peſſum: manentia ſub pedibus deorſum & infra. ſic & ī quito: Obruit illā dies qua cælſa cacumina peſſum Tellus uicta dedit: hinc fit peſſundo: hoc eſt ſub pedibus do. Inopes telis: quibus tela deerāt. Lethale: quod lethiferum uulnus intulerat. Oppræſſere: obduxere ne ſanguis egrederetur. Sanguis: qui uires fouet. Exeat: egrediatur: poſt emiſſam haſtam qua fuerat uulneratus. Lues: uis mortiſ & uelut peſtis. Quā diuerſa pelago: quam ignis qui eſt aquæ contrarius. Tædis: facibus ſulphure piceq; ſparſis & plenis. Viuax: ardens & urens. Faciles præbere: quæ facile incē debantur & alebant ignem. Rapuere incendia: correpta ſunt igne. Nunc pice nunc cera: ſiue quod ipſas ſpargerent: ſiue quod nauium iuncturæ ſtuppa pice & cera refarctæ ſunt. Nec ſuperant flammas. nec reſtringunt incendia. Sparſis ratibus: diſſipatis nauibus. Vendicat fragmenta ferus: corripit & ſibi attribuit fruſta.

OMNIBO. Deiectum: ideſt cadens quod ante ſuſtentatum fuerat a roſtris. Vulneribus tranſmiſit aquas: quia uulnus adeo latum erat ut aqua per medium tranſiret. Pars maxima: alium mortis caſum deſcribit multorum. Iuuenes multi e naui deiecti fuerant: qui natantes ſpem ſalutis habebant: ſi in ſuis recepti eſſent: quoniam & ipſi maſſilienſes erant. Itaq; ad naues maſſilienſium natantes tendebant: cum iam in eo eſſent: ut manibus nauem appræhenderent: illi ne nauem euerterent. manus ſimul cum lacertis obtruncarunt: & corpora ipſa merſa ſunt. Naufraga quæ naui fracta enatabat Turba. ſ. maſſilienſium. Obluctata: cum diu contendiſſet cum morte.
Puppis ad auxilium: uidelicet ut a ſocia naue recepti ſeruarentur. Robora. ſ. nauis. Altius: i. manus erigentes ut nauem compræhenderent. Vlnis uetitis: quia utebantur ne compræhenderent nauem. Peritura: quia ſine dubio ſi recepiſſent eos peritura erat. Impia: contra ſocios: quia maluerunt ſuæ ſaluti conſulere quam aliorum. Brachia linquentes: abſciſſis brachiis. Furor arma inuenit: nam ut inquit Maro: rimanti tellum ira facit & nobilis tragicus ἐπ᾽ ἐχθροῦσ δυλιοσ οπ λίξει χερά. In hoſte armat ira manum. Ampluſtre: gubernaculum nauis. Auulſaſq;: quid dixi remos & Ampluſtra torquære: cum tranſtra nauium alius in alium coniiceret. Sedes: tranſtra nauium & ſedilia: Excuſſo: eiecto. Fregere: quia frangebant rates: ut fragmine earum uterentur pro telis in hoſtem. Sidentia peſſum: ideſt ſub pedibus ſtantia: unde peſſundo ideſt ſub pedibus do. Spoliantq; cadauera: cæſos telis ſpoliabant: & e corporibus eorum tela extracta mittebant in hoſtem. Et uulnera: quomodo ſi lethale uulnus attulerat: poterant in hoſtem telum mittere quia ammoto telo ne ſanguis exiret leuam appoſuerunt & ſanguinem retinebant ut uulnerato ſaltem hoſte: non inulti deinde expirarent. Oppræſſere: ideſt occluſerunt. Validos dum: ut interim ſanguinem retinerent: quo poſſent uires ſuppetere ad uulnerandum hoſtem. Hoſtilem: quam hoſtis contra ſe torſerat. Nulla tamē plures: ꝗuis diuerſa genera lethi ſuperi



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

us tractarentur:tamen nulla fuit mortis plurium cauſa:quam ea quæ contraria eſt pelago:uidelicet ignis: Lues ſtrages diuerſa pelago.i.ignis. Nam pinguibus:quia faces habebant pice illitas: quas incenſas mittebant in aduerſas naues unde uis tanta ignis erat: ut non ſolum ſiccas naues corriperet:ſed etiam fragmina nauium quæ aquam inbiberant: Viuax.ſ.ignis abdito in ipſis facibus ſulphure. Faciles:ad comburendum quia aride. Præbere:ſcilicet igni. Pice:quia pice & cera naues inſperſerunt:ut facile incenderentur. Nec:flammas nec undæ inquit extinguere poterant flammam. Fragmenta uendicat:ideſt atthrait:nam ignis nauium fragmina quæ natabant corripiebat & correpta conſumebat.

Hic recipit fluct⁹ extiguat ut æquoꝛ flāmas
Hi ne mergantur tabulis ardentibus hærēt.
Mille modos inter lethi mors una timori eſt
Q ua cepeꝛ mori;nec ceſſat naufraga uirt⁹.
Tela legunt deiecta mari:ratib⁹q; miniſtrāt
Incertaſq; manus ictu languente per undas
Exercent;nunc rara datur ſi copia ferri
Vtuntur pelago;ſæuus complectitar hoſtē
Hoſtis:̣ & iplicitis gaudet ſubſideꝛ mēbris:
Mergenteſq; mori.pugna fuit unus in illa
Eximius phoceus.animam ſeruare ſub undis
Scrutari q; fretum ſiquid merſiſſet arenis;
Et nimis affixos unci conuellere morſus.
Adductū quotiēs nō ſenſerat anchora funē
Hic ubi compreſū penitus deduxerat hoſtē
Victor & incolumis ſūmas remeabāt i ūdas
Sed ſe per uacos credit dum ſurgere fluct⁹
Puppib⁹ occurrit tādēq; ſub æquore māſit.
Hi ſuper hoſtiles iecerunt brachia remos
Et ratium tēuere fugam.non perdere lethū
Maxima cura fuit.multus ſua uulnera puppi
Affixit moriens & roſtris abſtulit ictus

❡SVLPI. Hic recipit: Diuerſa diuerſorum ſtudia memorat. Hic:aliquis. Inter mille modos lethi:inter innumera mortis genera illam uitabant qua lædi morique cœperant. Virtus naufraga nec ceſſat: illi qui fractis nauibus nabant ſe exercebant in legendis ſubminiſtrandiſq; telis pugnantibus & in feriendo ut poterant hoſte. Ratibus:militibus:methonymia. Incertas:non ferientes deſignatum locum: ea enim dicitur certa manus: & certum telum quod locum deſignatum ferit. Incertas ergo quia nantes ualidum ictum incutere non ualebant. Languente:debili. Si datur rara copia:ſi telum aut enſem non habeant. Vtuntur pelago:mergunt hoſtem in mari: Subſidere:ſubmergere ſe. Implicitis:connexis. Mergenteſq; mori:dum merguntur mergere alios. Pugna fuit:egregii & callidi urinatoris mortem poeta deſcribit. Is autem dicitur urinator qui nat ſub aqua quod qui faciunt urinare dicuntur ab urna uaſe. Eximius:præſtans. Animam:anhelitum:Plautus:Olet anima uxori tuæ. Scrutari:inquirere. Conuellere:ad reuelendum anchoram ſi funere figi non poſſet. Adductum:tractum: Hic ubi:raptum in ima hoſtem ubi ſuffocauerat emergebat. Penitus:ualde ſubtus. Per uacuos fluctus: per mare a nauibus non occupatum. Puppibus occurrit:incidit ſub naues. Iecerunt brachia:compræenderunt retinuerunt. Non perdere lethum: non mori fruſtra & inulte & non læſo aduerſario. Multus: multi morientes inquit ſuſpenderunt ſe a puppi ut roſtrorum ictus ne nauis lederetur exciperent.

❡OMNIBO. Hic recipit fluctus:alii hauriebāt aquam ut extingueretur ignis qui in naue erat. Mors una unuſquiſq; timebat mortem: qua afficiebatur: nam alius igne: & alius ferro:alius aqua peribat: & omnes ſimul conabantur mutare genuſ mortis. Nec ceſſat:illi etiam qui natabant: non propterea pugnare deſtiterunt: ut ſi non pugnarent:ſaltem tela ſuſciperent collecta ex fluctibus. Virtus naufraga:ideſt natantium: Legunt:pro eligunt tela ut ea ſubminiſtrent ſuis. Incertas:errantes in iaculando:quia natantes cum ſiniſtrorſum uellent hoſtem ferire:aqua eos impellebat dextrorſum. Ictu languente:quia manus nutabat ut ictum non poſſet ualidum inferre. · Nunc rara datur:qui non poterant ferro hoſtem occidere: ipſi inter ſe obruere certabant: ut ſub undis necarentur. Vtuntur pelago:ut inter ſe alius alium demergat. Et implicitis:declarat quomodo ſe complectuntur:qui dum mergunt alios:ipſi etiam mori non recuſabant:& dum hoſtes necarent ipſi necabantur: Subſidere: obrui aquis. Pugna fuit: ſed præcipuum quendam deſcribit qui peritiſſimus erat natandi & retinendi ſpiritum ſub aqua is cum hoſtem ſub aqua obrutum tenuiſſet: deinde emergebat ut alium hoſtem necaret: ſed ſemel capite percuſſit nauis fundum:& ipſe etiam tandem ſubmerſus eſt. Eximius:præclarus. Phoceus:nomen proprium eſt:non autem patrium. Arenis:ita ſcrutabatur arenas:ut quod ſubmeſum erat inueniret ſub undis tanquam in continenti terra. Affixus unci:ſi forte anchora adeo profundo eſſet infixa:ut ab arenis trahi non poſſet:ipſe merſus in undis e fundo trahebat. Morſus unci:ideſt anchore. Virgilius:Vnco non alligat anchora morſu. Adductum quotiens:cum funus traheretur cui anchora eſt appenſa:& anchora tractum non ſentiret. Hic ubi:hic adeo natandi peritus erat ut retinere ſpiritum facile ſub aqua poſſet. Penitus:infimo maris loco. Victor:necato hoſte. Occurrit:ſcilicet capite. Surgere ſe:ideſt ſurſum erigere ſe:a ſurſum & rego cūponitur. Per uacuos fluctus: immo erant nauibus tecti. Puppibus:fundo nauis. Hi ſuper:nunc dicit de his qui necati fuerunt:ut manibus admotis remos caperent:interiiſſeq; nonnullos dicit:qui ubi naues concurrere uidiſſent: ſe medios interpoſuiſſe corpore ſuo:ut nauem ſuorum ab hoſtili impetu defenderent. Non perdere lethum:ideſt non fruſtra mori:niſi prius nocuiſſent hoſtibus. Moriens affixit:pro multi morientes affixerunt. Virg. Plurimus uolitans pro plurimi uolitantes. Abſtulit ictus.ſ.ſe in medium interponens.



❡SVLPI. Stantem:Lygdami maſſilienſis & tyrrheni ro.pugna narratur. Tortor ha.:agitator fundæ ex qua torta & rotata emittuntur ſaxa. Balearis: baleares inſulæ ſunt in mari hiſpano quarum incolæ egregiæ funda utuntur dictæ ſiue a βαλλω quod eſt iacio ſiue a Baleo herculis comite. Glande:pila plumbea. Tempora:latera capitis. Vincula:neruos quibus continentur. Prorumpunt: egrediuntur.ui enim incluſi ſanguinis præſſi excluſi ſunt oculi. Lumine:ui uidendi. Conſtare uigorem:ſe ualere uiribus. Componite:collocate & ſtatuite ad iacenda tela. Tormenta:baliſtas & catapultas. Eggere:ſe ſe adhortatur. Hoc cadauer:corpus meum. Habet uſum:faciet officium magni militis. Manu cœca.ipſe cœcus. Non irrita:nam hoſtem uulnerabant. Argus maſſilienſis excipit: hæc uulneratus eſt his. Argus: maſſilienſis. Qua uenter non medius:inter umbilicum & latus dextrum ſiue ſiniſtrum. ſunt enim ilia arterie iter ueſicam & aluum ad pubem tendētes ut ait plinius. Adiuuitq; Cecidit enim & ferrum altius eſt ingreſſum. Stabat:tota hæc oratio diuerſis modis mouet affectus. Carinæ:eiuſdem. Non ille:fuerat enim fortiſſimus maſſilienſium. Victum æuo robur cecidit:fortitudo annis debilitata proſtrata eſt. Exemplum non miles: nam quanuis non pugnaret ipſo aſpectu alios excitabat. Funere:morte filii. Sæpe cadens:dum ad filium properaret. Spirantes:palpitantes & adhuc uiuentes. Non lachrymæ:ex uehementiſſimo dolore lachrymæ interdum potius comprimuntur quam effundantur. Tundit:percutit. Riguit:induruit. Dſtentis:externis & paſſis. Nox ſubit:ſuperuenit obſcuritas præ dolore enim exanimatus eſt.

Stantem ſublimi tirrhenum culmine proræ
Ligdamus excuſſæ balearis tortor habenæ
Glāde petēs.ſolido fregit caua tpa plumbo
Sedibus expulſi poſtq̄ cruor omnia rupit
Vincula prorūpunt oculi.ſtat lumine rapto
Attonitus.mortiſq; illas putat eſſe tenebras.
At poſtq̄ ſenſit membris conſtare uigorem
Vos ait o ſocii ſicut tormenta ſoletis
Me quoq; mittēdis rectum componite telis
Eggere qd' ſupereſt animæ tyrrhene p oēs
Bellorū caſus.ingentem militis uſum
Hoc hēt ex magna defunctū parte cadauer.
Viuētis feriere loco.ſic fatus in hoſtē
Cœca tela manu.ſed nō tamen irrita mittit.
Excipit hæc iuuenis generoſi ſanguis argus
Q ua iam nō medius deſcendit in ilia uēter
Adiuuitq; ſuo procūbens pondere ferrum.
Stabat iam uictæ diuerſa parte carinæ;
Infelix argi genitor.non ille iuuentæ
Tempore phocaicis ulli ceſſurus in armis
Victum æuo robur cecidit. feſſuſq; ſenecta
Exemplum non miles erat qui funere uiſo
Sæpe cadēs longe ſenior p tranſtra carinæ
Peruenit ad puppī.ſpirantes inuenit artus
Nō lachrymæ cecideꝛ genis.n̄ pectora tūdit
Diſtētis tēto riguit ſed corpe palmis. /bræ
Nox ſubit atq;.oculos uaſtæ obduxeꝛ tene/

❡OMNIBO. Stantem ſublimi.more ſuo poſt genus deſcendit ad ſpeciem: deſcribit nonnullos qui hoſtilibus ratibus nocere ſtudentes etiam nocuerunt. Hic ictum intulit:mirādum:nam lygdamus quidam erat peritus fundæ glande enim quencunq; locum uoluiſſet facile percutiebat: hic ſpeculatus tyrrhenum quendam pugnantem egregie in ſumma prora:fundanter & quater rotans dimiſit in tempora tyrrheni glandem: ille fractis temporibus oculos amiſit:& tenebras oculorum credidit mortis:eſſe: ſed paulo poſt intellexit uirium aliquid ſibi reſiduum eſſe tunc iuſſit ſuis:ut ſe in fronte nauis ponerent:futurum loco tormenti bellici:& datis telis pugnaturum. Culmine proræ:ideſt in celſitudine nauis. Lygdamus:maſſilienſis erat. Tyrrhenus:romanus. Excuſſa glande:quia funde habenam ligatam habent & ter ac quater circa caput rotautur. Baleares:inſulæ ſunt in oceano poſitæ ubi maximus funde uſus fuit: dicuntur baleares a βάλλω ideſt iaculor & torqueo. Has propius inſulas ad nauigans Metellus cognomento balearicus: pelles nauium tectis prætendit: ut aduerſus fundarum iactus tegmina eſſent: in his enim optimi funditores ſunt a pnerilibus hoc pacto ad fundas exercebāntur annis ut alioquin ne panis quidem pueris exhiberetur niſi funda quicquam prius attingerent:& ut ſcribit ſtrabo homines ad implorandam populi romani opem confugere coacti ſunt cum arbores & domicilia ex ſubterraneis cuniculis euerterentur. Vincula:ideſt neruos:quibus oculi fixi ſunt. Procurrunt: exeunt oculi ex uulneribus. Stat eiectis oculis obſtupefactus erat:neſciens quid id eſſet.credebat autem illas tenebras mortis eſſe. At poſtquam:ſed poſtq̄ in ſe rediit:& rediiſſe uires ſenſit aliud cogitauit. Tormenta:quem admodum baliſta & machina.quibus tela torquentur in fronte nauium ponuntur ita & me ponite & fingite animis ueſtris me eſſe baliſtam:ſicq; tela in ponite manibus meis: Conſtare:conſiſtere. Rectum:ex oppoſito ad mittenda tela. Eggere:emitte:hortatur ſeipſum. Viuentis feriere loco.q.d.quum nihil reliqum uitæ ſit:ſi ferieris:uiuentem alium ſeruabis. Caſus proſperos uel aduerſos. Hoc:demonſtratiue. Cœca manu:pro ipſe cæcus: quod eſt perſonæ rei attribuit:hyppallage eſt. Irrita:quia multos ex hoſtibus uulnerauit. Excipit h.nam uulnerauit nobilem maſſilienſem nomine argum. Deſcendit ilia uen.i.cum ad imas coſtas deſcendit. Adiuuitq;:quia cecidit ex ſuo caſu inuit telum:nam cadens altius telum fixit. Stabat diuerſa:nunc caſum deſcribit miſerabilem: nam pater in altera parte nauis ſtans ut uidit in telum procubuiſſe filium accurrit quoquo modo poterat ſenior: & dum properaret ſæpius lapſus eſt antequam ad illum perueniſſet: tandem peruenit:cunq; ſuperincubuiſſet filio:tanto dolore confectus eſt ut tenebræ oculis oborte ſint:& iam filium non cognoſceret:filiuſ qui nondum mortuus erat attolens oculos patrem ipſum inuitabat ad amplexum ſuum & oculos claudendos: pater nullo modo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

patiens filio ſuperſtes eſſe:cupiebat ante filium mori : dicitq; ignoſce patri tuo qui non uult occupari amplexibus tuis ſed confoſſo pectore mori properat ut tua fata præueniat:hæc dicens ſe telo percuſſit. Victæ carinæ:quia fere uicti erant:qui in illa naui conſtiterant. Diuerſa:remota:ab ea parte ubi filius ceciderat. Iuuentæ:qui cum iuuenis eſſet nulli maſſilienſium uirtute cedebat armorum. Victum æuo:ſed nũc ſenectute languidior factus erat & imbecilior. Exemplum:quia occurrebat illud:ſi imbellis erat & ſenior.quid igitur militabat:dicit ut exemplo ſui concitaret iuuenes. Carinæ:pater erat in prora:filius uulneratus fuit in puppe. Sæpe cadens:unum ex teli quo ſequitur.quia ſenior ipſe ſæpe cadebat ad filium properans. Spirantes:uiuẽtes. Non lachrimæ cecidere:ſcilicet præ nimio dolore:qui latentes lachrymas occludit. Riguit:obſtupefactus eſt. Diſtentis palmis:ideſt extenſis manibus. Nox ſubit:quia tenebræ ſunt oculis obortæ. Obduxere:circunuenere oculos.

❡SVLPI. Argum:filium. Labens caput:inſtabile inclinatum. Leuat:attolit. Vox fauces:loqui non potuit. Solutas fauces:apertum os. Inuitat:geſtu hortatur. Claudenda ad lumina. Maiorum mos fuit ut propinquiores morientibus oculos clauderent ut parentes liberis liberiq; parentibus. Ouidius : Dii præcor hoc iubeant ut euntibus ordine fatis. Ille meos oculos comprimat ille tuos. Caruit torpore:fuit ſine ſtupore:& in mentem uiresq; rediit. Cruentus:crudelis in ſe. Non perdam tempora:non differam mortem. A ſæuis deis:præ animi perturbatione deos incuſat qui ei quod filio ſupereſſet uidebantur iniuſti. Iugulum:lethalem ſub gutture locum. Nondum:par eſſe uidetur ut qui prior in uitam egreditur exeat prior:tu cum ſis me iunior ante me non morieris: Eſſe ſu.ſuperuiuere mihi.ſuperſtes hi dicuntur qui in uita remanent. Polluerat capulum:maculauerat enſis manubrium quo ſe percuſſerat. Tendit ſub æquora:in mare ſe mergit. Feſtinantem animam morti non credidit uni : metuens ne ipſe non antequam filius e uita decederet:ſe prius ſauciatum in aquam præcipitauit. Credidit:commiſit : Inclinant iam fata:iam maſſilienſium res aduerſo marte præcipitabatur romano uictore. Anceps: dubius:ſed erat certa uictoria. Vexere uictores ſuos:in uexere romanis qui eas cæſis hoſtibus occupauerant. Naualia:maſſilienſium. Quis in urbe:per commiſerationem concludit poeta luctum ſuperatæ ciuitatis admirãs Fletus:qui lachrymis fit. Plantus:percuſſio pectoris faciei & brachiorum. Coniunx:commiſeratio ab errore. Cadauer:quod fluctus in littus expulerat. Accenſis:pathos a pietate & certamine. Trunco: abſq; capite quod fuiſſet certus iudex. Brutus:Brutus inquit primus fuit qui uictoriis cæſaris terreſtribus maritimam gloriam addidit.

❡OMNIBO: Cognoſcere.ſ.argum tenebris impedientibus oculos ſenſim enim amittebat lumen oculorum. Languentia:torpentia:quia moriebantur. Vox fauces nulla ſolutas proſequitur : intelligitur bis negatiua.i.fauces non ſolutas proſequitur nulla uox quia ſolui non

Et miſerum cernẽs agnoſcere deſinit argum
Ille caput labens: & iam languentia colla
Viſo patre leuat: uox fauces nulla ſolutas
Proſequitur: tacito tãtũ petit oſcula uultu
Inuitatq; patris claudẽda ad lumina dextrã.
Vt torpore ſenex caruit: uireſq; cruẽtus
Cœpit habere dolor: nõ perdam tẽpora dixit
A ſæuis permiſſa deis iugulumq; ſenilem
Cõfodiam: ueniam miſero cõcede parenti
Arge.q; amplexus extrema qđ oſcula ſugi
Nõdum deſtituit calidus tua uulnera ſãguis
Sẽiãimiſq; iaces & adhuc potes eſſe ſupſtes
Sic fatus q̃uis capulum per uiſcera miſſi
Polluerãt gladii : tamẽ alta ſub æquora tẽdit
Præceps & lethum gaudẽs præcedere nati
Feſtinantem animam morti nõ credidit uni.
Inclinãt iam fata ducũ: nec iã ãplius anceps
Belli caſus erat: graiæ pars maxima claſſis
Mergitur aſt aliæ mutato remige puppes
Victores uexere ſuos: naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga. quis in urbe parẽtũ
Fletus erat. quantus matrũ p littora plantus.
Coniunx ſæpe ſui cõfuſis uultibus unda
Credidit ora uiri romanũ amplexa cadauer.
Accẽſiſq; rogis miſceri de corpore trũco
Certauere patres. at brutus in æquorẽ uictor
Primus cæſareis pelagi decus addidit armis

poterant in uocem. Tacito uultu:quia uidebatur inuitare patrem ut ſe oſcularetur & oculos clauderet. Inuitatq; dextram patris:quia præhendebat dexteram patris ut clauderet oculos quem morem etiam nunc ſeruamus:ut qui propinquiores ſunt morienti oculos claudant:locus hic eſt plenus commiſeratione. Vt torpore:poſtquam ſenex tandem ad ſe rediit. Torpore:languore:qui toto corpore perfuſus erat. Cruentus:ſæuus dolor. Sæuiſ deis:ſæuos deos appellat.qui ſe uoluerunt filio ſupereſſe:quia æquius erat ut ſenex moreretur ante filium. Veniam concede:ignoſce inquit parenti tuo qui nolit occupari in te amplectando:hoc ideo facit quia tu uiuis & potes eſſe ſuperſtes:properat ergo ut tua fata præueniat. Quanuis capulum:quanuis inquit uulnus lethale ſibi intulerit: tamen ut cito moreretur ſe præcipitem deiecit in undas. Capulus manubrium enſis a capiendo dictus. Præcedere:præuenire mortem filii. Feſtinantem animam:pro animam ipſius feſtinantis mori. Non uni morti:duabus enim cædibus ſe occidit:una cum ſe uulnerauit:altera cum ſe in undas præcipitauit. Inclinant iam:tandem fatebantur maſſilienſes ſe uictos eſſe:nam multis amiſſis nauibus & cæteris concuſſis non poterant reſiſtere. Fata: ducum:ſcilicet maſſilienſium:quorum princeps fuerat.L.Domitius. Claſſis mergitur:quia tum flectibus obrupta erat:tum roſtris hoſtium. Aſt aliæ:ſed naues maſſilienſium quæ non ſunt obrutæ. Victores:quia romani conſcenderant eas naues:quæ iam mutatis remigibus in portum ſubducebantur. Mutato re.occiſis maſſilienſibus. Victores ſuos.ſ.romanos Naualia paucæ:ſed paucæ naues maſſilienſium fuere:quæ in ſua ſe naualia recẽperint. Naualia loca ſunt ubi naues ſeruantur græcæ Quis in urbe:deſcribitur paſſim fletus & comploratus ſuorum:qui maximus erat in urbe maſſiliæ. Quis : pro qualis : non interrogantis:ſed admirantis. Virgi. Qui talia fando. Matrum : quæ filios ſuos expectantes implacabiliter lachrymabantur. Coniunx ſæ.ui.coniunx Ro.militis cadauer amplexa eſt:credens eſſe maritum ſuum:cum confuſus eſſet cæde uultus Vndaq;:propter undam. Confuſis:turgidis & infectis. Miſeri patres certauere:ita inter ſe contendebant quia trunci agnoſci non poterant auulſo capite. Accenſis rogis: ut cadauera filiorum ſuperimponerent. At brutus:brutus fuit primus qui e ducibus ornamentum addidit ad laudem armis Cæ. In æquore:quia nauali pugna uictor fuit Trebonius uero terreſtri pugna uictoriam amiſerat.



Io. Sulpitii argumemtum in quartum uolumen.

Aſtra ducis caſtris ad cælſã q̃rt⁹ ilerdã
Cõfert i tumulo q pene ẽ obrut⁹ hibri
Enatat hic cæſar ſicoris diducit & ũdaſ
Petreiq; fugam ſequitur uicinia pacem
Incipit at ſubita petreius cede repellit
Qui mox eſuriens ueniam uitamq; precat
Pugnat in adriaca poſt hæc antonius unda
Vulneriuſq; cadit libyæ te curio mactat

Marcii annei Lucani pharſaliæ Liber Quartus.

T pcul extrẽis terrarũ cæſar in oris
Martẽ ſæu⁹ agit ñ mlta cæde nocẽtẽ
Maxia ſ; fati ducib⁹ momẽta daturũ
Iure pari rector caſtris afranius illis
Ac petreius erat concordia duxit in æquas
Imperium commune uices tutelaq; ualli
Peruigil alterno paret cuſtodia ſigno.

Io. Sulpitii Verulani in Quartum Lucani Librum interpretatio.

T procul : interea dum maſſilia oppugnaretur Cæ.ad ilerdam ſe coniunxerat fabio: quem a maſſilia cum tribus legionibus præmiſerat in hiſpaniam duabus ſubſequentibus ut celeriter pyreneos ſaltus occuparet : qui ab afranio pom.legato eo tempore tenebantur. Deiecto itaq; ex ſaltu præſidio Fabius magnis itineribus ad exercitum contendit Afranii:qui citeriorem hiſpaniam cum tribus legionibus obtinebat. Nam Varro eius collega ulteriorem cum duabus legionibus titabatur. Afranius petreo quoq; collega ad ſe accito cum duabus legionibus communi conſilio ſtatuerat ob loci oportunitatem bellum gerere ad ilerdam. Sæuus : magnus crudelis. In extremis horis : in hiſpania quæ eſt ultima mundi pars. Martem. bellum methonymia. Non multa cæde : pauci enim peribant. Momenta:impulſiones & adiumenta Cæ.in primo belli ciuilis magnum attulit noſtris ad ſalutem momentum : & ideo momenta dixit : quia in hoc bello quanquam non fuerit ſumma uictoriæ: tamen id multum Cæ. profuit nocuitq; pom. Ducibus Cæ. & pom. Iure pari : æquali poteſtate præerant exercitui petreius & Afranius legati pom. Duxit impium : produxit gubernationem ipſorum in partes dierum uiciſſitudines ut alternis præeſſet. Tutela peruigil:defenſio uigilans & eſt appoſitio. Cuſtodia:cuſtodes ipſi. Alterno ſigno:nunc enim petreiani: nunc afraniani uallum cuſtodiebant.

T procul: hic quartus liber continet quomodo Cæ. hiſpanias ſubegerit : uicto petreio & Afranio: qui cum exercitu & conſulari imperio pro parte pom.eas tenebant deinde quomodo piſo & Curio duces Cæ. in aphrica Cæ. fuerint in principo autem deſcribit quomodo petreius & Afranius communi conſilio bellum contra Cæ.apud ilerdam ciuitatem hiſpaniæ gerere conſtituerunt : quod his locus ſibi oportunior eſſe uideretur & Cæ eodem duxit exercitum: cum ſub noctem ueniſſet equitibus ante aciem locatis & maniplis condenſis in unum ut hoſpes proſpicere non poſſent caſtra foſſa muniuit: cum id prius factum uiderint hoſtes quam præuiderint. At procul:maſſilia.nunc terra.nunc mari pugnabatur tandem uiribus Ro. ipſi ceſſerunt:at uero in hiſpania bellum grauius Cæ.gerebat: quod & ſi incruenta uictoria ſucceſſerit.tamen magnum momentum ſequentibus rebus reliquit:nam facile apparebat eos magnum uictoriæ partem adeptos eẽ qui hiſpanias obtinerent. In extremis horis:in occidente in quo hiſpania eſt: unde heſperia dicta eſt. Sæuus:ideſt magnus & fortis. Virgi. Sæua iouis coniunx. Idem. Sæuus ubi æacidæ telo iacet hector:quanuis Lucanus ex animo ſuo uideatur poſuiſſe pro crudeli. Non multa cæde:quia ibi pauci admodum occiſi ſunt. Maxima ſed fati . tamen bellum hoc daturum eſt maximum momentum ducibus. Fati : fortunæ. Momenta ducibus : uter enim dux hiſpanias obtinuiſſet:ille magnam partem uictoriæ obtinuiſſe uidebatur. Iure pari:nunc deſcribit,nam duces in hiſpania fuerint. Nam equitibus auxiliiſq; laſitudine petreius celeritate cantabriſq; & barbaris omnibus illius regionis Afranius imperabat. Sed petreius coactis omnibus per uectones ad Afranium peruenit:conſtitueruntq; communi cõſilio bellum apud ilerdam urbem capta loci oportunitate contra Cæ.gerere. Rector:petreius:quia ut dixi ex luſitania petreius per uectones populos coactis omnibus ſuis ad afranium peruenit: Comune im. ſcilicet petreii & afranii. In æquas uices.ideſt pares uiciſſitudines:quia alternis diebus imperabant. Cuſtodia ap.tutela.tutela Alterno ſi.nunc claſſico petreii: nunc afranii : quia alternis diebus imperabant exercitui. Cuſtodia peruigil:quæ in ſtatione pro caſtris poſita erat obſeruandum uallum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

His præter latias acies erat impiger aſtur
Vectoneſq; leues profugiq; a gente uetuſta
Gallorum celtæ miſcentes nomen iberis
Colle tumet modico leniq; excreuit in altum
Pingue ſolū tumulo ſup hūc fūdata uetuſta
Surgit ilerda manu paludis prælabiť undis
Heſperios inter ſicoris non ultimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu
Ibernas paſſurus aquas at proxima rupes
Signa tenet magni nec cæſar colle minore
Caſtra leuat: medius dirimit tētoria gurges
Explicat hinc tellus campos effuſa patentes
Vix oculo prendēte modū: cāpoſq; cohercet
Cinga rapax: uetitus fluctus & littora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo: nam gurgite miſto
Qui præſtat terris aufert tibi nomen iberus
Prima dies belli ceſſauit marte cruento
Spectandaſq; ducū uires numeroſaq; ſigna
Expoſuit piguit ſceleriſ pudor arma furentū
Continuit patriæ & ruptis legibus unum

SVLPI. His præter: ultra copias italas etiā hiſpanas habebant. Aſtur: aſtures.xii. populi ſunt in citeriori hiſpania ab aſturica urbe magnifica dicti. Vectones: in citeriori ſunt hiſpania iuxta uaceos. Leues: agiles. Profugiq;: ideſt celtiberi periphraſis eſt. Celtæ enim qui in iberiā migrarunt celtiberi ſunt appellati. Celtæ autē noſtra lingua galli dicunť ut inquit Cæſar. Gallia enim omnibus in belgas aquitanos & celtas diuiſa eſt. Colle tumet: ſitus ilerdæ & caſtrorū deſcribiť. Pingue ſolū: fertilis terra. Tumet: inſurgit. Excreuit: erecta eſt. Leui tumulo: nō arduo & accliui colle. Ilerda: oppidū uetus in citeriori hiſpania ſurdaonū gens.xx.milibus paſſuū ab ibero fluuio diſtat. Prælabiť: ante & iuxta labiť. Placidis: mitibus. Sicoris: nō ultimus fluuius mediocris: magnus tamē littore. Heſperios: hiſpanos. Amplectiť: compræhēdit ab una in alternā ripā. Paſſurus aquas: a quibus percutiť præſertim hyeme. Proxima rupes: uicinus mons. Signa magni: pompeianorū caſtra. Nec Cæſar: fabiana caſtra longius ab ilerda diſtabant: eo poſtera die Cæſar cum nongentis equitibus uenit: omnibus copiis triplici inſtructa acie ad ilerdā proficiſciť: & ſub caſtris afranii conſiſtit: & ibi facit æquo loco pugnandi poteſtatē. Afranius copiis adductis in medio colle pugna abſtinens ſub caſtris conſtitit. quo animaduerſo Cæſar ab infimis radicibus montis intermiſſis circiter paſſibus quadringentis caſtra facere conſtituit: ualloq; muniri uetuit quod eminere & procul uideri neceſſe erat: ſed a fronte pedū .xv. foſſā fieri iubet: prima & ſecunda acie in armis conſtituta poſt quas opus in occulto acies tertia faciebat. Sed opus omne eſt perfectū quā afranius id intelligeret. Leuat: attolit eleuat. Minore: quā is in quo erat afranius. Medius dirimit tentoria gurges ſicoris medius eſt inter utraq; caſtra. Tentoria ſunt militū tabernacula linea dicta a tendendo. Ea cū primū bello ueientano Romanis militibus concederenť fuere pellicea. Hinc: a flumine. Explicat: dilatat. Effuſa: ſparſa: Modum: manſurā. Cohercet: terminat ſtringit. Cinga: fluctus uelox circū campos actus: dictus a cingendo. Vetitus: nā nō peruenit ad mare nomine ſuo cū ab ibero ſuſcipiať. Iberus fluctus qui oriť in cantabris & in mare effluit balearicū. Præſtat: terris egregius eſt in hiſpaniā. Prima dies: prima inquit die qua caſtra collata ſunt tantūmodo parauerunt acies & ſe ſe oſtentarunt. Sceleris: belli ciuilis: Furentū: impiorū.

OMNIBO. His præter: nunc dicit celtiberiæ: cantabris: barbariſq; qui uſq; ad oceanum pertinent afranium imperaſſe. Latias acies: præter Romanos milites. Aſtur: hiſpaniæ populus ab aſtrue fluuio nomen accepit. Vectoneſq;: populi hiſpaniæ iuxta uacceos. Leues: leuis armaturæ: haſtis tantummodo & ſcutis armati. Celtæ gallorum: qui populi ſunt galliæ: & forte hi errantes in hiſpaniam uenere: & in locis iberiæ conſederunt: & mixto uacabulo celtiberi appellati ſunt. A gente uetuſta: unde originem habuerunt. His: ſcilicet petreio & afranio & Romanis qui ſecum erant. Colle tumet modico: nunc deſcribit ubi caſtra poſuerit uterq; exercitus: nam haud procul ab ilerda oppido conſederant: ſed planitiem deſcribit ilerdæ: quam dicit in medio quodam tumulo poſitam fuiſſe. Pingue ſolum: ſignificat terram fœcundam atq; feracem frugum. Colle modico: non ualde ſublimi. Leui tumulo: quia ſenſim creſcit: & in altum ſurgit. Manu. ſcilicet armorum. Super hunc: ſcilicet tumulum: Placidis aquis: ante urbem ilerdam prælabitur ſicoris fluctus qui ignobile nomen tenet inter hiſpanos fluctus. Saxeus ingenti: dicit hunc amnem ponte lapideo uinctum: & addit rationem quia fluctus hic hybernis aquis nimium creſcit & omnes alios pontes facile merſerat. Arcu: quo totum fluctus uinxit. Paſſurus: ſuſtentaturus aquas etiam ſi nimium inflaretur. Signa: in quibus petreius & afranius erant nomine pompeii. Tentoria. ideſt caſtra Cæſaris & pompeii diuidebat ſicoris. Explicat hunc tellus dicit planitiem quandam longe lateq; porrectam fuiſſe: ut ad extremum illius uiſus hominum uix peruenire poſſit. Hinc ab hoc ſicori: Tellus effuſa porrecta in omnes partes. Explicat: extendit aperit. Vix oculo. ideſt uix quantum oculi hominum capere poſſent. Cinga rapax: fluuius uel occiſſimus & præceps: qui circa hanc planitiem labitur. Cohercet: terminat campos: Fluctus: qui fluuius cinga non ſuo nomine in mare hiſpanum decurrit quia ibero fluctus miſcetur qui eſt maior. Litora non ſuo curſu ſed iberi. Pepuliſſe: pro pellere præteritum pro præſenti. Curſu ſuo. ſui nominis: Nam gur. ideo uetitus es o cinga fluctus & littora oceani impellere tuo curſu. quia miſceris ibero: qui quemadmodum præſtat regioni (nam ab ibero iberia eſt appellata) ita nomen aufert tibi: quia maior flu. eſt. Prima dies belli: nunc ponit quomodo ſe uterq; exercitus habuerit poſtquam in conſpectum hoſtium Cæſar uenit. dicit enim primo quidem teritos eſſe a pugna: cum utrinq; proſpicerent: alii cognatos: alii amicos: nō poterat animus arma ſectari ergo diē unū bello ciuili donauerunt duces exercituū. Marte cruento: bellū & pugna differunt. nā bellū diciť cū inimicitiæ ſunt. ſed pugna & præliū diciť cū manus conferuntur. hoc loco martē pro pugna poſuit. Spectandaſq; ducū uires: quia in eo occupati fuerunt omnes: ut diligenter uires & exercitus hoſtiū cōtēplarenť: nā Cæſar uires petreii contemplabať e diuerſo. Numeroſaq; ſigna: ideſt multiplicia uexilla. Piguit ſceleris: cū uidet etiā utriq; ſuos cognatos & affines. Ruptis lenibus quia contra leges pugnabant.



Donauere diem prono tunc cæſar olympo
In noctem ſubita circundedit agmina foſſa
Dum primæ perſtant acies. hoſtemq; fefelit
Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis
Luce noua collem ſubito conſcendere curſu
Qui medius tutam caſtris dirimebat ilerdā
Imperat huc hoſtē pariter terrorq; pudorq;
Impulit & rapto tumulū prior agmine cepit
His uirtus ferrumq; locum promittit at illis
Ipſe locus miles rupes oneratus in altas
Nititur aduerſoq; acies in monte ſupina
Hæret & in tergum caſura umbōe ſequentis
Erigitur nulli tellum uibrare uacabat
Dum labat & fixo firmat ueſtigia pilo
Dū ſcoplos ſtirpeſq; tenēt atq; hoſte relicto
Cedunt enſe uiam uidit lapſura ruina
Agmina dux equiteſq; iubet ſuccedere bello

SVLPI. Donauere. abſtinuere. Prono: tunc Cæſar olympo: ſole occidente & phiſice loquiť Sol enim nō ſuo curſu occidit ſed a mundo rapiť in occidentē. Perſtant. in armis perſeuerant. Obduxit caſtra. Protexit & muniuiu: in armis enim ea nocte quieuit. Maniplis. manibus militū. Prope conſertis. coniunctis & uicinis. Luce noua. erat intet oppidū. Ilerdā & Afranii caſtra planities circiter paſſuū quadringentorū Atq; in hæc fere medio ſpacio tumulus erat paulo editior quē ſi occupaſſet Cæſar ponte & commeatu interclusurū aduerſarios confidebat. Itaq; eductis tribus legionibus. Vnius ante ſignanos præcurrere atq; occupare eū tumulū iubet. Sed afranii cohortes breuiori itinere præoccupare: pugnatū eſt igiť uario marte & ita præliū diremptū ut ſe utriq; ſuperiores diſcuſſiſſe exiſtimarent. Caſtris. deeſt a. Terror: metus ne paterenť incommoda. Pudor: quod eſſe uiderenť debiliores. Hoſtē: afranianos. Rapto agmine: acceleratis cohortibus. His: Cæſarianis. Virtus & ferrū: pugnandi audacia Ipſe locus. qui uicinus erat caſtris & iā occupatus: Miles: Cæſaris. Oneratus. armis pilis clypeo. Nitiť. conať aſcendere. Acies ſupina: milites ſupino pectore aſcendentes & a ſequentium clypeis ſuſtenti. Caſura in tergū. quæ facile cecidiſſet. Vacabat. uibrare: emittere poterat. Dū labat. dū pedibus nequit conſiſtere. Frmat ueſtigia pilo firmat pedes telo in terrā fixo ſtirpes: truncos uirgulta fructices. Reliſto hoſte: nō habito hoſtis reſpectu. Cedunt uiā: imputant uirgulta uepres & ramos. Lapſura ruina quæ facile: repelli ſterniq; poterant. Equites: equitatū. Succedere bello: certare.

OMNIBO. Prono. ſed interea Cæſar inſtituit milites ſuos circundari foſſa ſub noctē: quod ſanū conſiliū putabat eſſe muniri caſtra. Iuſſit enim equites in fronte cōſiſtere. maniplos denſos atq; conſertos caſtra circundare. ne conſpectu hoſtiū uideri poſſent: inter illos uero maniplos denſos alios duci iuſſit. nec uallū fieri uoluit: ne a ſuperiori loco hoſtiū conſpectu uideri poſſit: ſed tamē foſſa ſine uallo ſatis erat ad tuendū exercitū ab hoſtiū impetu. Prono olympo: ſole iā occidente. Foſſa. nō uallo. ne uidelicet uallū erectū conſpici poſſit ab hoſtibus qui ſubito incurſu Cæſarianos ab opere prohibeant: quod in commentariis etiā Cæſaris commemorať. Præſtant. ante ſtant. a p̄ & ſto. Fefelit hoſtē. ut ante foſſa cingeret caſtra ſua quā hoſtes intelligerent. Conſertis. ideſt cunctis. Obtexit circundedit & ſub ueſperū Cæſar intra hanc foſſā legiones deduxit. atq; ibi ſub armis proxima nocte conquieuit. Luce noua. ideſt ſequenti die ubi luxit. in medio duorū caſtrorū erat collis. unde apparebat uter duorū exercitū illū occupaſſet ipſū magnā oportunitatē habiturū & nociturū hoſti quotiens uoluiſſet Cæſar ergo peritiſſimus dux collē uiſū ſtatim occupari uoluit & ex militibus ſuis quoſdam elegit qui collē aſcenderēt. ſed conſpecti ſunt ab hoſtibus: Medius: inter caſtra. Huc: ad hunc collē. Teror. quia & hoſtes hoſtiū terrore concuſſi ne ſi occupatus eſſet collis a Cæſarianis plurimū incōmodi ſuſciperent. Pudor: quia pudebat eos cū propinqui eſſent peueniri ab hoſte. Rapto rapti & uelociter capto. His: Cæſariāis. Virtus: quia fieri uirtute & ferro ꝑperabant eū locū occupare. Illis petreii & afranii militibus. quia iā illū aſcenderant. Miles. collē mediū inter caſtra uterq; exercitus occupare uolebat. ſed priores fuere milites petreii & afranii. qui tumulo propinquiores eſſent Cæſaris: tamē in aduerſū niti tentauerunt: ſi forte illos impellere poſſent: ſed de ſuperiore loco facile extrudebanť ab his qui iā locū tenebāt. & cū in periculo eſſent ne intecluderenť Cæ. dux peritiſſim' Cæ. equitatū miſit qui inter utrāq; atiē equitaret & interim auerſis hoſtibus in alterā partē. ut cū equites pugnarent. facultas dareť peditibus recipiendi ſe in locū tutiorē. Oneratus. armis. Nitiť. ſ. aſcendere. Supina. expreſſit geſtū aſcendentis in aduerſū quia Cæ. in montē ex aduerſo tendebant. Hæret: tarda eſt neq; .n. facile erat ſuperare montē. Caſura. ſ. acies Cæ. Erigiť propter arduitatē tumuli a ſequentibus umbone ſuſtentať. Nulli telū. ſed nō poterant tela in hoſtes torquere quæ ictū ualidū facerent. qui inſtabiles erant & pedibus niti: nō poterant Vacabant: licebat. Labat inſtabilis eſt. Et fixo firmat. i. tantū aberat ut pila in hoſtē mittere poſſent ꝙ neceſſe erat ipſis pilis gradū ſtabilire. Scopulos. eminentia ſaxa tenebant ne ruerent. Stirpes: arborū radices præhendebant ut quomodo euaderent in ſummū. Relicto hoſte: quia firme obliti erant hoſtiū qui in ſuperiori loco erant. Cedunt enſe uiam: ſatis habebant enſibus uirgulta cedere: ut iter ſibi expeditum

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

facerent. Vidit lapſura:at uero Cæ.ubi uidit periculũ ſuo:ne de ſuperiori loco facile detruderent̃ & inde ab his qui ĩ urbe erãt & qui ex tumulo deſcenderent interclud̃erent̃:equitatũ ab altera parte montis ſuccedere iuſſit. ut interea facultas ſuis daret̃ ſe in caſtra recipiendi. Lapſura:caſura de loco ſuperiore. Equidẽ.i. equitatum.

Munitumq; latus læuo producere gyro
Sic pedes ex facili nulloq; urgente receptus
Irritus & uictor ſubducto marte pependit
Hactenus armorum diſcrimina cætera bello
Fata dedit uariis incertus motibus aer
Pigro bruma gelu ſicciſq; aquilonibus hærẽs
Aethere conſtricto pluuias in nube tenebat
Verebant montana niues campoſq; iacẽtes
Non duraturæ conſpecto ſole pruinæ
Atq; omnis propior mergenti ſidera cœlo
Aruerat tellus iberno dura ſereno
Sed poſtquã uernus calidum titana recepit
Sidera reſpiciens dilapſæ portitor helles
Atq; iterum æquatis ad iuſtæ pondera libræ
Temporibus uicere dies tunc ſole relicto
Cynthia quo primũ cornu dubitanda refulſit
Excludit boream flammaſq; accepit ab euro
Ille ſuo nubes quaſcunq; inuenit in axe

¶SVLPI. Producere latꝰ mũitũ: extẽdere ordinẽ a leua pte q̃ eſt ſcutis & haſtis mũita. Læuo gyro:ſiniſtro circuitu. Pedes:Cæ.milites. Receptꝰ: liberatꝰ & ſuſceptꝰ: ut frugeſq; receptas. Nullo urgẽte:i hoſte nõ pſeq̃nte eq̃tũ metu. Victor:afrãiꝰ. Irritus: uanꝰ qa nullo dãno hoſtes affecit. Pepẽdit:ſtetit pẽdẽs in mõte. Subducto marte:ſubtractis peditibꝰ q̃ pugnabãt. Hactenꝰ:hæc armis geſta ſũt inq̃t: ſed q̃ ſequũt̃ aeris tẽpeſtate. Nã accidit repẽtinũ incõmodũ biduo quo hæc geſta ſũt. Tãta.n.tẽpeſtas cohorta eſt ut nũq̃ illis in locis maiores aq̃s fuiſſe cõſtaret. Tũ autẽ ex omnibꝰ mõtibꝰ nix,pfluit ac ſũmas ripas flũinis ſupauit potẽteſq; ambos quos.C.Fabiꝰ fecerat uno die interrupit:q̃ res magnas difficultates exercitui Cæ attulit.Siqdẽ caſtra cũ inter Sycorim cingãq; eẽt nõ frumẽtũ ſupportari nõ pabulatũ ire. nõ cõitatꝰ q̃ undiq; uẽiebãt ſuſcipere licebat. Diſcrimina:picula differẽtias. Incertꝰ:inſtabilis. Fata:euẽtꝰ Pigro brũa gelu:hyẽale tẽpꝰ deſcribit.Inq̃tq; Siccã hyemẽ ſecutũ eſt uer pluuioſũ. Brũa:hyẽs a breuitate dierũ dicta. Hærẽs:torpẽs pigra. Siccis: pluuiis. Tenebat in nube: nõ emittebat e nubibꝰ. Cõſtricto æthere:aere in glaciẽ & in niuẽ cõdẽſato: eſt autẽ Glacies apuleo auctore hũor ſerẽo frigore cõcretus. Niues:q̃ ex iactatiõe dẽſarũ nubiũ oriũt̃.nã priuſq̃ in aq̃ defluãt fractæ ac diſciſſe ſpũas agitatiõibꝰ ſuis faciũt:& mox gelatꝰ hũo rigore frigoris inhorreſcit. Vrebãt mõtana:torrebãt mõtes. Frigꝰ.n. urere dicit̃ ſicut & calor.Virg.penetrabile frigꝰ adurit. Pruinæ:pruina eſt roris mollities.q̃ frigoribꝰ matutinis incãuit.Ros uero nocturnꝰ hũor quẽ ſerẽitas tẽuiter ſpgit. Nõ duratuꝛ: primo ſole ſoluẽdæ. Iacẽtes cãpos: pãtiẽ. Omnis tellꝰ:hiſpãia. Cœlo:merget ſidera:occidẽti. Serẽo:ſerenũ nil aliud eſt q̃ aer purgatꝰ caligine & pſpicue ſincerꝰ. Sed poſtq̃:poſtq̃ ſol arietẽ eſt ingreſſꝰ q̃ fit circiter tertio decimo calẽdaſ apriles. Vernus portitor:aries uector ſub quo cũ ſol eſt uernũ eſt tẽpꝰ. Helles dilapſæ:q̃ in mari helleſpõti liaco occidit. Nã cũ Ino nouerca hellẽ:& phryxũ priuĩgnos ſuos p dolũ mactare pcurauiſſet.& hi Iunonis ope arietẽ nacti trãſfretare uellẽt Helle in mediis fluctibꝰ tertia a fratris tergo cecidit numẽq; mari dedit phryxꝰ uero ad Colchorũ regẽ delatꝰ Arietẽ ioui mactauit q̃ poſtea in cæleſte ſignũ cõuerſꝰ eſt: Reſpiciẽs ſidera:reſpiciẽs ſe ipm eo.n.geſtu effigiat̃ ut ſua terga reſpiciat. Dies:iterũ uicere.i.maiores fuere noctibꝰ. Iterũ æq̃tis tẽporibꝰ:dies & noctes bis in anno æq̃t̃ uere ſole & ſub ariete exiſtẽte:& autũno ſub libra.Virgi. Libra dies ſõniq; parẽs ubi fecerit horas. Ad põdera iuſtæ libræ:ad mẽſurã iuſtæ ſtatere. Eſtq; apta trãſlatio ut ad æquoctiũ & libræ ſignũ alludat.in q̃ Aſtrea aſtrei gigãtis filia uerſa eſt. Eã efficiũt Scorpii brachia eſtq; inter ipm & uirginẽ.Virgi.Qua locꝰ erygonẽ inter chelaſq; ſequẽtes. Sole relicto:luna ſẽp ſolẽ relinq̃t in eodẽ ſigno unde ipa noua diſceſſit Cynthia:luna a cyntho mõte del. Dubitanda erat.n. adeo obtuſa & fuſca ut diſcerni nõ poſſet quo primũ cornu apparuiſſet. Pliniꝰ inq̃t cornu eiꝰ ſeptẽtriõale atq; rigidũ illũ p̃ſagit uẽtũ.Inferiꝰ auſtrũ.Et Virgi.Luna reuertẽtes cũ primũ colligit ignes.Si nigrũ obſcura cõprẽderit aera cornu.Maximus agricolis pelagoq; parabit̃ imber.At ſi uirgineũ ſuffudent ore ruborẽ Vẽtꝰ erit uẽto ſemp rubet aurea phœbe. Fãmas:flãmeũ pallorẽ. Nubes:nubes eſt exaltatio uaporata craſſior nebula plena humore.

¶OMNIBO. Munitum latus:ideſt denſum latus hoſtium:quia denſum ideo munitam nec facile poterant uinci. Producere:ideſt extendere:porro ducere auertere a ſuis:quia dum auerſi ſunt contra equites:interea facultas daretur militibus:ut ſe in caſtra tuos reciperent:quod ita factum eſt. Sic pedes: hoc modo liberati ſunt Cæſariani. Pedes:pro peditu:ſingularis numerus pro plurali.Virgi.armato milite complent: qui modus hiſtoricis familiariſſimus eſt. Nullo urgente:quia ſublati erant: dum ab altera parte equitatus Cæſaris ſuccederet. Recetus:quia e colle deiecti pedites ſe ad ſigna legionum receperunt. Victor irritus: ideſt pompeianus miles impos propoſiti ſui:quia copia pugnæ ſublata eſt. Pependit in dubio ſtetit. Subducto marte:ideſt in remoto milite:contra quem pugnaret. Hactenus armorum hucuſq; inquit milites inter ſe pugnauere:ſed quæ deinde ſecuta ſunt intemperiæ ſeris potius quam armis geſta ſunt. Cætera fata:reliquam fortunam. Incertus: dubius: quia modo ſerenum modo pluuim ſe oſtendebat. Pigro deſcribens:inundationem aquarum:& hymbres qui ſecuti ſunt: primo dicit frigore conſtructas fuiſſe nubes: ne aquam cœlitus emitterent & ſuperueniente uere: ſtatim collectas nubes in occiduum axem condeſatas fuiſſe:& imbrem effuſum plus quã credi poſſet emiſiſſe:ut regionẽ illã omnẽ hiſpaniæ inundaret. Bruma.i.



ideſt omnis occidens aruerat nimio frigore. Propior cœlo mergenti.ideſt occidenti:nam in mari ſol mergitur. ſecundum uulgares. Sed poſtquam:ſed ubi inquit hyemi ſucceſſit uer:ſtatim calor liquefecit nubes:quæ a natura nimio frigore conſtrictæ pluuias continuerant.Ordo eſt:ſed tunc cynthia exclnſit boream.& accepit flammas ab Euro. Portitor helles.ideſt aries:nota quidem hiſtoria de ariete aureum uellus habente:qui poſtea tranſlatus eſt in ſydus cœleſte. portitor.ideſt uector aries qui per mare hellem uehebat:& quia retro ſpexerant eam exciſſit a tergo.Calidum titana:cum in arietem ſol ingreſſus eſſet liquæfactæ ſunt niues & nubes calore ſolis reſolutæ effuſum imbrem emiſcere. Vernus.ideſt qui facit tempus uernum.ſol enim exiſtente in ſiguo arietis æquinoctium eſt.xi.kal.Martii.& tempus ueris eſt.ſic ſole exiſtente in libra æquinoctium eſt autunnale. Sydera re:id eſt q̃ ſol in ariete eſſet. Libræ pondera temporibus:quia bis ẽ æquinoctium. Vicere.ſcilicet noctes. Iterum: id eſt ſecundo quia ſemel quum ſol eſt in ariete:dies uincunt noctem.ſed quando eſt æquinoctium autunnale:dies quoq; uincunt noctem. Aequatis temporibus:quia tantum ſpacium occupat nox:quantum dies. Tum ſole relicto.ideſt nouilunio quod ſecutum eſt ſtatim reſolutis niuibus pluuiæ & imbres effuſi ceciderunt. Dubitanda: cum luna primum noua eſt dubitat̃ q̃d uideat̃.nõ.n.plena ſatis uidetur:ut affirmari poſſit lunã eſſe. Boream frigidiſſimum uentum ſeptentrionalem:cuius frigore ante nubes cõſtrictæ fuere. Euro a uento orientali qui ideo calidus eſt quod ab oriente perflat. Ille ſuo nubes:eurus flãs ab oriente nubes omnes a regione ſua i occiduum compulit.& illic congregatæ nubes:poſtq̃ ſemel calore ſolis reſolutæ ſunt ingentes inundationes facere.

Torſit in occiduũ nabatheis flatibus orbem
Et quas ſenſit arabs & quas gangetica tellus
Exhalat nebulas: quicquid cõcreſcere prius
Sol patitur: quicquid cœli fuſcator eoi.
Impulerat corus: quicquid defenderat idos.
Incendere diem nubes oriente remotæ
Nec mediæ potuere graues ĩcũbere mũdo
Sed nĩbos rapuerẽ fuga: uacat ĩbribꝰ arctos
Et notus in ſolam calpen fluit humidus aer
Hic ubi iã zephyri fines & ſummus olympi
Cardo tenet tethym: uetitæ trãſcurrerẽ dẽſos

¶SVVLPI. Torſit:torquendo impulit. Axa regione. Nabatheis:orientalibus Nabathea regio ab Arabia incipiens tendenſq; uſq; ad mare rubrum.Ouidius:Eurus ad euroram nabatheaq; regna receſſit. Tellus gangetica.india per quam labitur ganges. Exhalat:emittit. Nebulas Nebula eſt exhalatio uaporata humore uiduata aere craſſior nube ſubtilior cui ſerenitas abolitionem infert. Primus:matutinus & oriens. Concreſcere:condenſari tũc enim uapores terra emittit: Fuſcator:obſcurator:nam in contrarias partes ſemper uentus nubes impellit. Quicquid defenderat:omnes nubes quæ a radiis & æſtus ſolis indos protexerant. Incendere diem:incendii cauſam prebuerunt:maioremq; æſtum in oriente fecerunt: Graues plenæ aqua. Nec potuere:impellebantur enim ab euro: Incumbere:manere citra hiſpaniã: Nymbos: hymbres. Hymbribus:denſioribus pluuiis. Aer humidus:nubes & pluuiæ. In ſolam calpem:in occidentẽ ubi Calpe mõs & urbs. Zephyri fines:extremus occidens nnde zephyrus flat. Summus car.extrema regio.Sunt quidem cœli cardines quatuor oriens occidens meridies ſeptentrio. Tethym:oceanum quem ex uulgi opinione cœlo coniũctum eſſe poeta dicit. Tranſcurrere:ulterius ire.

¶OMNIBO: Torſit compulit. Suo axe:orientali. Nabatheis flatibus:ideſt orientalibus:a nabath qui in regione orientis repugnauit:& filius fuit iaphet.nam Noe genuit Sem.Cham:& iaphet:ex quo natus eſt Nabath a quo regio Nabathæa dicta eſt quæ eſt ex arabia contermina ſyriæ:Ouidius primo methamorphoſeos. Eurus ad aurotam nabathæaq; regna receſſit. Arabs :populus orientis.ſGangetica tellus. ideſt india:nam ganges fluuius eſt indiæ:& india pars eſt extremi orientis. primus ſol:ideſt orientis ſicut ultimus occidens. Concreſcere cõdenſari. Quicquid cœli:patitur:quia tam in oriente quam in occidente calor eſt.ut ibi raro nubes uideantur nimio calore ſolis. Quicq̃d corus.ſubaudi nubiũ torſit.a ſuperioribus.nam corus occidentalis eſt uentus collateralis fauonio. Fuſcator:tenebrator:nam flante coro pluuioſum & nubiloſum efficitur cœlum in oriente. Defenderat:a calore. Indos:populos in extremo oriente poſitos qui nimio ſole peruſtos habent uultus. Incendere diem:nam nubes remotæ incendunt diem unum:ſequitur ex reliquo:quia remotis nubibus radii ſolis non impediuntur:quominus uim ſuam exerceant. Diem incendere.ideſt orientem. Nec medio: nec nubes in meridie eſſe poterant qui illinc ſol nunquam ferme diſcedit. Graues:aquoſæ. Nymbos rapuere fuga: hypallage eſt pro nymbi rapuere nubes. Fuga rapuere.ideſt uelocitate:nymbi dicuntur uẽti cum pluuiis eſt etiam uas quo theatri pulpita uino & croco ſpargebantur.Martialis:Lubrica corycio quanuis ſint pulpita nymbo. Vacat imbribus:a ſufficienti numeratione probat in occidentem nubes compulſas fuiſſe.non erant in oriente eſſe non poterant in meridie propter calorem.nec in ſeptentrione flante aquilone. relinquitur ergo ut compellerentur omnes in occaſum. Arctos : ſeptentrio. Vacat:uacuata eſt imbribus. Notus.ideſt meridies. Solam calpen:ideſt in ſolum occidentem. calpe mons hiſpaniæ eſt.Calpen & abylicen ut tradit Strabo opinati ſunt quidam eſſe columnas herculis radicibus huius montis ſita eſt eiuſdem nominis urbs calpe.uetuſtum & haud abiectum ſane oppipum hic mons circuitu quidem non magnus admodum :altitudine uero ingens & arrectus:adeo ut longinquis inſulæ formam præſtet. Hic ubi : nunc dicit q̃ zephyrus qui perflat ab occidente terminum ſuum profert uſq; ad Aphricum : omnia illic nubibus plena erant.ſic enim ſe habeant ſi orbem cœli conſideres. hic oriens eſt & eurus a parte dextra : Vulturnus a ſiniſtra deinde a ſeptentrionem uerſus boreas contiguus euro : deinde corus contiguus eſt zephyro a parte occidentali circius contiguus eſt. Aphryco : & Aphrycus collateralem habet notum qui latine appellatur auſter : dicit ergo qua parte terminos ſuos porrigit zephyrus ad Aphrycum omnia nubibus plena erant ut uix ſpacium quod erat a cœlo uſque ad terram nubes capere poſſet. zephyri fines:inter aphricum & zephyrum. Summus.ideſt ultimus:nam ultimus

& ſummus pro ſe inuicẽ ponunt. Summus cardo.i.ultimus axis.uidelicet occiduus: Tethym.i. mare occiduum.

SVLPI. Cõgeſtumq; aeris atri. Ordo eſt ſpaciũ quod ſeparat terram ab æthere uix recipit congeſtum atri aeris .i.congregationem nubium quam atrum aerem appellauit. Preſſe polo:compreſſe & ſtructæ. Denſatur:a denſis enim nubibus hymbres a rarioribus pluuiæ oriuntur. Hymbres:denſiores ſunt:pluuia lenta & iugis eſt. Nymbi uero repentini uehementes & breues. Fluunt:ſoluunẽ. Nec ſeruant:nec retinent extinguntur enim in ipſis nubibus. Crebra micent:ſpiſſa appareant. Arquus.iris q̃ fit a nube humida & caua a ſole aduerſo uel a luna repercuſſa. Arquus inquit plinius cum duplices ſunt pluuiam nunciant:a pluuis ſerenitatem non perinde certam. Imperfecto gyro:circulo rupto:nam propter nubium dẽſitatem nec poterat perfici:nec uarios colores cõtrahere. Vix ulla luce uariatus:ſqualebat enim. Bibit:atrahit aquas maris & in cœlum euectam effundit in terras & mare. Pyreneæ:pyrenei montes inter galliam & hiſpaniam ſunt. Titan:ſol æſtuans. Fluxere:diſſolutæ ſũt:plinius. Madeſcunt:uda fiunt. Vnda fluuiorum. Vias.certum alueum:nam omnia hymbribus redundabant. Tam largas: tanta aquarum copia a ripis effluebat in fluuios. Alueus:locus concauus per quem riui & flumina profluunt. Naufraga:periculo mergendi expoſita. Labant:procumbunt ruunt. Reſtagnant:effunduntur & ſuperant uallũ. Raptus pecorum:præda animalium unde uiuerent. Pabula:herbas alimenta equorum. Populator:prædator miles. Occultis:tectis aqua: Iamq; comes:in magnis calamitatibus primum ſe fames offert:& eam ut plurimũ ſequitur peſtilentia:iam ad quadraginta in ſingulos modios annona peruenerat:& militum uires inopia frumenti diminuerat:ut cæſarem ait.

Inuoluere globos.cõgeſtũq; aeris atri
Vix recipit ſpaciũ quod ſeparat æthere terrã
Iamq; polo p̃ſſæ largos dẽſanẽ in hymbres
Spiſſatæq; fluunt.nec ſeruãt fulmina flãmas
Quãuis crebra micẽt.moriũẽ fulgura nibiſ
Hinc impefecto complectitur aera gyro
Arquus.uix ulla uariatus luce colorem
Oceanũq; bibit.raptoſq; ad nubila fluctus
Pertulit. & cœlo diffuſum reddidit æquor.
Iamq; pyreneæ quas nunquam ſoluere titan
Eualuit.fluxere niues. fractoq; madeſcunt
Saxa gelu.tunc quæ ſolitis fontibus exit
Nõ habet nuda uias tam largas alueus oĩs
Aripis accepit aquas.iam naufraga campis
Cæſaris arma natant.ipulſaq; gurgite multo
Caſtra labant.alto reſtagnant flumina uallo.
Non pecorũ raptus faciles nõ pabula merſi
Vlla ferunt ſulci tectorum errore uiarum
Fallitur occultis ſparſus populator in agris
Iamq; comes ſemp magnorũ prima malorũ
Sæua fames aderat nulloq; obſeſſ9 ab hoſte

OMNIBO. Inuoluere globos.quia uenti eas glomerauerant in occaſum: Vix recipit.ideſt uix a toto quantum a cœlo eſt ad terram ſpacio capi poterant. Congeſtum:ſubſtantiuum eſt.ideſt congeriem aeris & nubiũ condenſationem. Iamq; polo:more poetarum deſcribit hanc multitudinem nubium per hyperbolem:iam inquit ſolis calore compreſſæ nubes & reſolutæ in himbres inundationem fecere. Denſantur:quæ raræ antea erant.ſic.n. aer cum denſantur in nubes conuertitur:quæ deinde aquam calore ſolis haurientes poſtquam altius aſcenderint eodem calore ſolis compreſſæ imbres emittunt. Polo.ideſt calore ſolis: Spiſſatæ:cum altius euectæ fuerint. Nec ſeruant fulmina:dicit tantam fuiſſe denſitatem nubium:ut quãuis fulgura crebra eſſent:tamen ad oculos peruenire non potuiſſe:retinebantur enim craſſitudine nubium. Moriuntur fulgura:in ipſis nubibus fulgura extinguntur. Impefecto:nam ita offuſcatus erat ut uarii colores in ipſo proſpici non poſſent. Hinc ex ipſis nubibus. Variatus colorem:ideſt habens uariatum colorem ulla luce.nam ſolis radii ex oppoſito repercutientes nubes faciunt arcum:ſed quia denſæ nubes erant:radii ſolis non uſq; adeo poterant penetrare & illuſtrare nubes ut arcum efficerent. Luce:quia uarios colores arcus repreſentat.ut mille trahens uarios aduerſo ſole colores. Oceanumq; bibit:quia una extremitas arcus uidetur in extrema parte cœli hauriri aquas:nam arcus nunq̃ fere appa ret:quin ſequantur pluuiæ:ergo poetæ finxerunt ipſum ex mari aqua haurire:quas e nubibus emittat. Raptos hauſtos. Cœlo.ſ.de. Diffuſum æquor.ideſt hauſtam aquam maris emiſit in terras. Iamq; pyreneæ:dicit pyreneos montes cum altitudine ſua ſemper niues habuerit:quia quo altiores ſunt:eo minus calorem ſolis ſentire poſſunt.niues nunq̃ reſoluebanẽ.ſed hoc tempore reſolutæ ſunt:ut multitudine imbrium regionem omnem hiſpaniæ inundarent. Pyreneæ niues.ideſt pyrenei montis. Montes ſiquidem pyrenei Galliæ partem ab occaſu terminare dicuntur.auctore ſtrabone mare ex utroq; latere perſtringentes & internum & externum ab ortu rhenus qui æquali a pyreneis montibus ſpacio ad lineam diſtat.ab Aquilone & meridie ſic iacet:ut a ſeptentrionalibus promontoriis pyrenes inchoans oceanus ambiat uſq; ad rheni eruptiones.e regione autem maſſilienſe ac narbonenſe pelagus. Fracto gelu.ideſt reſoluta glacie. Tunc quæ fontibus.unde quæ a fontibus exeunt.uiam inuenire non poterant per alueos ſuos qua fluerent.nam adeo alueos plenos inueniebant.ut tranſcenderent in campos: Iam naufraga campis.iam plena omnia aquis erant.ut caſtra inundata eſſent.& arma militum natarent: Naufraga.ad ſimilitudinem naufragorum.quemadmodum enim naue fracta remiges & uectores ruunt per undas.ita arma cæſarianorum natabant. Caſtra.uallum caſtrorum. Labant. quia uis aquarum uallos caſtrorum euellebat. Flumina uallo.reſtagnant.redundant ſtagnare eſt locum in ſtagnum facere. Non pecorum ex hoc diluuio ſecuta eſt inopia commeatuum:ut iam cæſaris milites fame oppreſſi.nec ſibi commeatum nec equis facile ſubiicerent. Raptus faciles pecorum.ideſt non facile milites predari poterant pecora quibus ueſcerentur. Tectorum errore uiarum.gregarii milites q pabulatũ mittebanẽ.ut ex agris fœnũ & herbã conuehe



rent:q aquis omnia tecta erant uiam diſcernere non poterant. Occultos:pro occultatos. Iamq; comes:& hoc diluuio ſecuta eſt fames:& inopia rerum omnium. Comes malorum fa.quia fames peſtilentiæ comes eſt: magna mala ſunt bellum & peſtis:& ſemper fames eſt comes horum duorum molarum:unum non eſt ſine altero. Obſeſſus miles:ſcilicet cæſaris a nullo hoſte obſeſſus:nihilominus laborat inopia commeatus:ac ſi undiq; ab hoſtibus oppreſſus eſſet.

Miles eget. toto cenſu non prodigus emit
Exiguam cererem:proh lucri pallida tabes
Non deeſt prolato ieiunus uenditor auro.
Iam tumuli colleſq; latent:iam flumina cũcta
Cõdidit una palus: uaſtaq; uoragine merſit.
Abſorſit penitus rupes:ac tecta ferarum
Detulit:atq; ipſas hauſit: ſubitiſq; frementes
Vorticibus cõtorſit equos: & reppulit æſt9
Fortior oceani: nec phœbum ſurgere ſentit
Nox ſubiecta polo.rerum diſcrimina miſcet
Deformis cœli facies:iunctæq; tenebræ.
Sic mũdi pars una iacet:quam zona niualis
Perpetuæq; p̃mũt hyemes: nõ ſyderacœlo
Vlla uidet:ſterili nec quicquã frigoẽ gignit:
Sed glãcie medio ſignorum temperat igneſ
Sic o ſumme pater mundi:ſic ſorte ſecunda
Aequorei rector facias neptune tridentis:
Et tu perpetuis impendas aera nymbis:
Tu remeare uetes quoſcunq; emiſeris æſt9.
Nõ habeãt amnes decliuũ ad littora curſũ:
Sed referanẽ aquis pelagi:concuſſaq; tellus
Laxet iter fluuiis: hos cãpos rhẽus inundet:
Hos rhodãus:uaſtoſ obliquẽt flumĩa fõteſ.

SVVLPI. Eget:eſurit. Cenſu:patrimonio aut peculio. Non prodigus:prodigus is proprie dicitur qui rem ſuam temere diſſipat:ſic appellatus q ſeipſum perdit. Milites ergo qui magno panem emebant ut ſe ſeruarent nõ erant prodigi. Cererem:panem. Pallida tabes:auara corruptio macies & anxietas. Auaritiæ affectus & ſi pluribus indicatur modis præſertim tamen pallore. Non deeſt inuenitur famelicus qui prætio panem uẽdat. Tumuli:tumores terræ non alti. Montes uero ſunt eminentiæ terrarum non equæ ſurgentes: Colles ut plurimum montium ſummitates in longum exporrectas dicimus. Promontoria quæ ſeſe in mare promouent & extendũt. Iam flumina:loca illa omnia unius palludis faciem obtinebant. Voragine:attractione & uortice. Abſorſit: ſubmerſit deuorauit. Contorſit:circunuoluit. Frementes: clamantes. Vorticibus:uolubilitatibus aquarum. Fortior:quæ impetus & fluctus uehementiores habebat. Nec phœbum.ideſt ſol propter tenebras non apparebat quanquam tempus nocturnum non eſſet. Subiecta:ſupposita. Rerum diſcrimina miſcet:diurnum cum nocturno tempus confundit. Sic ſimilibus tenebris & hymbribus ſqualet. Vna:ſeptentrionalem intelligit nobis notã quanquam & altera eſt in meridie. Nam quinq; zonæ tenẽt cœlum:quarum media torrida eſt. Duæ extremæ glatiales:intermediæ uero temperatæ. Hyemes:perpetuæ: hymbres & niues indeficientes.de quibus ſcribit Herodotus in melpemone. Sterili frigore: quemadmodum calor eſt cauſa generandi:ſic frigus ſterilitatis. Medios ignes:torridam zonam per quam uagatur ſol & quæ cõtinet ſigna zodiaci. Nam huius zonæ frigidas illius a ſtũ temperat: Sic o:Apoſtrophæ ad iouem & Neptunum ut orbem diluuio mergant. Secunda ſorte: ſecunda parte: prima enim ſors in mundi diuiſione fuit iouis: ſecunda Neptuni:tertia plutonis:quarta iunõis. Tridentis æquorei.ideſt qui fuſcinam ſuſtines:neptunus enim tricuſpide tridenti utitur:iuppiter ſceptro:pluto cerbero: Mercurius caduceo:Mars haſta:Saturnus falce:Amor facibus. Et tu:o iuppiter concede perpetuas pluuias: Tu:o Neptune prohibe ne fluctus reuertantur in mare ſed terram mergant. Omnes enim undæ quæ in terram ueniunt in equor poſtea redeunt. Non habeant:diuerſis modi diluuium imprecatur. Non habeant curſum: non effluant in mare. Referantur:repellantur. Concuſſa:commota. Laxet iter:apperiat uenas fontium ut ſcaturiant latius. Rhenus & rhodanus:galliæ & germaniæ fluuii. Obliquent:obliquos habeant:& per totam longitudinem alueis tranſuerſis emittant.

OMNIBO. prodigus:quanuis prodigus eſſet:non poterat exiguum panem emere:etiam ſi quæcunq; poſſidebat pro exiguo pane commutare uellet. proh lucri.p.per exclamationem inuehitur in auariciam quanta inquit eſt hominum auaritia:nam in tanta rerum inopia inuentus eſt quidam qui ieiunus eſſe mallet: ut pecuniã acciperet:quam neceſſaria ſibi retinere. prolato:ideſt qui paratus erat ipſe ieiunare:ut alimenta magno præcio uenderet. Iam tumuli:dicit inundationem tantam fuiſſe aquarum ut ea regio inſtar paludis eſſe uideretur. Detulit.de loco in locum. Tecta:luſtra cum cubilibus ſuis. Subitiſque. ſcilicet ipſos etiam equos militũ abſorpſit Frementes:hinnientes: Et repulit æſtus:impetus huius inundationis tantus erat.ut fluctus oceani uinceret & repelleret: Nec phœbum ſurgere.tan denſæ erant tenebre.ut nox a die haud quaquam diſcerni poſſet. Miſcet diſcri.ſ.Tantæ inquit erant:& tam denſæ tenebræ.ut res a rebus diſcerni nõ poſſent.ſicut illud Virgili. Et rebus nox abſtulit atra colorẽ.nam color eſt qui facit res a rebus diſcerni. Deformis:tenebroſi. Miſcet. cõfundit. Iũctæ.ideſt denſatæ: Sic mũdi pars.p ſimilitudinẽ oſtẽdit quãtæ erãt tenebræ in ea regione.non aliæ inquit erant i ea parte hiſpaniæ:q̃ etiam ſint i frigidiſſima zona:ubi continue ſunt nubes & frigora. Zona niualis:ideſt oppreſſa niuibus ubi ſemper frigora ſunt & gelu:nec radiis ſolis illuſtratur. Sterili frigore:nam frigus contrarium eſt generationi rerum. Sed glacie medios ſignorum temperat:Ratio hoc facit ſphæræ:cœlum quinq; tenetur zoniſ quarum media feruentiſſima eſt.qa ab ea nũquam ſol ferme diſcedit:ſed duæ temperatæ ſunt:quia in medio frigidiſſimarũ & huius feruentiſſimæ ſunt:ideo habitabiles ſunt.recte ergo dicit medios temperat ignes zona quæ eſt in extremo. Ignes:calores ſolis qui per ſigna zodiaci curſum ſuum peragit. Medios: ideſt mediæ zonæ. Glacie:ideſt frigore. Sic o ſumme parens: hic poeta deos implorat: ut uelint hoc perpetuum eſſe dilu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

uium potius q̃ iter ſe ro. bella conſerant inuocat autem iouem perpetuos hymbres de cœlo mittat: neptunum ut ipſe emiſſis undarum habenis totam hiſpaniam obruat potius q̃ bella ciuilia permittat. Summe parens: ſummum iouem appellauit: cui prima ſorte cœlum obtigit. Nota eſt fabula: mortuo ſaturno tres filii relicti ſunt. iuppiter Neptunus & pluto qui ſorte iter ſe tria regna diuiſerunt: cœlum prima ſorte obtigit ioui: ſecunda ſorte mare neptuno: tertia ſorte terra plutoni contigit. Aequorei tridentis: quia ſeptrum neptuni tridens eſt: quod alio nomine fuſcina nominatur: hac enim & piſcatores utuntur. Impendas aera: ideſt deſuper facias aerem nebuloſũ & effuſos hymbres emittentem. Emiſeris. ſ. in hiſpaniam. Remeare. ſ. in mare. Non habeant amnes: & ſemper mare tumidum uetet in ſeipſum aquas fluuiorum deſcendere. Ad litto: cur. quia naturaliter omnes fluuii decurrunt in mare. Referantur: retro ferantur. ſ. in fontem. Concuſſaq; tellus: ideſt terremotus: & ſic certe contingere ſolet: ut terremotu amnes qui nunquam fuere ſubito erumpant qui uero aliquando fuere terremotu ſorbeantur. quod de numicio fluuio legitur: ubi Aeneas demerſus eſt. & nunc non inuenitur. Obliquent fontes. ſ. ut ad hunc locum omnes deriuentur.

Rhyphæas huc ſolue niues: huc ſtagna lacuſq;
Et pigras ubicunq; iacent effunde paludes.
Et miſeras bellis ciuilibus eripe terras.
Sed paruo fortuna uiri contenta pauore
Plena redit. ſolitoq; magis fauere ſecundi
Et ueniam meruere dei. iam ratior aer
Et par phœbus aquis denſas i uellera nubes
Sparſerat & noctes uentura luce rubebant
Seruatoq; loco rerum diſceſſit ab aſtris
Humor. & ima petit quicqd pẽdebat aq̃tũ
Tollere ſilua comes. ſtagnis emergere colles
Incipiunt. uiſoq; die dureſcere ualles.
Vtq; habuit ripas ſicoris campoſq; reliquit

SVLPI: Rhyphæas: hyperboreas & ſcythicas: Huc: ad ilerdam. Eripe: libera ſubmergendo Cæſarem cũ exercitu. Sed paruo: cum magnis difficultatibus & periculis cæſar agitaret. & ubiq; fama increbuiſſet debellatum iam eſſe fortuna cæſarem metuens: nec ulterius audens in eum magno poſt hæc ipſum fauore eſt proſecuta. Plena: fauens. Meruere ueniam: niſi enim ſunt preſenti beneficio præteritam culpam diluiſſe: & eſt ironia quod metuerint offendere cæſarem fauerintq; impio. Iam ratior: iam ſerenare incipit. Par phœbus aquis: uehemẽs & continuus ſol ut fuerant hymbres. In uellera: in uelleris ſimilitudinem: non enim erant denſæ nigræ & hymbribus plenæ ſed raræ & candidæ: Rubebant: apparebat enim aurora & nox a die diſcernebatur. Seruatoq; loco rerum: ſeruoto ordine elemẽtorum ut unum quodq; ſuam in ſedem rediret. Humor: aqua. Pendebat: ſuſpenſum erat in nubibus. Petit ima: defluit. Emergere: apparere. Quanquam emergere proprie eſt ab imo ad ſummum exiſtere & enatare. Die: ſole ipſo. Vtq; habuit ripas ſycoris: ideſt poſtquam in alueum rediit. Cum dies plures aquæ permanerent & res cæſaris in anguſtiis eſſet: nec põtes perfici poſſent. imperat militibus Cæſar ut naues faciant cuius generis eum ſuperioribus annis uſus Britanniæ docuerat. Carinæ primum ſtamine & leui materia fiebant: reliquum corpus nauium uiminibus contextum coriis integebatur. has perfectas carris iunctis deuehit noctu milia paſſuum a caſtris uigintiduo milites his nauibuſq; flumen tranſportat continentemq; ripæ collem improuiſo occupat. pontem biduo perficit.

OMNIBO. Huc: in hiſpaniam. Niues rhyphæas: ideſt ſeptentrionales. nam rhiphæi montes ſunt in ſeptentrione poſiti qui ſemper niuibus tecti ſunt. Et ut inquit ſolinus: damnata hæc pars mundi. & a rerum natura in nubem æternæ caliginis miſſa ipſiſq; prorſus aquilonis conceptaculis rigentiſſima: ſola terrarum non nouit uices temporum nec de cælo accipit aliud quam hyemen ſempiternam. Terras eripe: ideſt ne concedas terram & locum romanis: ubi bella ciuilia facere poſſint. Sed paruo fortuna: poſt inuocationem hanc narrat poeta fortunam quaſi pœnituiſſe: ꝙ non nihil ab eo tenore quo ire cœperat ſecundum uota cæſaris declinaſſe uidebatur & paruo hoc interuallo quo cæſarem deſeruiſſe uidebatur: deinde multo plenier rediit: ut in quo defecerat: id poſtea maiore copia ſuppleret. Contenta pauore: ꝙ exiguum timorem inieciſſet Cæſari. Plena. ideſt uberior & copioſior. Veniam meruere quaſi indignatum Cæſarem metuerunt dii ſcilicet ne cæſar ignoſceret diis qui aduerſi fuerant. Iam ratior aer: nunc oſtendit quomodo dii magis propitii fuere cæſari: quam antea. Ratior: quia cum denſatur aer in nubes cogitur: at cum rarefactus erit: nubes quæ ante denſatæ fuerant rarefacte in ſerenum recuntur. Ratior. ideſt tenuior ſcilicet fuit. Par phœbus aquis. ideſt calore ſui par erat humori: antea enim phœbus humoris abundatia uictus fuerat. Sparſerat: attenuauerat nubes in uelleris modum: non enim nigræ erant aquis: ut ante. ſed perlucide ut uellera quædam uiderentur. Noctes rubebat. quod ſihnificat craſtinam ſerenitatem. Seruato loco rerum. ideſt diffinito loco rebus aqua in ſuum rediit: nam ſicut motuſ ita quietis triplex eſt locus. uidelicet naturalis: animalis uiolentia: naturalis qes dicit̃ cũ corpus ẽ in ſuo loco: ſibi a natura determiato atq; conſtituto: ut terra in centro: ignis i alio aialis Se dicit̃ cũ aia ceſſat a motu ſiue ſuo apperibili cõiũcta: ſiue nõ uiolenta aũt quis dicit̃ cũ corpus eſt in loco ſibi aſtricto: & non ꝓprio ut ecõtrario: terra in ſublimi ignis uero in cẽtro. Ergo ſeruato loco: ut in cẽtro ſit qes terræ in oceano ſit qs aquarũ: in cœlo & ſublimi ſit quies ignis. naturaliter ergo poeta dixit hoc in ſuum locum rediiſſe humorem qui antea in altiora euectus eſt: nunc tandem cœpiſſe ſeruare locum a natura conſtitutum. pendebat: ſcilicet in aere: deſcendit ad ſphæram ſuam. ſ. in oceanũ. Tollere ſilua co. ſiluæ obrutæ inundatione aquarum: nunc ſenſim ſurgere cœperunt defluentibus aquis. Emergere: apparere ex undis. Viſo die. i. ſole. Vtq; habuit. r. nunc dicit quid cæſar egerit: poſtq̃ aquarum inundatio ſubſtitit: nã ſimul atq; itra alueũ ſuũ ſycoris fuit: ſtatim iuſſit militibus ſuis itexere naues: & ita uiminibus itextis corio cæſorũ iumẽtorũ eas texit: deĩde his nauibuſ milites traiecit. & cũ nihil tale timerẽt: hoſtes ſubito aufugerũt. Hiſtoria eſt nã ſæpe tẽtauit cæſar trãſire alpes. hoſtes i ulteriore ripa ſe obtulerũt ut cæſarem impedirẽt: ille contextis naui



bus cũ diſceſſiſſet: & procul ab hoſtibus traiecit am: men prius q̃ ab hoſtibus ſentiretur. Habuit ripas: nam inflatus amnis ripas tranſiuerat: nunc declinantibus aquis ripas habere cœpit.

Primũ cana ſalix madefacto uimine parua
Texitur in puppim: cæſoq; induta iuuenco:
Vectoris patiẽs tumidũ ſuper enatat amnẽ
Sic uenetus ſtagnãte pado: fuſoq; britann⁹
Nauigat oceano: ſic quũ tenet omnia nilus
Conſeritur bibula mẽphitis cymba papyro.
His ratibus traiecta manus: feſtinat utrinq;
Succiſum curuare nemus: fluuiiq; ferocis
Incremẽta timens: non primis robora ripis
Impoſuit: medios põtem diſtendit in agros
Ac ne quid ſycoris repetitis audeat undis
Spargitur in ſulcos: & ſciſſo gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ: poſtq̃ oĩa fatis
Cæſaris ire uidet: cælſam petreius ilerdam
Deſerit. & notis diffuſus uiribus orbis
Indomitos q̃rit populos. & ſemper in arma
Martis amore feros. & tendit i ultima mũdi
Nudatos cæſar colles deſertaq; caſtra
Cõſpiciẽs capere arma iubet. nec q̃rere põtẽ
Nec uada. ſed fluuiũ duris ſuperare lacertis
Paretur rapuitq; ruens in prœlia miles

SVLPI: Salix cana: uimina ſalicis purgata. Texitur: cõponitur. Cæſo iuuenco: corio bouis ſynodoche. Vectoris: qui ueheretur: Vector qui uehit & uehitur ut portitor dicitur. Venetus: Veneti ut ſolinus ait ab enetis paphlagoniæ populis traxere originem. Stagnante: effundentis ſe in ſtagni ſimilitudinem. Fuſo: ſparſo & inundante Tenet: omnia: occupat & irrigat omnes ægypti campos Memphitis: ægyptiaca: Memphitis enim urbs eſt i ægypto condita ab Ogdoo: ut tradit Diodorus. Conſeritur conſtruitur. Papyro bibula: herba paluſtri & arenoſa: trãſtulitq; in herbam id quod erat arenæ. Traiecta manus: tranſportatus exercitus. Feſtinat: Traiecto cæſar exercitu firmiſſimum pontem ſtruere cœpit. Vtrinq;. ab utraq; ripa. Curuare: in arcum ſtruere ligna excifa. Incrementa: augmenta. Robora: trabes. Primis: fluuio uicinis. Ne quid audeat: ne nocere in aliquo poſſit. Spargitur in ſulcos: cœpit enim cæſar foſſas latas facere cauſa attenuandi fluminis & reddendi uadoſum: Cyrus amiſſo nobili equo in Gange fluuio eum fertur pene in riuum attenuaſſe cum in. cccclx. alueos diuiſiſſet. Riuis: in riuos. Dat pœnas: punitur ꝙ paulo ante adeo excreuerit. Poſtquam omnia: peractis pene foſſis magnum i timorem Afranius petreiuſq; perueniunt: ne omnino frumẽto pabuloq; intercluderentur quod multum cæſar equitatu ualebat: itaq; conſtituunt ipſi locis excedere & in celtiberiam bellum transferre. Sed cæſar eos acriter perſecutus caſtra caſtris oppoſuit. Orbis noti: regionis in qua erat. Indomitos: a cæſare. Tendit: iter dirigit. In ultima mundi: in ulteriorem hiſpaniam. Nudatos: abſq; tẽtoriis & militibus qui tertia uigilia abſceſſerant. Vada lo. non profunda. Superare: in alteram ripam enatare. paretur: a cunctis. Rapuitq; r. ei ſe periculo per ſequendi hoſtis cauſa expoſuit quod fugiens metuiſſet.

OMNIBO. Cana ſalix: quia frondes ſalicis ex una parte canæ ſunt ideſt uimina ſalicis: Madefacto uimine: ut flexibiliores eſſent in texendo nauiculas. Cæſoq; in. cum texiſſent ſibi milites naues: deinde eas texerunt corio: ut aquam retinerent. Patiens nec: ut ſuſtinere poſſet uectores. Super emicat. i. mouetur ſuper amnem: & exilit. emicare eſt celeriter moueri. Sic uenetus: per ſimilitudinem oſtendit quomodo ſicorim flu. milites cæſaris traiecere. non aliter inquit quam nauigare ſolent Britanni per oceanum: tunc cum terram inundauerit: ut ægyptii Nilo creſcente puppibus per agros ſuos nauigãt: nam oceanus certo tpe britaniã inũdat: & nilus ægyptũ. Stagnãte pa. quia aliquando padus ita inflatur: ut regionem inuudet. ut nauibus de loco ad locum neceſſe ſit nauigare Fuſo. inundante britanniam. Conſeritur bi. in ægypto naſcuntur ſcyrpi ſiue iunci robuſtiores qbus ſibi cymbas intexunt ægyptii: & his utuntur cum nilus ægyptum inundauerit. Memphitis. ideſt ægyptia: nam mẽphis ciuitas ægypti fuit: unde memphitici uates dicti ſunt. Cymba dicitur ꝙ ad ſimilitudinem cubæ figuræ facta ſit: nam figura cuba eſt concaua: & ab extremitatibus edita. Bibula: arenoſa: quia papyrus in arenoſis naſcit̃ locis. Tenet: obruit & omnia inũdat. His ratibus: dicit cæſarianos incidiſſe arbores nemoris: & his arboribus texuiſſe crates. quibus ſicorim amnem facile tranſire poſſent: ſi rõ belli poſceret. Manus: multitudo militum. Succiſum ne. pro arbores inciſas. Curuare ne. ideſt feſtinat texere crates. Fluuiq; fe. adhuc memor priſtinæ inundationis miles cæſarianus: non incipit a ripis fluminis pontem: ſed longius ſpacium occupat. ne inundationes fluminis impedire poſſent. quo minus quo uolebant traiicerent. Incrementa: inflationes fluminis. Robora: ligna baſides pontis. Primis ripis impoſuit: parte prima riparum. Diſtendit: porrigit. Ac ne quid ſicoris: præterea diduxit alueos quibus fluuius diminueretur: ſi forte creſceret. Sulcos: meatus. Repetitis undis. ideſt inundationibus ne iterum creſcat. Dat pœnam. ideſt patitur: quia antea nimis inflatus fuerat. poſtq̃ omnia fatis. petreius & afranius poſtq̃ uiderunt mutatam fortunam: & res ex uoto fluere cæſari: ſtatuerũt inde diſcedere. Hiſtoria autem eſt: nam afranius & petreius ueriti ne omnia pabula intercluderentur: qa Cæſar eqtatu multũ ualebat: conſtituerũt capta loci opportunitate inde diſcedere: & i celtiberiã bellũ trãſferre: huic cõſilio ſuffragabat̃ & illud quod priori bello in luſcitania fecerat: quod põpeius cõtra ſertoriũ geſſerat: ciuitates q̃ cũ illo ſenſerant magni põpeii uiribus uictæ ipus abſentis: fama uel nomine terrebant̃: q̃ uero in amicitia & officio pompeii mãſerãt maximis beneficii affecte eũ diligebant. ꝑterea parua admodũ: aut nulla fama cæſaris illuc puenerat. ergo inde diſcedere conſtituerunt ſed non ex ſnĩa ceſſit: nam cæſar illorũ iter interpellauit. Fatis. i. ire ſecundum fortunam & uoluntatem cæſaris. Noti orbis: ideſt cognitæ hiſpaniæ. populos: ſcilicet celtiberos bellicoſos. In ultima mundi: quia i ultima parte hiſpaniæ poſiti ſunt celtiberi. Nudatos cæſar colles: ſed cum cæſar uidit hoſtium caſtra eſſe deſerta: ſtatim iuſſit militibus tranſire fluuium: nec per pontem traiicere: ſed natantas ad ulteriorem ripam properare: ut fu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

gientes perſequerentur:unde ſicut imperauit Cæſar:ita milites executi ſunt. Nudatos colles: ubi caſtramentati erant hoſtes. Nec uada:loca ubi humilior aqua eſſet per quæ exire poſſent. Superare:tranſire. Virgilius. Superant montes & flumina tranant. Paretur:ſtatim dicto cæſaris milites fuerunt audientes:& ſe in iter periculoſũ iecere ut perſequerentur hoſtem:qui uix fugientes ſe in tantum diſcrimen coniecíſſent:quam ipſi ſuſceperunt ꝑſequendo fugientes.

Q đ fugiẽs timuiſſet iter: mox uda receptis
Mẽbra fouẽt armiſ gelidoſq; a gurgite curſu
Reſtituunt artus, donec decreſceret umbra
In mediũ ſurgẽte die. iamq; agmina ſumma
Carpit eques. dubiiq; fugæ pugnæq; tenẽt.
Attollunt campo geminæ iuga ſaxea rupes
Valle caua media. tellus hinc ardua cæſſos
Continuat colles. tute quos inter opaco
Amphractu latuere uiæ. qbus hoſte potito
Faucibus emitti terrarum in deuia martem
Inq; feras gentes cæſar uidet. ite ſine ullo
Ordine ait, raptumq; fuga conuertite bellũ.
Et faciem pugnæ uultuſq; inferte minaces.
Nec liceat pauidis ignaua occũbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit. & ad montes tendentẽ ꝑuenit hoſtem
Illic exiguo paulum diſtantia uallo
Caſtra locãt poſtq̃ ſpacio languentia nullo.
Mutua conſpicuos habuerũt lumina uultus
Et fratres natoſq; ſuos uidere patreſq;

¶SVLPI: Mox uda:Ex fluminis traiectiõe udi receptis armis corpora recreauerunt:& frigus ex flumine conceptum curſu in meridiem uſq; continuato diſcuſſerunt. Die ſurgente:ſole attollente ſe in medium cœli. Iamq; agmina ſumma traducto incolumi exercitu Cæſar copias inſtruit tripliceṁq; aciem ducere incipit ac tantum fuit in militibus ſtudium ut miliũ ſex ad iter addito ad uadum circuitu magna fluminis mora iterpoſita eos qui de tertia uigilia exiſſent ante horam diei nonam conſequerentur. Carpit agmina ſumma laceſſit in pugnam extremum Afranii exercitum. Dubiiq;:incertiq; erant an pugnarent an fugerent. Attollunt:locus quo iam prouentum erat deſcribitur. Gemine rupes:duo montes. Media inter rupes. Tellus hinc ardua:Suberant caſtris mõtes ut inquit cæſar atq; a milibus paſſuum quinq; itinera difficilia atq; anguſta excipebant:hos montes intra ſe recipiebant ut equitatum cæſaris effugerent:præſidiiſq; in anguſtiis collocatis exercitum itinere prohiberent ipſi ſine periculo ac timore iberum copias traducerent: poſuit itaq; caſtra in colle proximo Cæſar & poſtridie per loca aſpera hoſti a dextra occurrit:quod uidens Afranius ad iberum contendit:res erat in celeritate poſita:confecit prior iter cæſar & contra hoſtem aciem inſtruxit. Afranius i colle quodam conſtitit:cumq; miſiſſet quatuor cetratorũ cohortes ad alium occupandum cæſæ ſunt illæ a Cæſaris equitatu perterritusq; exercitus tãtaq; uictoriæ ſpes orta cæſari:ut ſine pugna & uulnere uideretur rem confecturus. Hinc:ab eo loco ultra. Amphractu:flexu & reuolutione. Quibus faucibus:anguſtis itineribus. ſunt enim fauces exitus & itinera inter montes anguſta & paruia.

Hoſte:afranianis. Potito:ſi in poteſtatem habeant. In deuia terrarum:in remotas terras. Ite ſine ullo: Cohortatio cæſaris ad ſuos. Raptum bellum:ereptum exercitum. Faciem:apparentiam & imaginem. Pauidis fugientibus. Ignaua morte:ut fugiendo pereant acceptis in tergo uulneribus. Excipiant pectore:occurrendo eis a fronte. Præuenit:præterit. Hoſtem:afranianos. Illic:in loco proximo. Poſtquã ſpacio:Dum petreius & afranius uallum a caſtris ad aquam ducunt & longius progrediuntur milites:colloquiorum facultatem habentes ꝓcedunt & notos municipeſq; in caſtris quiſq; conquirit & uocat:primumq; agunt gratias omne omnibus quod ſibi perterritis pridie pepercíſſent eorum ſe beneficio uiuere:deinde imperatoris fidem qrũt recte ne ſe illi ſint cõmiſſuri:& quod nõ initio fecerint cõquerunt. his ꝓuocati ſermonibus fidẽ ab iperatore de Petrii & Afranii uita petũt:neu in ſe ſcelus concepiſſe:neu ſuos perdidiſſe uideant. Quibus cõfirmati rebus ſe ſtatim ſigna tranſlaturos confirmant:legatoſq; ad cæſarem mittunt. Alii ſuos in caſtra adducunt:alii a ſuis adducuntur:adeo ut una caſtra iam facta uiderentur. Poſtq̃ ſpacio:ubi ex uicinitate ſe agnouerunt.

¶OMNIBO. Fugiens nam qui fugit minus cõſiderat picula. Mox uda:quoniã mẽbra ſua rigida & frigentia curſu fouere:impoſitis armis:& pſequendo hoſtes. Curſu:ſubaudi cũ. Reſtituũt:calefaciunt. Gelidos:frigefactos a gurgite:nam dum celeritate pſequerent hoſtes:calefacta ſunt mẽbra. In mediũ ſurgente die:qa nõ deſtiterũt perſequi hoſtẽ:uſq; ad meridiẽ. Decreſceret:diminueret. nam meridie umbræ ſunt minores. Surgẽte die .i. ſole ſe attollente in meridiem. Iãq; agmina ſumma:& iã adepti erãt cæſaris milites fugiẽtẽ hoſtẽ ut extremum eorum exercitũ cederẽt. Eques .i. eqtatus. Carpit:cõprehẽdit. Sũma agmina .i. ultima .ſ. fugiẽtis petreii & afranii. Dubiiq; fugæ:quia incerti erãt fugerẽtne:an cõuerſi cõtra Cæſarianos pugnarent. Attollunt campo: deſcribit nunc locum:ad quem fugientes:petreii & Afranii milites:& pſeqūentes cæſariani puenerunt:dicit uallẽ cauã fuiſſe:in mediaq; ualle duos colles ſurrexiſſe:qui terra cõtinuabant:inter hos colles media uia erat ad quam ſi ꝑuenissent fugientes:tuti etiã inuitis cæſarianis in extremas iberiæ partes contuliſſent:ergo Cæſar ut ante caperet locum:milites ſuos properare iuſſit. Geminæ rupes: duo colles. Tellus eſt in medio:duo colles erant a dextris & a ſiniſtris deinde uia arctior coniungebat hos colles. Hinc:ab una parte. Continuat:coniungit. Amphractus:proprie dicit locus ꝑceps. dicit ergo uias illas undiq; clauſas fuiſſe amphractu colliũ .i. ꝑcipicio ut locus ille inaceſſibilis eſſet. Latuere .i. occulte fuerunt. Quibus .h.p. ſi ad hanc uiã ueniſſent hoſtes tũc ire potuiſſent inuitis cæſarianis in extrema iberiæ. In deuia .i. deſt remota loca & uſq; in celtiberiam. Feras gentes:qa bellicoſi ſunt celtiberi: Ite. ergo cũ Cæſar iã mitteret milites:ꝑuenite inquit hoſtem:& occupato loco fugiẽtibus occurrite:ut nõ a tergo illos:ſed a fronte cedatis. Cõuertite .ſ. in uos. Raptũ:qa rapti fugere tẽtant. Nec liceat:cum illi



fugiant. Ignaua morte .ſ. a tergo: & facite ut milites ignaui moriantur fortiter. Pauidis .i. fugientibus: quia mors ignaua eſt fugientibus. Dixit:hec ubi dixit Cæſar:ſtatim milites paruere:& iã hoſtem præuenere. Illic: hoſtes ubi id uiderunt ſe depræhendi caſtra poſuerunt. & Cæſar haud procul inde caſtra poni iuſſit. Illic:in eo loco ubi Cæſariani adepti erant hoſtẽ. Locant .ſ. Cæſar & Petreius. Exiguo uallo: quia nõ erat ſpaciũ longioris ualli faciendi in orbẽ anguſtũ caſtra poſuerunt. Poſtquã:& cũ caſtra nõ procul uterq; exercitus poſuiſſet data eſt facultas:ut inter ſe milites conſpicerent de caſtris:& fratres conſpicerent fratres:patres filios:& primo quidẽ taciti enſe quẽ cuncti tenebant inclinato ſignificabant ſalutẽ:ſenſim autẽ proceſſerunt eo ut intra uallũ hoſtium tranſirent:& iã eo res peruenerat. ut pax ſecutura uideret:ſed Petreius & Afranius ubi periculũ uiderunt:ne ſui milites moti pietate ſuorũ cũ cæſare iungerentur:armati cũ aliquot cohortibus ueniunt:& hoſtẽ e caſtris trudunt. ſuoſq; acriter trudunt:ꝙ fidẽ datã Pompeio ſenatui:atq; reip. prodere uoluerint:& ita concordia quæ prope modũ coniuncta erat excuſſa eſt nec hic fabuloſe loquitur Lucanus ꝙ hæc fere eadẽ ab Appiano referunt ait enim cũ Petreius & Afranius ad interiora iberiæ loca ſeceſſiſſent:aliũ paraturi exercitũ ꝙ Cæſar inſecutus: foſſa præpeditos ulterius tranſire prohibuit:eorũ quoq; partẽ ad exercitus ſui detentionẽ prodeuntẽ circundedit:hi autẽ capita clypeis ſubiicientes (quod deditionis ſignũ haberi ſolet) ſeipſos tradere ſignificabant. cæterũ Cæſar nec ſuſcepit eos:nec ullo genere mortis affecit: uerũ ad Afraniũ redire conceſſit:omnifariã blandiciarũ genere ad hoſtes uſus:qua ex cauſa milites in unũ ſe immiſcentes loquebant: & iã ſermones inter eos de conuentione agitabant:tandẽ Afranio Cæſariſq; ducibus hiſpania excedere uiſũ eſt:eãq; Cæſari relinquere:& nullo accepto incommodo ad Pompeiũ redire:his Petreius aduerſabat:& per exercitũ hinc inde diſcurrens quoſcũq; Cæſaris militibus immixtos reperiſſet ferro ſequebat inſurgentibus in eũ exercitus primioribus: unũ ex ipſis enſe confecit:aquatione tandẽ a Cæſare intercepta. Petreius in arcto conſtitutus cũ Afranio ad colloquiũ cũ Cæſare peruenit exercitibus utraq; parte ſpectantibus:couenire igit cũ illo hiſpania excedere: eãq; illi poſſidendã tradere: ſi ultra fluuiũ tutos præmiſiſſet:indeq; ad pompeiũ liberos abire ſineret. Lumina languentia ſpa. hoc fit quũ uius oculorũ nullo interuallo hebetantur.

Deprehenſũ ẽ ciuile nefas: tẽuere pãrũpe
Ora metu, tantum nutu motoq; ſalutant
Enſe ſuos. & mox ut ſtiulis maiorib⁹ ardẽſ
Rupit amor leges audet trãſcẽdere uallũ
Miles: & amplexus effuſas tẽdere palmaſ.
Hoſpitis ille ciet nomẽ. uocat ille ꝓpiquã
Admõet hũc ſtudiis cõſors puerilib⁹ ætaſ.
Nec rõanus erat q nõ cognouerat hoſtẽ.
Arma rigãt lachrimis ſingultib⁹ oſcula rũ/
Et q̃uis nullo maculat⁹ ſãguie miles pũt
Quæ potuit feciſſe tiet. qd pectora pulſaſ
Quid ueſãe times. flectus qd fũdis inães
Nec te ſponte tua ſceleri parere fateris
Vſq; adeo ne ties quẽ tu facis eſſe timẽdũ
Claſſica dãt bellũ ſæuos tu neglige cãtus
Signa ferũt ceſſa. iam iam ciuilis erinys
Cõcidet & cæſar generũ priuatus amabit

¶SVLPI. Deprehenſũ:itellectũ & agnitũ. Tenuere ora: taciti aſpiciebant. Nutu: inclinatione capitis & manus exporrectione. Ardens:maio. ſti. uehementior. Ruit leges: fregit belli conſuetudinẽ: hoſtes enim in caſtris hoſtiũ nõ uerſant. Ille:aquis. Nunc:amicũ a pueritia cognitũ. Admonet:memorẽ reddit: Nec romanuſ:omneſ enim romani ſe agnoſcebant. Arma rigant: ꝑ leticia triſtitiaq; lachrimabant & ſingulciebant. Timet quæ potuit feciſſe:horret cedẽ amici fratris filii parentis qua facere potuiſſet. Quid pectora:Milites dolentes arguit. quod ipſi darent ſibi belli cauſã cũ finẽ bello poſſent imponere ſi Cæſari nõ parerent Pulſas: percutis ut eſt dolentiũ mos. Sceleri: bello ciuili Eſſe timendũ: potentẽ. Claſſica dant bellũ. Diſtributio eſt cũ contrario Tubæ inquit dato ſigno ad pugnã te incitãt:tu loco nõ te amoueas. Ferunt:ſigniferi. Signa: aquilas & reliqua militaria. Ceſſa:noli comitari. Erimnys:furor & ſeditio Erimnys furia dicitur habetq; in plurali erimnes. ſunt tamẽ qui ſubtrahant .n. cũ .y. Priuatus: ſine imperio & deſertus a militibus.

¶OMNIBO. Deprehenſũ eſt .c. tũ deniq; intellectũ eſt quantũ nefas eſſet ciuile bellũ. Metu .ſ. ſuorũ ducũ:quia nõ audebant hinc Cæſariani milites ſalutare illos & e diuerſo. Enſe:quia educto enſe aciẽ gladii in manu tenebant: & inclinato capite ſe ſalutabant. Mox ut .ſ. ſed ubi ſenſim appropinquauerunt: & uis pietatis animos utriuſq; impulit:primo quidẽ auſi ſunt Cæſariani milites tranſcendere uallũ.

Rupit leges:quibus ducibus ſuis aſtricti erant:iureiurando enim afirmauerant fidẽ datã ſeruare: Palmas:quia ocurrebant militibus: & inter ſe nõ tanquã hoſtis hoſtẽ ut amicus amicũ amplectebantur. Hoſpitis ille: nunc cauſas exponit quibus illi in amorẽ ſine ullo ordine ruerunt. Admonet hunc ſtudiis: & amicus familiarẽ ſuũ aſpiciebat:cũ quo ab ineunte puericia uſus & conſuetudo fuerat: Puerilibus ætas:quia ſimilitudo ſtudiorũ maximũ eſt amoris uinculũ:at Vir. Adeo in teneris conſueſcere multũ eſt. Nec romanus erat:ſed peregrinus ipſi ro. inter ſe cognoſcebant:præter q̃ qui ex iberia & Celtiberia erant cũ Petreio & Afranio: & ex gallia cũ Cæſare illi ergo nõ cognoſcebant hoſtẽ. Arma rigãt: cũ ita inter ſe coniuncti alloquerentur. primo quidẽ lachrymas dabant & ſingultus uerba impediebat. Singultibus:quia primũ uerba exprimere nõ poterat dulcedine quadã pietatis: Quæ potuit fe. quia obſeruabatur oculis eorũ quantũ mali facere poterant:uidelicet pater filiũ: filius patrẽ:familiaris familiarẽ occidere potuiſſet. Maculatus ſanguine .i. nullã Cædẽ perpetrauerit. Quid pectora .p. cũ in notitiã uenit ſceleris quod facere poterat ſibi pectora pulſabat dicens. Hei mihi quo redactus fui ut paululũ affuerit:quin patrẽ occiderẽ:reprehenditq; eos poeta dicens: ſtulte quod pectora percutis quaſi doleas ꝙ tantum ſcelus committas:nunquid difficile eſt pacem agere. q. d. facile eſt:uidelicet ſi uolueris Cæſarẽ deſerere



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

ergo hāc tibi neceſſitatē īducis.quā ſi uolueris facile uitare poteris : ut quē potētē feciſti : priuatū reddas . Inanes.i.cur inaniter fles.cū poſſis tuis tibiq; cōſulere. Spōte:quaſi coactus ſis ab hoc facius belli te peruēire . Times.ſ.cæſarē cui niſi parere uolueris: te cogere nō poterit. Claſſica dēt : oſtēdit ſi modo uoluerit miles poſſe a bello deſiſtere:nā ſi cæſar iubet tubis ſignū belli dari:tu neglige cātū:nec ad cātū tubæ ſūpſeris arma. Claſſica .i.tubæ. Bellū ſignū belli. Signa ferāt:cōtra hoſtē.ſ.iubēte cæſare. Ceſſa:deſiſte noli ire. Iā iā ciuilis he.ſi hoc feceris:furor deſiſtet:& ceſſat qui perſequit̄ generū ubi ſe priuatū uiderit nō parētibus militibus illud amare incipiet. Priuatus:nō parēte milite.

¶SVLPI. Nūc ades.inuocatio nūinis ut inter hos nexa cōcordia amoueat tātū reip.calāitatē. Agitq; phyſice quantū mētē ſiue uerbū ſiue amorē ſiue ſpiritū inuocat quo omnia cōtinētur ut libro ſexto Virgilius docet. Pricipio cœlū ac terras &c.& in ſecūdo de natura deorū Cice.ait Vno ſpiritu omnia cōtieri : hic eni elemēta & res omnis cōnectit. O ſalus rerū:o deus: Mūdi miſti: cōiūctorū elemētorū. Nexu:uiculo a pace Sūt eni elemēta certo fœdere & naturæ cōcordia iūcta. Terra eni propter frigiditatē aqua cōiūgitur Aqua aeri propter hūanitatē. Aer igni propter caliditatem in reliquis autē nauræ qualitatis cōtraria ſūt. Sacer amor:inuiolabiliſ caritas ſine qua nec mūdus nec minimæ eius partes ſtare poſſūt:amicitia eni ut Ci. in bello docet omnia cōtinētur. Nūc ades:adiis & faueas. Dſcrimē uēturi : periclū in ſtitiū malorū. Periere latebræ:iā ſe impietatis excuſare nō poſſūt quia uiderūt ſe cōtra neceſſarios arma ferre per latebraſ ergo mutuā perſonarū ignorationē intelligit. Eſt erepta: ſciūt eni ſe cōtra chariſſimos militare:quod cū prius ignorarēt poterāt ut nō impii uideri uēia digni. Pro fata:deos Incuſat quod tātā ſtragē ex cōcordiæ initio emanare permiſerit. Siniſtro nūine : iniuſto & aduerſo imperio & poteſtate. Inſtituūt mēſaſ:ordinat toroſ ſuper quibuſ diſcūbāt. Libāina:pitiſſatiūculas & guſtātiūculas. Permiſto.nā ex caſtriſ in altera caſtra uectū miſcebāt. Grāinei:herboſi. Luxere.ſplēduere igne qui lucebat in focis. Fabula : cōfabulatio i geſtorū i bello. Extrahit:ptrahit & expellit nā

Nūc ades æterno cōplectēs omnia nexu<br>
O rerum miſtiq; ſalus concordia mundi.<br>
Et ſacer orbis amor.magnū nūc ſæcula no<br>
Vēturi diſcrimē habēt.perire latebræ (ſtra<br>
Tot ſcelerū.populo uēia ē erepta nocēti<br>
Agnouere ſuos.proh numine fata ſiniſtro<br>
Exigua requie tantas augētia clades<br>
Pax erat & caſtris miles permiſtus utriſq;<br>
Errabat. duro concordes ceſpite menſas<br>
Inſtituūt, & permiſto libamina bacco<br>
Graminei luxere foci,iunctoq;' cubili<br>
Extrahit inſomnes bellorū fabula noctes,<br>
Quo primū ſteterit cāpo q̃ lācea dextra<br>
Exierit.dum quæ geſſerūt fortia iactant<br>
Et dū multa negant.qđ' ſolū fata petebāt<br>
Eſt miſeris renouata fides , atq; oē futurū<br>
Crēuit amor nefas.nā poſtq̄ fœdera pacis<br>
Cognita petreio,ſeq; & ſua tradita uenū

ſtudio cōfabulādi noctē puigilabāt. Quo primū ſteterit.ubi primū ſteterit Iactāt uel ianiter loquūt uel cū iactātia referūt. Negāt:diſſētiūt iterloquēdū. Fata petebāt:dii uolebāt. Fides:i ſuos duces. Creuit amor:ſpōte fecerūt. Nefas:cædes. Nā poſtquā:his rebus nūciatis afrāio ab opere ſic ſe recepit in caſtra ut quæcūq; accidiſſēt æquo animo ferret. Petreius uero cū fāilia armata & prætoria cohorte cetratorū barbariſq; equitibus improuiſo ad uallū aduolat:colloquia militū iterrūpit hoſtes repellit quos deprehēdit interficit. Reliqui ſe coadunāt & diſtrictis enſibus ſiniſtras ſagis inuolūt & ſe in caſtra recipiūt. Quidus rebus cōfectis Petreius māipulos circuit militeſq; appellat:neu ſe neu pōpeiū abſētē imperatorē ſuū aduerſario ad ſupliciū tradāt obſecrat . fit celeriter cōcurſus in prætoriū poſtulēt ut iurēt omnes ſe exercitū duceſq; nō deſerturos neq; prodituros neq; ſibi ſeperati a reliquis cōſiliū capturos.iuratū eſt:edicūt penes quē quiſq; ſit miles cæſaris ut producāt productoſq; palā in prætorio interficiāt. Sed plerięq; quos cæperāt celāt noctuq; per uallū emittūt. Cæſar milites aduerſariorū qui in caſtra per tēpus collocutiōis uenerant ſumma diligentia conquiri & remitti iubet retentis qui ſpōte ſua apud eūa remanſerunt. Venum:in uenditionem.

¶OMNIBO. Nūc ades æterno : poeta hic cōcordiā inuocat ut adſit perpetuoq; māeat inter milites. Ades: pro adſis: O rerū ſalus:q niſi cōcordia eſſet:nec ipſa rerū primordia ſtarēt:nā id eſt ex quo ,pbāt philoſophi:primā materiā eſſe uidelicet q̄iter ſe cōcordia q̄dā cūcta tenerēt:dicūt.n.nō ſecūdū diuerſas q̄litates cōiūcta eſſe inter ſe elemēta.i.rerū primordia ſed ſecūdū eas magis diſcerni uel diſſētire frigus a calore hūidū a ſicco:ſed ē aliud cōmune oībus.cōcordia q̄ iter ſe cōiūcta manēt. Cōcordia mūdi:qa ex diuerſis q̄litatibus q̄ i mūdo ſūt cōtinēt. Et ſacer orbis amor: hoc ad hūmanū gēus ſpectare uidet̄ nā niſi iter ſe amore cōiūctū teneret̄ hūanū genus:nec dōus:nec urbes nec ipſe orbis terrarū ſtare poſſet:ſed hoc pimū pietate ,pueit.deide a iuſtitia . Sacer amor.i.cōiūctio iter amicos & amicitia q̄ ſalus ē totius orbis:omnia.n.cōſeruat: & i ea oia cōſiſtūt . Magnū nūc ſæ.no.nūc in magnū periculū uēturi ſumus: ne in futurū caritas pereat : & ea quæ eſt inter ſanguine cōiūctos nā,propoſito horū exēplo qui ſe uulneribus ſciētes occiderūt:nullo ſanguinis uinculo deterriti:periculū eſt ne id,poſteri quoq; faciāt. Vēturi:ne malo horū exemplo arma cōtra ſeipſos homines ferāt : & filii cōtra parētes. Periere latebræ: iā nō ignorātiæ pōt attribui hoc poſtquā iter ſe ſemel cognouerūt . Latebræ.i.ignorātia.qa primo neſciebāt cōtra quos arma ſtringerēt : ſed nūc nō poterūt ſine magno ſcelere cōferere manū . latebræ in ,pſa corū mpit:i uerſu uero ,p rōne metri cōis ē. Populo uenia ē. nūc poſtq̄ cognouere ſuos nō excuſādi erūt. Proh numine fata:o fata inqt q̄ aduerſū fuit nomē romanis:& uoluentis illos breui tpe eſſe cōcordes:ut mox ſcelus inexpiabile facerēt:fata eni hoc interuallū pſtare uoluerūt: ut inter ſe cognoſcerēt quo ſcelus magnū cōferrēt. Siniſtro nūine:p ſiniſtri nūinis. Exigua requie.i. paruo interuallo poſito quo inter ſe cognouerūt



Tātas clades:cōcordia hoc facit:ut futura clades maior ſit:& interuallo nō ignoſcēda. Pax erat:redit ad propoſitū poſt inuocatā cōcordiā . Et miles caſtris: nā cæſariāi milites in caſtris Petrei & Petrei milites in caſtris Cæſaris permixti erāt. Errabat:quia iter eos iā nouū fœdus cōpoſitū erat. Libāina baccho:quia mos erat antiquiſ antequā biberēt exiguū uini in ignē infūdere : & id baccho libare dicebāt .a græco λοιβη .i.libamē a λείβω fūdo.ita id uinū quaſi primitias dicebāt. Libāina.ſ.inſtituūt. Grāinei ex herba incēſi : uel in grāine cōſtituti . Foci dicūt̄ loci ubi ignis ſeruat̄ a fouēdo. Iūctoq; cu. in eodē lecto dormiētes inter ſe cōfabulāt̄ de bellis inter ſe geſtis. Extrahit.i.producit. Inſōnes no.quia uigilabāt dulcedie amoris cōfabulātes : Quo.narrabāt.n.cæſariani milites:quæ bella in gallia geſſere dū per.x.annos ſub cæſare militabāt.Exierit.ſ.in hoſtē. Quod ſolū ſ.p.ita dii inqt uolebāt ut fides reſtitueret̄: & ad ſuos utriq; duces redirēt rēouata fide: cuius obliti uidebāt̄:nā cæſariāi milites obſigauerāt ſe cæſari & petrei petreio. Amore.ſ.uiolato. Nam poſtquā: nā petreius inquit poſtquā uidet caſtra ſua plēa eſſe militibus cæſariāis.uidēs fore ut ipſe cū ſuis omnibus cæſari propēodū uēderet̄: & ſuæ ſalutiq; ſuorū metuēs ſatellites ſuos arma ſūere iuſſit : & cū in tētoriis militū inſpexiſſet:ubi cū omnibus cōuiuia celebrabāt mēſas diſturbat:quoſdā uulnerat:nōnullos interfecit.& ita eiectis e caſtris cæſariāis ad cōcionē milites ſuos cōuocat:& eos acriter reprehēdit : q̄ facile obliti libertatis ſe in ſeruitutē cæſaris cōferre uoluerint. Tradita uenū.i.uenūdata eſſe:unde uenūdo dicit̄ a uenū & do:& dare uenū eſt uēdere .

Caſtra uidet:fāulaſ ſcelerata ad p̄lia dextraſ<br>
Excitat:atq; hoſtes turba ſtipatus iermes<br>
Præcipitat caſtris:iunctoſq; āplexibus ēſe<br>
Separat:& multo diſturbat ſāguine pacē.<br>
Addidit ira ferox moturas prælia uoces<br>
Immemor o patriæ:ſignorū oblite tuorū:<br>
Non poteſ hoc cauſæ mileſ præſtare ſēat⁹<br>
Aſſertor uicto redeas ut cæſare:certe<br>
Vt uincare potes:dū ferrum incertaq; fata<br>
Quiq; fluat multo nō deerit uulnere ſāg⁄<br>
Ibitis ad dōinū.dānataq; ſigna feretis (uis:<br>
Vtq; habeat fāulos nullo diſcrimine cæſar<br>
Exorād⁹ erit ducib⁹ quoq; uita petēda ē.<br>
Nunq̄ noſtra ſal⁹ pretiū merceſq; nefādæ<br>
Proditionis erit:non hoc ciuilia bella<br>
Vt uiuam⁹ agūt: trahimur ſub noīe paciſ<br>
Non chalybē gētes pēitus fugiēte metallo

¶SVLPI. Dextras famulas:familiā & ſatellites ſuos. Scelerata:quia ciuilia & hoſpicialia. Turba ſtipatus: frequentatus cohorte. Voces: uerba irritantia ad certamē. Immemor o patriæ:acris ad pacē diſſuadendā oratio irritandiq; ſuos & in fidē retinendū primūq; ipſos ab ingratitudine & perfidia arguit. Immemor:ingrate. Signorū: quæ ſequeris. Nō potes præſtare: nō potes hoc agere ut uicto cæſare redeas patriæ ſanatuſq; liberator & confirmator priſtini ſtatus. Dū ferrū:argumentatur a fortuna pro libertate ſeruanda quæ uitæ eſt ante ferenda: melius eſt enim libere mori q̄ in ſeruitute uiuere: Incerta fata. euentus & uictoria dubia. Ibitis ad dominū:euadetis ſerui. Signa damnata:cæſariana qui patriæ hoſtis eſt. Exorandus erit: imperrandū a cæſare. Vt habeat fam.nul.diſ. ut ſitis eius ſerui & abſq; doctrina nullus ſit liber. Vita : ſalus ducū. Nunquā noſtra ſalus : nunquā erit inquit ut ego ex proditione ſalutē conſequi uelim:nā malo mori.pacti enim fuerant milites de ducū ſalute in ipſa caſtorū proditione. Nō hoc ciuilia:nō pro ſola uita ſed pro libertate pugnamus. Ideo: enim gerenda ſunt bella ut tute uiuere in pace poſſumus. Trahimur : ducimur in ſeruitutē chalybē : nō opus eſſet neceſſaria bello parare atq; pugnare:ſi libertatē pro pace uellemus amittere. Eruerent:effoderent. Calybē : calybs fluuius in hiſpania a quo Calybes dicunt̄ eius accolæ qui ferrū effodiunt quod & calybs appellatur . Virg. Vulnificuſq; calybs. Sunt alii calybes iuxt paphlagoniā in ponto. Fugiente::uidetur enim fugere quia latet in uenis terræ .

¶OMNIBO. Ad ſcelerata:quæ diſcordiā & caritatē uiolarent. Turba.ſ. ſatellitū ſuorū. Inermes : quia depoſitis armis inter ſe pacē agebant. Præcipitat:præcipitando expellit e caſtris. Sanguine:cæſorū & uulneratorū. Addidit ira ferox:nō contentus fuit eieciſſe quoſdā cæſarianos e caſtris quoſdā uulneraſſe:niſi contione reuocata milites ſuos acriter reprehenderet. Ira ferox:pro ipſe iratus. Moturas:cōcitaturas animos ad prælia.& ſic habitū futuræ orationis exponit. Immemor o patriæ:primo meliorē ſuā cauſā oſtendit: quod in principio facere ſolemus:& eſt oratio diſſuaſoria:quæ in deliberatiuo genere poſita eſt:diſſuadet.n.nec uelint ſub obtentu pacis ſe cæſari in ſeruitutē tradere : oblitus es ne inquit melioris cauſæ uidelicet qui partes ſenatus po. q; ro. ſuſcepiſti locutus eſt beniuolentiæ a rebus ipſis cū cauſā noſtrā extollendo aduerſariorū per contemptionē deprimemus. Nō potes:occurrit in principio:quia dicere poterant nō poſſumus uincere ergo ſatis eſt ut concordiā & pacē agamus:reſpondet uincere nō potes. mori potes ergo ſatius eſt ut liber moriaris : q̄ ſeruus uiuas . Cauſæ.ideſt qui meliorē cauſā ſecutus pro rep.arma ſumpſeris. Aſſertor.ideſt uindex libertatis. Vt uincare nō potes hoc facere:quia inferior es uiribus:moriaris pro libertate potius quā in ſeruiture uiuas. Incerta fata. ſcilicet nō deerunt nobis : quia in dubio adhuc eſt pugna uter uictor futurus ſit. Ibitis ad dominum:ut ſeruiatis: cum liberi eſſe poſitis. Feretis: ſuſtinebitis. Damnata ſigna.ſcilicet Cæſaris : quæ ſemel damnaſtis : tunc cum Pompei ſigna prætuliſtis quaſi dicat non debetis ſeruire. Vtq; fa.habebat pulchrum eſt inquit exorare Cæſarem: ut uos uelit in ſeruitutem recipere. Nullo diſcrimine.ideſt certamine hoc eſt incruento marte. Ducibus quoque uita:ſi diis placet hoc pacto cum Cæſare conuenientis : ut uos accipiat : & nobis ducibus uitam donet: ſed non patiemur hoc. Precium merces.ideſt nunquam paciſcemur pro libertate ſeruitutem. Non hoc.c.b.non intelligitis quid Cæſar agat : & milites ſui non enim hoc facit ut uiuamus : ſed ſub obtentu pacis ſeruitutem dabit : ſi ei parere uoluerimus . Precium merces : arguit a parte honeſti.ideſt fortitudinis : quia uiri fortis eſt glorioſe mori:potius q̄ turpiter uiuere. Non calybem genus : ſenſus eſt ſi homines ſeruire poſſent bella nul⁄



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

la gererentur:ſed libertatis cupido facit ut homines uelint alii aliis eſſe ſuperiores.eſt autem argumentũ a comparatione.nam in locis argumentorum continetur a pari:a ſimili:a maiori: & minori: & a comparatione.i.cum comparatur res rei:quæritur enim utrum libertas anteponenda ſit paci:an pax libertati.

Eruerent.nulli ualerent oppida muri.
Nõ ſõipes in bella ferox.nõ iret in æquor
Turrigeras claſſis pelago ſparſura carinas
Si bene libertas unquam pro pace dareẽ
Hoſtes nẽpe meos ſceleri iurata nefãdo
Sacramenta tenent.at uobis uilior hoc ẽ
Veſtra fides. quod pro pugnãtibus æqua
Et ueniam ſperare licet proh dira pudoriſ
Fœdera nunc toto.fatorũ ignarus in orbe
Magne paras acies.mũdiq; extrẽa tenẽteſ
Solicitas regeſ.cum forſan fœdere noſtro
Iam tibi ſit promiſſa ſalus.ſic fatur. & oẽs
Concuſſit mẽtes ſcelerũq; reduxit amorẽ.
Sic ubi deſuetæ ſyluis in carcere clauſo
Mãſueuere feræ & uultus poſuere mĩaces
Atq; hoiem didicere pati.ſi torrida paruus
Venit i ora cruor redeũt rabieſq; furorq;
Admõitæq; tumẽt guſtato ſãguine fauces
Feruet & a tepido uix abſtiet ira magiſtro
Itur in omne nefas. & quæ fortuna deorũ
Inuidia cœca bellorum in nocte tuliſſet
Fecit mõſtra fides. inter menſaſq; toroſq;
Quæ mõ cõplexu fouerũt pectora cedũt

℄SVLPI. Valerent:munirent & uellut uallo circundarent. Sonipes:equus. Nõ iret in equor: nõ fabricarent.n naues ad pugnã. Si bene libertas:ſi ſerui eſſe pro pace eſſe quendã uelemus. Hoſtes: argumentatur a fide ſeruanda cũ collatione ab iniuſto ad iuſtũ. Illi enim: inquit ſeruant ius iurandũ in re iniqua uos ipſũ etiã cũ ſpe uẽie in re æqua negligitis. Sceleri: bello ciuili. Hoc: tanto. Aequa cauſa: quia ſenatũ & libertatẽ tutamini. Pro dira: epilogus per commiſerationẽ & amplificationẽ. Auget enim generalẽ offenſionẽ & inſperatã peccati imanitatẽ: & iniquũ factũ deplorat. Dira pudoris: hypallage eſt diri & magni pudoris. Quũ forſan: cũ forſan iſti pepigerint de ſalute tua teq; prodiderint. Selerũ:cediũ. Sic ubi: fere militibus Carcer caſtris rabies iræ confertur. Deſuetæ: quã diu ceſſauere.
Vultus minaces:toruitatẽ & iracundiæ ſigna. Pati homi nem:nõ iraſci. Torrida: ſicca & famelica. Admonitæ. in memoriã reuocatæ. Tument: ſuperbiunt. Feruet: excãdeſcit. Magiſtro: gubernatore. Itur: a militibus. Fecit monſtra fides: pax ipſa uel certitudo rei geſtæ fecit impias cedes quas fortuna in bello occuluiſſet. In cœca noctæ: in confuſione & ignorantia præliorũ.nemo enim ſciuiſſet auctorẽ impiæ cædis. Deorũ inuidia:cũ odio in deos: ſi quidẽ omne ſcelus diis fuiſſet aſcriptũ gementes inuiti.
℄OMNIBO. Si bene libertas.i. ſi homines æquo animo ſeruire poſſent in pace: nulla bellorũ cauſa prorſus eſſet: ordo tendit ad eũ locũ: ſi bene libertas unquã daretur pro pace. Gentes nõ er.ca.i. nõ quærerent ferrũ:quo arma fabricarent.Calybes: populi ſunt in ponto iuxta paphlagoniã apud quos optimũ ferrũ inuenitur. Vir. At calybes nudi ferrũ.Hos enim ferri copia ut inquit Strabo: illuſtres fecit:apud calybes phamatia ſita eſt in mari habens pelamydũ copiã in terra uero ſunt metalla:nunc ferri: prius etiã argenti imminent monteſ metallis pleni ac ſiluis. Nulli ual. opi.mu.nec etiam mœnia ædificarentur quibus ſe ab hoſtibus defenderent. Fugiente metallo:quia metallum interius fugere uidetur & homines illud humano labore effodiunt. Nec ſonipeſ:nec bella terreſtria eſſent nec maritima. Turrigeras carinas:quia turritæ ſunt carinæ quibus bella geruntur. Si bene libertas.ideſt ſi pax libertati eſſet anteponenda. Hoſtes nẽpe meos:ab honeſti parte arguit:a iuſtitia a partæ iuſtitiæ: quã ueritatẽ ci. appellat nam ueritatiſ fides eſt cuſtos:fidem dictam eſſe uolunt Stoici q fiat quod dictum eſt: arguit ergo a iuſtitia:uidelicet debere eos ſeruare fidem datam pompeio: qua deinde ſunt ipſis ducibus obligati.arguit etiam a minori ad maius: nam ſi hoſtes cæſariani qui deteriorem cauſam ſequuntur:ipſi quoq; arma ſumpſerunt: ut unus cæſar regnet:tamen milites fidẽ illi ſeruant:quanto magis uos eam ſeruare debetis: qui non pro unius imperio:ſed pro libertate:pro rep.pro ſenatu po.q; ro.arma ſumpſiſtis. Sacramenta tenent: nam ſiiuſiurandum præſtiterunt:ut pro unius dominatu pugnarent:tamen fidem datam ſeruant: Sceleri nefan.ſ. Cæſaris. Quod pro cauſa pu.æqua:pro ciuitate pro libertate.pro legibus:atq; iudiciis defendendis. Et ueniã ſperare licet:uos tãdẽ meliores eſtis q̃ Cæſaris milites:a quibus etiã ueniã ſperare poteſtis:& Cæſar q arma cõtra illũ ſumpſeritis:cũ uos honeſtiorẽ cauſã defendatis:immo cæſar a uobis ueniã petere deberet. Proh dira pudoris fœdera: nunc in conqueſtionẽ erumpit. Pudoris:nõ aduertitis quantũ dedecus admitatis qui parati eſtis contra maieſtatẽ ueſtri imperatoris Pompei fidẽ iungere cũ Cæſare: ut ab eo (ſi diis placet) ueniã petatis quod indignũ eſt ætate:fortuna:honore:& maximis meritis: quibus & rempublicã ſibi obligauit. Dira: ideſt ſæua fœdera quæ uos inſtituiſtis. Nunc toto fatorũ:nunc apoſtrophat ad Pompeiũ. o Pompei quo nã redacti ſunt milites tui uides:qui pro dignitate tua totum orbem in bella concitas:arma ſumis pro libertate aduerſus cæſarem: & milites tui parant turpiter a cæſare impetrare ſalutem quod indignum eſt. Fatorum.i. tuarum rerum quæ hic geruntur. Paras acies:paras totum orbem ad arma concitate pro libertate. Cum forſan fœdere noſtro:cum iam nos milites tui(ſe enim cum illis commemorat) paciſcatur ſalutem tuam a cæſare. Sic fatus: concludit nunc quomodo ſe habuerint milites audita oratione petrei depoſita enim pietate: omnes in belli amorem reſtituti ſunt. Sic ubi deſuetæ per ſimilitudinem oſtendit quomodo redierint in priſtinũ furorem:quẽadmodũ inquit cuſtoſ & magiſter leonũ:qui eos in cauea ſeruat:ita plærũq; ſubigit:ut incipiant paulati manſueſcere & hois iperia pati:ſed ſi forte ſanguinẽ guſtauerint:ſtati naturæ ſuæ recordant & in furorẽ naturalẽ redeunt. Deſuetæ ſyluis.i.relictis ſyluis diu in caueis cuſtoditæ fuerunt. Manſueuere.i.manſuefactæ ſunt feræ longitudine tẽporis.



Vultus po.mi.quia nõ ſolũ re ipſa manſueuerunt:ſed etiã ſpecie & habitu manſuetudinẽ quandã induiſſe uident. Atq; hominẽ:ideſt imperia hominis. In torrida ora:quæ diu ſanguine ſicca fuerunt. Admonitæ: ſcilicet guſtato ſanguine. Feruet. incendit. Trepido magiſtro:quia magiſter trepidare incipit ubi uiderit iraſci leonẽ. Itur: in omne nefas poſtquã ſemel concitati ſunt uerbis & oratione petreii milites: ruunt in omne ſcelus. Et quæ for.deorũ:ſenſus eſt ſi fortuitu inter ſe pugnarent ignari: tolerabilis illa pugna fuiſſet & quicquid diſcordiæ geſtũ atq; admiſſũ eſſet diis aſcribendũ uideret. Tuliſſet: excuſaſſet. Cæca nocte:ignorantia occulta quia ignorabant parentes filios ſuos. Inuidia for.de.quia omne nefas diis aſcribendũ eſſet q uoluiſſent ut manus inter ſe confererent. Fides:ideſt certitudo:quia certi erant contra ſuos ſumpſiſſe bellũ & ferrũ.uel fides qua iurati erant petreio. Monſtra:ſcelera monſtris ſimillima. Inter ipſas epulaſ ubi paulo ante inter ſe complexi fuerant cædes perpetratæ ſunt. Cædunt:uulnerant.

Et quanuis primo ferrũ ſtrinxere gemẽtes:
Vt dextræ iuſti gladius diſſuaſior adhæſit
Dum feriunt odere ſuos:animoſq; labentes
Confirmãt ictu feruent iam caſtra tumultu
Et turba ſcelerum rapiuntur colla parẽtum
Ac uelut occultũ pereat ſcelus:oia mõſtra
In faciẽ poſuere ducum:iuuat eſſe nocenteſ
Tu cæſar quanuis ſpoliatuſ milite multo
Agnoſcis ſupos. neq; eni tibi maior in aruiſ
Aemathiis fortuna fuit:nec phocidoſ undis
Maſſiliæ:phario nec tantũ eſt æquore geſtũ
Hoc ſiquidem ſolo ciuiliſ crimine belli
Dux cauſæ melioriſ eris:polluta nefanda
Agmina cede duceſ iũctis cõmittere caſtris
Non audent:altæq; ad mœnia rurſus ilerdæ
Intẽdere fugã: cãpos equos obuius omneſ
Abſtulit: & ſiccis incluſit collibuſ hoſtem
Tunc inopeſ undæ prærupta cingere foſſa
Cæſar auet. nec caſtra pati contingere ripaſ
Aut circum largos curuari brachia fonteſ

℄SVLPI. Diſſuaſor iuſti: qui enim ferrũ ſtringit iuſtitiã obliſcit. Dũ feriunt odere interferiendũ oderant quos paulo ante amauerunt. Labentes: cadentes languidos & miſerantes. Feruent caſtra: exercitat exercitus. Turba:multitudine. Rapiunt:amputant a filiis.
Ac uelut occultũ pereat:ac ſi ignoret fruſtra & ſine laude & gratia eſſe uideat. Monſtra: cediũ portenta per quæ intellgit eorũ capita qui fuerant cæſi. Nocentes: particidas & impios. Tu Cæſar:commendat cæſar a benignitate & clementia quod in aduerſarios hoſpites nõ ſæuierit quo: quidẽ effectũ eſt ut uideret poſt hac iuſte pugnare. Spoliatus: priuatus iis qui cæſi fuerant. Agnoſcis ſuperos:cognoſcis deos tibi propitios nãq; fuere tibi a deo dexteri in æmathia ubi pompeiũ uiciſti: neq; ad maſſiliã ubi græcos: neq; in ægypto ubi alexandrinos ſuperaſti quippe iã habes cauſã iuſti belli. In aruis æmathiis: in pharſalia. In undis: in mari. In æquore phario: in flumine nili quũ pugnaſti contra alexandrinos Virg. Virideſq; ſecat placido æquore ſiluas. Hoc ſolo crimĩe:hac petreiãorũ perfidia & ſcelere. Polluta nefanda:cũ præmerent afraniãi pabulatione: aquarent ægræ frumentiq; copiã pauci haberent & ad cæſarẽ multi trãſfugerent.ex caſtris Ilerdã uerſus duces proficiſcuntur. cæſar æquitatu præmiſſo qui nouiſſimũ agmẽ continue carperet cũ legionibus ſubſequit: pugnat acriter & hoſtes in monte excælſo,longe ab aqua caſtra munire cogunt.eos Cæſar Vallo & foſſa circundat & cũ neq; aquari neq; pabulari poſſent: nec pugnare liceret quantũ Cæſar ſine ſanguine rẽ confici poſſe uidebat:quarto iã die rerũ inopia coacti faciunt deditionẽ. Duces: pompeiani. Committere:in pugnã exponere contra hoſtes uicinos. Polluta agmina: maculatũ exercitũ.
Intendere:direxere. Ilerdæ:ubi paulũ frumenti reliquerant & meliorẽ exitũ rerũ ſperabãt. Eques: equitatus cæſaris. Abſtulit campos:prohibuit eos ab omni planitie. Auet:cupit. Prærupta.alta. Inopes undæ: egenos aquæ. Pati:patiebat. Contingere:admoneri. Curuare brachia:duci uallũ a caſtris ad fontes.
℄OMNIBO. Et q̃uis prio:& quanquã primo quidẽ inuiti uulnerauerunt ſuos:& cũ gemitu: tamẽ poſtquã ſemel dextra ſanguine corrupta fuit:id multo etiã crudelius fecere. Dũ feriunt:inter pugnandũ. Primo:in principio pugnæ. Vt dextræ iuſti: quia inter ſtrepitus armorũ iuſtitia & leges nõ audiuntur. Odere ſuos:odiũ cõcepere contra ſuos. Animoſq; la.quia contremiſcebat dextra & uulnerabat:ſed uulnerãdo confirmabatur animus & dextra. Feruent tumultu:ideſt contremiſcunt:quia omnia perturbata erant. Rapiunt col.pa.& filii obtruncabunt parentes & capita illorũ ante duces ſtatuebant:ne ſcelus occultũ fuiſſet:
Occultũ pereat.ideſt ſine fructu:quia ſi ignoraret ſcelus ſine fructu periret. Monſtra: cædẽ parentũ monſtra appellat. In faciẽ: ante oculos ducũ. Tu cæſar quanuis: dicit poeta quã in partẽ Cæſar acceperit hoc: quod ex ſuis militibus multi occiſi fuiſſent in partẽ meliorẽ accepit:quia iuſte nunc cæſar arma ſumere uidebatur poſtquã ſemel milites in ipſa pacis compoſitione occiſi fuerint. Tu cæſar: nunc demũ agnoſcis fauere tibi deos:q eſt data tibi occaſio arma iuſte contra hoſtes ſumere. Superos.ideſt duorũ fauorẽ. Neq; enim maior for. quia nec maior felicitas fuit tibi: cũ pompeiũ in campis philippicis profligaſti .q. nunc demũ data eſt tibi pugndi iuſta cauſa. Phocidos:maſſiliæ quã phocenſes græci edificarunt.& quã maritima pugna uinciſti. Phario: in equore ægyptio:nã pharus inſula eſt ægypti, quæ turrim habet multis tabulatis(ut refert Strabo)excelſã:& albo lapide mirifice ſtructã.eodẽ nomine quo inſula eã ſoſtratus gnidius regnũ amicus poſuit ob nauigantiũ ſalutẽ:ut epigramma declarat:ſoſtratus gnidius Dexiphanis filius:diis ſeruatoribus pro nauigantibus:nam cum ora ex utraq; parte importuoſa & humilis eſſet: ſignũ aliquod neceſſariũ fuit:altũ & clarũ:quo nauigantes ad portus ingreſſũ dirigerent. Hõc ſi quidẽ:reddit rationẽ quare Cæ:plus læticiæ habuerit ex hac cæde:quæ in caſtris facta eſt petrei q̃ ex omnibus uictoriis: quas uel antea

uel poſt conſecutus fuerat:dicit enim hoc ideo illud conſecutũ eſſe cæſarē:ut iuſte uideaꝛ bellũ gerere.quā
occaſionē nullis antea bellis habuerat. Cauſæ melioris:in hoc uno uidebis honeſtiorē belli cauſā habuiſſe
Polluta:nefanda.petreius & afranius poſtquā tantā cædē in caſtris commiſerunt: & hoſtes qui concordes
eſſe cœperant:cũ ſuis e caſtris eiecíſſent:nō auſi ſunt milites in caſtris tenere quæ Cæſari coniuncta eſſent: er
go ſtatuere iterũ ilerdā redire unde diſceſſerant. Polluta agmina: quæ manus commaculauerant ſangui-
ne ſuorũ. Iunctis:propinquis caſtris.ſcilicet hoſtiũ metuentes: ne rurſus de concordia agerent. Intendere
ideſt direxerunt. Campos eques:ſed Cæ. ubi ſenſit quid facere pararēt hoſtes:equites miſit:qui omnes adi
tus occuparent: ne qua hoſtes tranſire poſſent. Eques: pro equitatu poſuit. Obuius: occurrens hoſtibus
ilerdā petentibus. Siccis collibus: ubi nihil omnino naſceretur quod ad ſuſtentandos equos uel homines
pertineret. Tunc inopes:ubi Cæſar uidit hoſtes in collē ſe recepiſſe:ubi nec aquæ nec pabuli facultas eſſet
conſtituit eos ibi obſidere:& omnes deſcenſus claudere ne ad aquā deſcenderent. Prærupta foſſa: ideſt in-
genti:alta ſimul & lata. Nec caſtra pati:ideſt auet prohibere hoſtes: ne uallũ ducant ad aquas uel certe bra-
chiũ:ut ab undis excluſi in deditionē uenire cogantur. Brachia. ſcilicet caſtrorũ. Circũ .I.fon. ideſt om-
nino pati nō uult ut uallũ deducant de monte in fontes in brachiorũ modũ.

Vt lethi uidere uiam conuerſus in iram
Præcipitem timor eſt.miles nō utile clauſis
Auxiliũ mactauit equos.tandemq́ coactus
Spe poſita damnare fugā. caſurus in hoſtē
Fertur.ut effuſo cæſar decurrere paſſu
Vidit.& ad certā deuotos tendere mortē
Tela tene iam miles ait.ferrumq́ ruenti
Subtrahe nō ullo conſtet mihi ſāguie bellū
Vinciꝛ haud gratis iugulo q̄ ꝓuocat hoſtē
En ſibi uilis adeſt contenta luce iuuentus
Iam damno peritura meo.nec ſentiet ictuſ
Incumbens gladiis gaudebit ſanguine fuſo
Deſerat hic feruor mētes. cadat īpetꝰ amēs
Perdant uelle mori.ſic deflagrare minaces
In caſſũ. & uetito paſſus langueſcere bello
Subſtituit merſo dũ nox ſua lūina phœbo
Inde ubi nulla data ē miſcendi copia martis
Paulatim cadit ira ferox.menteſq́ tepeſcūt
Saucia maiores animos ut pectora geſtant
Dũ dolor ē ictuſq́ recens. & mobile neruiſ

¶SVLPI. Vt lethi uidere uiā:ut uiderunt ſe in mon
tē ex rerũ penuria trahi. Præcipitē: ſubitā. Mactauit
equos: illi & inopia pabuli adducti & ut eſſent expediti
ores omnia ſarcinaria iumenta interfici iubent. Dam-
nare fugā:monere. Caſurus:moriturus quia ruebat ſi-
ne reſpectu ſalutis.Decurrere:e caſtris in campus curre-
re. Tendere:dirigere ſe. Tene:noli iacere. Subtrahe:
noli opponere in eos qui irruunt. Conſtet nō ullo ſan
guine:uincamus ſāguine tā hoſtiũ q̄ meorũ. Vinciꝛ ha
ud gratis.Qui cũ moriendi propoſito ruit nō uinciꝛ om
nino inultus: lædit enim & ipſe. Haud gratis: ſed cũ
damno uincentis. Sibi uilis:ſe ipſam ſpernens. habet
enim odio uitā & deſperauit. Damno: militũ amiſſio
ne. Nec ſentiet ictus: nō erit ei moleſtũ uulnerari atq́
occidi. Sanguine: ſuo. Feruor: cupido moriendi:
Mentes:hoſtiũ. Cadat: impetus refrigeſcat deſpera-
tio. Perdant uelle mori: excidat eis ex animo deſideri
um mortis. Deflagrare:iraſci & indignari. In caſſum:
quia nihil nocebant & nihil proficiebant ſubſtituit mer
ſo dũ nox ſua lumina phœbo: quod ſtelæ poſt ſolis oc-
caſũ apparuerunt. Copia miſcendi martis: facultas pu
gnandi. Tepeſcunt:frigentiā enim mori nō cupiebāt
Saucia maiores: hoſtes cæſaris uulnerato alicui cōpa-
rat qui poſt uulnus acceptũ dũ calet eſt audaciæ maxi-
mæ:ſed ſi uictor pugnare abſtineat.impetus ille ſangui
ne effuſo reprimitur & corpus friget paulatimq́ mori-
tur. Pectora ſaucia: hoīes uulnerati. Aīos:audaciā.
¶OMNIBO. Vt lethi uidere:ſed ubi petreius & afra
nius cũ militibus ſuis uidere ſe pati famē ut ſibi in illis collibus moriendũ eſſet:tunc ex metu in irā conuer-
ſi ſunt. Lethi:mortis propter famē. Miles: nō primo quidē mactauere iumenta & equos ut eorũ carnibus
ueſcereꝛ. Nō utile auxiliũ:ideſt quibus uti nō poterant:nā in obſidione equi augent inopiā & nullũ ſui u
ſũ præbent. Clauſis.obſeſſis. Damnare fugā:ideſt pœnituit fugæ:quā antea intenderat ad ilerdā quia ui-
delicet uidit hac ratione nō poſſe ſe ab hoſtibus liberare ergo q̄ fugiendo obtinere nequiuerat:id nunc au-
dendo facere tentauit: Spe po.ſ.ſalutis comparandæ in fuga: Caſurus in hoſtes: deſperatione quadā mo
riturus ferꝛ in hoſtes. Vt effuſo:at uero cæ.belli peritiſſimus ut uidit illos ipſa deſperatione fortioreſ factoſ
eſſe:iuſſit militibus ſuis ut interea arma continerent:donec fruor ille torpeſceret nec.n.uidebat cũ hoſtibus
poſſe conferre pugnā ſine maximo militũ ſuorũ damno. Vnde Vir Vna ſalus uictis nullā ſperare ſalutē.
Ducurrere:deſcēdere e collibus. Effuſo paſſu:inordinate quēadmodũ deſperati. Deuotos: morti deſti-
natos. Tene tela.i.cōtine:ne cũ furēti hoſte pugnaueris:nā magno tibi uictoria cōſtabit. Subtrahe.i.ab ho
ſte currēti rēoue ferrũ. Nō ullo:nolo ſāguine militũ effũdere:ſed incruētā ex his uictoriā parare uinciꝛ ha
ud gratiſ.i.is qui eo animo laceſſit hoſtē ad pugnā:ut mori uelit nō ſine magno dāno uinciꝛ. Iugulo.i.mor
te ipſa:quia paratus eſt iugulari & mori. Haud gratis.i.ſine magna iactura & dāno. En ſibi uilis adeſt: hæc
dicēs cæ. oſtēdit militibus ſuis furorē hoſtiũ:nũquid uidetis quomodo ipſi mortē ſuā cōtēpſerīt: quis ſpe-
rare poſſet uictoriā:ſine magno ſāguine. En ſibi uilis:quia ſe hoſtis cōtēpſit deſperatiōe quadā. Inuiſa lu-
ce quia uitā quoq́ oderũt hac obſidiōe coacti. Nō ſētiet ictus:adeo obſtinata eſt. Incũbet gladiis.ſ.noſtris
quia miles moriturus ferꝛ in hoſtē. Deſerat hic feruor:antequā manũ cũ hoſte cōſeratis:ſinite interea ut de
ferueſcat ira:furor.inſania:qua mori cupiũt:uiuere.n cũ deſiderēt: tũc manũ cōſerere poteritis. Perdāt uel
le mori.i. poſtponāt cupiditatē mortis. Sic deflagrare: ſicuti inſtituerat cæ.ita etiā fecit: nā abſtinuit a pu-



gna milites ſuos per totum diem. Deflagare:ideſt deferueſcere & tepeſcere. In caſſum:quia non eſt data facul
tas pugnandi. Inde ubi:ſicuti animo conceperat Cæſar:ita & uenit: nam ſublata pugnandi copia ſenſim calor
ille & ira feruens extincta eſt. Saucia ma. per ſimilitudinem oſtendit quomodo ſenſim ira defecit in hoſtibus:
quem admodum inquit aliquis ſaucius fuerit:dũ adhuc calor ineſt ipſo uulnere fortior eſt: & dolore uehemen
tior.ſed ſi uictor qui eum uulnerauit telum abſtineret: donec ſanguis deficiat: tunc ille ſine ullo labore uinci-
tur. Maiores:quia dolor ipſe facit eos maiores & fortiores. Dolor eſt:quia cum ſaucius eſt aliquis in principio
uulneris dolor incitat illum. Mobile neruis:quia dum menbra calida ſunt:facile moueri poſſunt & quo uelint
facile gladium & tela uibrare.

Conamē calidus ꝑbet cruor: oſſaq́ nōdũ
Adduxere cutem:ſi conſcius enſis adacti
Stat uictor:tenuitq́ manus:tũ frigidꝰ artꝰ
Alligat atq́ āimũ ſubducto roboꝛ torpor
Poſtq̄ ſicca rigēs aſtringit uulnera ſāguis
Iamq́ inopes undæ primũ tellure refoſſa
Occultos latices abſtruſaq́ flumina q̄rũt
Nec ſolũ raſtris duriſq́ ligonibus arua
Sed gladiis fodere luis:puteuſq́ cauati
Montis ad irrigui premitur faſtigia cāpi.
Nō ſe tam penitus tam longe luce relicta
Merſerit aſſyrii ſcrutator pallidus auri.
Nō tamen aut tectiſ ſonuerũt curſibꝰ āneſ
Aut micuere noui percuſſo punice fōtes.
Antra neq́ exiguo ſtillant ſudantia rore
Aut impulſa leui turbatur glarea uena
Sit exhauſta ſuper multo ſudore iuuentuſ
Extrahitur duris ſilicum laſſata metallis.
Quoq́ minꝰ ſiccoſ poſſēt toleraꝛ uaporeſ
Quæſitæ feciſtis aquæ:nec languida feſſi

¶SVLPI. Conamen:uires non proficientes. Cruor:ſan
guis ipſe. Adduxere cutem:tunc oſſa cutem adducunt hoc
eſt attrahunt quum cruor effunditur:quæ ante q̄ id fiat plæ
na eſt ſanguine. Conſcius: qui ſit ipſum moriturum. En-
ſis adacti:mortiferi uulneris quod enſe intulit. Stat: non
pugnat. Torpor: mortis pigrities. Alligat: ſtringit & de-
bilitat. Subducto robore: eneruatis uiribus & ſubtractis:
Rigens:cōgelaſcens & indurans. Sicca: exhauſta ſangui
ne. Inopes undæ:aquarum indigi. Latices: aquas latent
enim in uenis terræ. Latex etiam uinum dicitur quia latet
in uitæ. Abſtruſa:occulta remota. Raſtris: ruſticis inſtru-
mentiſ dictis a radendo. Ligonibus:quæ a legendo dicun
tur. Præmitur:effoditur. Ad faſtigia: ad profundam alti
tudinem. Virgi. & quæ ſint ſcrobibus faſtigia queris. Irri-
gui: qui irrigantur quandoq́ irriguis: qui irrigat dicitur.
Virgili.in.iiii.georg.Irriguumq́ bibunt uiolaria fontem.
Scrutatur pallidus: queſitor pallens ſiue ex terræ exalatio-
ne ſiue ex odore ſulphureo.uel pallidus auarus. Tam pe-
nitus: tam intimæ & ſub terram. Aſſyrii: quod foditur in
aſſyria. Plinius aurum inueniri pluribus modis docet: in
fluuium ramentis ut in tago pado hæbro. pactalo Gange.
& in india quod a formicis & gryphibus ut etiā in ſcythia
eruitur alio modo puteorum ſcrobibus effoditur ut in rui-
na montium. Non ſonuerunt:non inueniuntur flumina.
Punice:topho aut cemento pumex proprie lapis non du-
rus & decoctus & aſper quem etna mons euomit. Antra ſu
dantia:diuerſas fontium origineſ acute deſcribit aut enim
naſcuntur ex punicibus: aut ex antris ſtilantibus aut ex cre
ta ſabulone & terra dura & ſaxis ſcaturiunt:de aquæ autem
inuentionibus.Vitruuius libro octauo mirifice ſcribit. Stillant.ſtilas effundunt. Glarea:ſicca & ſterilis terra &
dura Virg.nā ieiuna quidē cliuoſi glarea ruris.Tibullus. Nāq́ opibus cōgeſta tuis hic glarea dura: Leui uena:
paruo aquarum riuulo. Victruuius inquit. Glarea uero mediocres & non incertæ uenæ reperiuntur hæ quoq́
egregia ſuauitate ſunt. Exhauſta:debilitata & deſiccata. Super ſudore:in labore id quod ſequitur pro eo quod
procedit. Extrahitur laſſata:educitur e puteis defatigata. Duris metallis ſilicum:duris uenis lapidum:Metal-
la enim dicimuſ quarumcunq́ rerum quarum una inuenta uena non procul inuenitur alia unde ut in.xxxiii.pli
nius inquit metella græci uidentur dixiſſe. μεταλλάω enim ſcrutor & inquiro ſignificat. Quoq́ minus: in
auras educti calore uēxati plus ſitiebant. Vapores. aeris æſtum. Feciſtis: ex labore enim magis ſitiebant:& e
ſubterraneis lociſ egreſſi minuſ æſtum poterant tolerare. Nec languida feſſi non cōcedebant ne magis ſitierent.
¶OMNIBO. Conamē:quia quocũq́ conati fuerint uibrare tela:facile cedunt membra. Stat uictor:interea
dũ ille nimio dolore parcitus pugnaturus eſt: & uictor ſe ab eo continuerit: facile ſuperabitur. Conſcius enſis
adacti:ideſt ſcit traſfixiſſe pectus illi:& nō diutius duraturũ eſſe: Tenuitq́ manus:ſcilicet a pugna. Frigidus ar
tus: quia paulatim ſanguinis egreditur & frigus ſuccedit: quo membra omnia uno tempore frigeſcunt. Ri-
gens:frigeſcens. Aſtrinxit uulnera: quia uulnera clauduntur cũ inde ſanguis exierit. Iāq́ inopes:dicit milites
cũ depoſita ira in caſtris rediſſent:cœpiſſe nō ſolũ raſtris & ligonibus:ſed gladiis ſuis terrā effodere:ut quoquo
modo poſſent:uenā aquarũ inuenirent: ſed cũ uſq́ ad profundũ montis deſcendiſſent:nec minima pars aquæ
inuenta eſſet cogebanꝛ glebas comprimere manibus:ut uel gutta aquæ in os caderet: rorē etiā colligebant ex-
frondibus:& ſicubi forte aqua putrefacta eſſet eo decurrebant omnes tanquā ſuauē potũ hauſturi. Abſtruſa:id
eſt occulta. Raſtris:nā huiuſmodi inſtrumenta etiā milites portabant cũ foueā facere uellent: ſemper.n. foſſa
& uallo caſtra cingebant.raſtra a radenda terra dicta ſunt. Puteuſq́ caua:dicit feciſſe foueā quandā:quæ uſq́ ad
profunditatē colliũ peruenerat & in planũ & uallē deſcendebat: tamē nihil aquæ apparuerit. Premiꝛ:fodiꝛ:
Faſtigia.i.profunditatē.faſtigiũ ſignificationē habet contrariā:nā ſignificat culmina:ut.Virg.& ſummi faſtigia
tecti: ſignificat etiam profunditatem. ut idem in Geor. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Non ſe
penitus:maiori quidem diligentia & labore rimati ſunt uiſcera terræ:ut aquam inuenirent q̄ ſi aurum & argen
tum quæſiuiſſent. Penitus:interius:ideſt in ipſius terræ uiſcera. Relicta luce: ideſt relicto cœlo & die. Aſſyrii



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſcrutator pallidus:quia in uiſceribus terræ cum diu multumq; uerſatur pallorem quendam contrahit. Aſſyrii: quia in oriente frequentius uenæ oriuntur auri. Nam garrei ex auro & argento:multa habent uaſa: ut refert ſtrabo:lectos tripodas:crateras cum operculis.domoſq; ſumptuoſas: nam & portæ & parietes & tecta ex ebore:auro:argento:lapidibuſq; incruſtatis ſunt diſtincta. Sunt & prope hos alii apud quos aurum effoditur:magnitudine nimia ſanſæ:mediana: meſpili:maxima nucis:has auri glebulas perforantes cum lapillis pellucidis alternis poſitis armillas faciunt inſerto filo & collo menibuſq; circumponuntur:uendunt id aurum uicinis uili precio: æris triplo: argenti duplo:tum propter operandi iuſtitiam:tum propter inopiam eorum quæ contra accipiuntur:quorum uſus magis eſt ad uitam Aſſyria regio in oriente ubi regnauit ninus quam eſſe auri fertiliſſimam legimus. Non tamen: quanuis in profunditate terræ rimati fuerint: tamen nunquam apparuit unda. Percuſſo: ideſt aperto. Pumex:lapis eſt cauernoſus. Antra nec exiguo:ſed nec paruam quidem:aut illam inde ſtillam emiſſerunt. Stillant: ideſt minuatim guttas emittunt. Impulſa: ſcilicet ſcaturiente aqua. Tunc exhauſta: & cum diu in uiſceribus terræ ſcrutati eſſent undas nec ullo modo inuenire poſſent.tandem extracti ſunt ad auraſ quaſi ex ipſis inferis emerſerint. Exhauſta:effœta & multo labore defatigata. Super:ideſt ſupra terram. Metallis:ideſt inquiſitionibus a græco μεταλλω:ſcrutor:& inquito:nam metallum eſt quicquid inquiritur:non enim quæſiuerant metalla:ſed aquas. Sudore:ideſt labore a præcedenti id quod ſequitur. Extrahitur: ſupra auras deducitur. Quoq; minus:non modo non profuit quærere aquam:quia nihil inuenerunt:ſed etiam nocuit: quia dum fatigantur: aucta eſt ſitis.

Corpora ſuſtentant epulis, menſaſq; peroſi
Auxilium facere famem. ſi mollius aruum
Prodidit hũorẽ. pigues manꝰ utráq; glebaſ
Exprimit ora ſuper. nigro ſi turpida limo
Colluuies immota iacet. cadit oĩs ĩ hauſtus
Certatĩ obſcœnos miles. morienſq; recepit
Quas nollet uicturus aquas. rituq; ferarũ
Diſtentas ſiccant pecudes. & lacte negato
Sordidꝰ exhauſto ſorbet ab ubere ſãguis
Tũc herbaſ frõdeſq; terũt. & rore madẽteſ
Diſtingũt rãos. ac ſi quos palmite crudo
Arboris aut tenera ſuccos p̃ſſere medulla
O fortunati fugiens quos barbarus hoſtis
Fontibus in miſto ſtrauit per rura ueneno
Hos licet in fluuios ſaniem tabeq; ferarũ.
Pallida dictæis cæſar naſcentia ſaxis
Infundas aconita palã. romana iuuentus
Nõ decepta bibet. torrentur uiſcera flãma

SVLPI. Peroſi menſas: habentes odio cibum. Auxilium:eſurie enim ipſa minus ſitire uidebantur. Mollius aruum:terra humida. Prodidit: idicauit ut prodere uoce ſua quemquam: Pingues:humidas. Colluuies: ſordes putridus humor lotium. Limo:cæno. Immota. Nam ut Ouidius ait & capiant uitium ni moueantur aquæ. Cadit in hauſtus obſcenos inclinat ſe in potum turpem. Certatim:contentioſe inter ſe. Morienſq;: cum ſe morti uicinum uideret id bibebat quod pro ſeruanda uita repudiaſſet. Siccant ſuggebant:enim lac pecorum. Diſtentas:lacte plenas. Vir. Sic cythiſo paſtæ diſtendãt ubera uaccæ. Sordidus:ſanioſus. Sorbetur:attrahitur ab uberibuſ uacuis. Terunt:contundunt ut ſuccum exprimant enim romas contuſos meduläſq; arborum. O fortunati: felices eos appellat poeta qui ex uenenatis fontibus aliquando periere quantum durus eſt perire liquoris penuria. Itaq; ſi: Cæſar fontes ueneno infeciſſet miles ſciens libere non recuſaſſent. Barbarus hoſtis:mythrydates põti rex aq̃s ueñeo infecit ut hoſtes, pſequentes necaret.iugurta quoq; fontes & pabulum corrupit in aphrica & iuba rex.item & Aquilius romanus in aſia cui magno crimini eſt aſcriptum quod impuris medicaminibus in id tempus ſacroſancta romana arma uiolauerit. Appianus Saluſtius frontinus & florus auctores ſunt. Strauit:interemit. Saniem tabemq; ferarum:ideſt uirus & marcidum ſerpentium buforumq; ſanguinem. Dictæis: cretenſibus. Aconita: herbas quæ natæ feruntur ex ſpumis cerberi tracti adſuperos naſcuntur in ſaxis & coribus nudis quas græci aconas uocant. ut plinius libro .xxii. ſcribit eſſeq; omnium uenenorum peſſimum tradit. Solinus ait ab Acone portu in ponto aconita herbas noxias nominata. Non decepta: ſed prudens & ſcia. Flamma: calori naturali.

OMNIBO. Corpora ſuſtentant: abſtinebant etiam ſe a cibo:quia fames uidebatur quaſi leuamen ſitis: cibus enim inducit ſitim. Si mollius aruæ:quærebant ſi alicubi eſſet mollior terra: & glebam auulſam manibus comprimebant:ſi qua gutta exprimi poſſet. Pingues: humidas. Nigro ſi .ſ. ſicubi forte piſcina putrida congeſta eſſet omnes eo ſe conferebant:ut aquam etiam putridam & grauiter olentem haurirent. Nigro.li.ideſt fœtenti. Colluuies: ideſt permixtio aquæ cum terra immota: ſtabilis: ideo & putrida. Morienſq; recepit: & moriendo haurit aquas quas ſi conditio uitæ fieret non hauriret:ut ſi diceret aliquis. Tu uiuere potes:ſi hanc aquam bibis:ille recuſaſſet:nunc certus mortis eam bibebat. Nollet:ſcilicet accipere. Rituque ferarum:pecudes erant in exercitu. Has ore lactebant: uſq; a deo etiam ut cum lac deficeret ſanguinem exprimerent & haurirent. Diſtentas: plenas. Tunc herbas: omnia inquirebant unde humorem aliquem haurire poſſent: nam herbas & frondes terebant:ut inde ſuccum aliquem ebiberent: aut etiam matutinum rorem de frondibus colligebant. Diſtingunt:frangunt:& decutiunt. Palmite: qui nondum in duritiem ligni conuerſus ſit. Crudo:uiridi. O fortunati fugiens:nunc per comparationem dicit fortunatos fuiſſe illos: quibus poteſtas data eſt bibendi uenenatos fontes. Mythrydates dum perſequentem pompeium fugeret: quacunq; iret fontes ueneno inficiebat.ideo fortunatos illos uocat quibus data eſt poteſtas hauriendi aquas:quanuis ueneno infectas: comparatione iſtorum qui ſic mori cogebantur. Hos licet in.f.o Cæ.inquit:ut ſcias quantum iſti mortem non ti-



ment:ſi bibentibus ipſis aquas ueneno infeceris illis quanuis ſciant ſe ueneno morituros:tamen bibere non dubitabũt. Non deſpecta: quia uidentibus ipſis hoc feceris. Flu.ſcilicet ſicorim & cingam. Tabem corpora putrida ferarum. Aconitum:herba eſt uenenata:quam poetæ fingunt ex ſpuma cerberi natam eſſe: cum illum ab inferiis traxit Hercules quæ quia in cautibus naſcitur dicitur ἀπὸ τῆς ἀκονῆς ideſt a caute. Plinius quanuis ab acone portu ab aliis deducatur. Dictæis:cretenſibus ſpecies pro genere. Torrentur:nec mirum quia diuturna ſiti ardebant.

Oraq; ſicca rigẽt ſquamoſis aſpera lĩguis:
Iã marcent uenæ: nulloq; humore rigatus
Aeris alternos anguſtat pulmo meatus.
Reſciſſoq; nocent ſuſpiria dura palato.
Pandunt ora ſiti nocturnũq; aera captant.
Expectãt imbres: quorũ mõ cũcta natabãt
Impulſu: & ſiccis uultus in nubibus hærẽt.
Quoq; magis miſeros undæ ieiunia ſoluãt
Nõ ſuper arentẽ meroẽ cancriq; ſub axem
Qua nudi garamãtes arãt ſedere. ſed inter
Stagnãtẽ ſicorim & rapidũ dep̃hẽſꝰ iberũ
Spectat uicinos ſitiens exercitus amnes
Iam domiti ceſſere duces: paciſq; petẽdæ
Auctor damnatis ſupplex afranius armis
Sẽianimeſq; trahẽs ĩ caſtra hoſtilia turmas
Victoris ſtetit ante pedes. ſeruata precãti
Maieſtas. non fracta malis interq; priorẽ
Fortunam caſuſq; nouos, gerit oĩa uicti
Sed ducis. & ueniã ſecuro pectore poſcit.

SVLPI. Rigent:aſpera ſunt. Squamoſis:aſperis:ut accidit etiam fabricantibus. Venæ:in quibus eſt plus ſanguinis quanquam uidetur pro arteriis in quibus eſt ſpiritus ponere ut infra: Aera non paſſus uacuis diſcurere uenis.
Pulmo: qui ſpongioſus ac fiſtulis inanibus cauus attrahit redditque animam. Rigatus: irroratus. Nullo humore: quem attrahit ex aere & concipit ex potu. Anguſtat meatus alternos:ſtringit ſpirationeſ & reſpirationes. Suſpiria: halitus emiſſiones anhelæ: unde ſuſpirioſi dicti qui difficulter reſpirant. Reſciſſo:ulcerato. Captant:attrahunt & hauriunt. Nocturnum: qui frigidus eſt. Hærent: innubibus.ſpectant nubes pluuiam non emittentes. Quoq; magis: ut magis ſitis irritaretur erant inter duo eis conſpicua flu. Oui. Non facile eſuriens poſita retinebere menſa. fortis equus uiſæ ſemper ad innit equæ. Super: ultra. Meroen: metropolim & inſulam nili in ægypto cuius longitudo ſtadia tria milia latitudo mille: a matre cambyſæ conditoris ſic apellata. Arentem:æſtu ipſo: & libyam uerſus plurimis arenæ cumulis & uerſus arabiam præcipitibus montibus cingitur. Sub axem cancri:ſub regione cancro ſubiacenti.
Garamantes: populi ſunt in libya pſyllis contermini ſed in auſtri plagam magis conuerſi: a garamante Appollinis filio denominati. Nudi:propter æſtum. Deprẽſus: obſeſſus. Stagnantem latum & effuſum more ſtagni. Iam domiti: omnium regnum indigni duces cum colloquium in loco a militibus ſemoto petiſſent negaſſetq; Cæſar & conceſſiſſet ut palam loquerentur accepiſſetq; obſidem afranii filium Ventum eſt in locum a Cæſare delectum & utroque exercitu audiente locutus eſt afranius. Domiti:coacti neceſſitate & uicti. Ceſſere: deſtitere aduerſari fortunæ.
Damnatis:armis abiectis & improbatis. Afranius.petreius enim minus audebat quia pacem ſuperiorem deturbauerat. Semianimes:ſemimortuos ſiti. Hoſtilia:cæſariana. Seruata precanti maieſtas:quamquam ſuplex eſſet ſeruabat tamen maieſtatẽ auctoritatẽq; ſuam dum precaretur:& ducis perſonam ſuſtinebat. Non fracta: non deiecta aduerſitate. Priorem: proſperam. Nouos: aduerſos. Sed ducis: ducem enim ſui officii non oblitus agebat.

OMNIBO. Squamoſis aſpera linguis:quia arida lingua erat in ſquamarum modum. Iam marcent uenæ:euacuatæ ſanguine. Nulloque humore: pulmo eſt qui reciprocum ſpiritum trahit: dicit ergo deficiente humore pulmonem ſtrinxiſſe meatus: ut iam necarentur non nulli: & nimia ſiti: ſemianimes redderentur.
Meatus alternos:ideſt reciprocos:quia accipit ſpiritum & redit pulmo: nihil aliud uita hominis eſt niſi reciprocus ſpiritus aeris. Longa: ab imo uſque pectoris anhelitum trahebant. Reſciſſo: proſciſſo. Pandunt ora ſiti ut uel aere lenirent caloris & ordoris uim. Nocturnum aera:quia humidus eſt. Virgilius:noctis lentus non deficit humor. Cuncta natabant:paulo ante omnia erant multitudine imbrium plena aquis:nunc autem arida terra facta erat:& ĩbres quos antea inuiſos habuerant nunc expectant. Quoque magis miſeros:aliud addit quod plurimum ualebat ad augendam ſitis grauitatem: quia uidelicet non in regione poſiti erant: quæ naturaliter arida eſſet:ſed in medio fluuiorum poſiti ſiti ardebant:nam ſi regio penuria aquæ laboraſſet:tolerabilius uideri potuiſſet:nunc cum undique aquæ fluerent:in mediis undis ſitiebant. Ieiunia unde: penuria aquæ.
Soluant:ideſt cruciẽt illos. Meroen:inſulam.merore inſula eſt quam nilus in medio ſui facit & calidas emittit aquas. Influunt eni:ut refert Strabo:duo flumina e lacubus quibuſdam ab oriente delata & merore ingentem inſulam complectuntur:quorum alterum dicitur aſtaboras ad orientale latus fluens alterum aſtapus quod nõnulli aſtoſabam uocant:ſupra aſtaboræ & nili concurſum:urbem eſſe eodem nomine quo inſulam. Sub axem:ideſt ſub oriente & regione peruſta. Nudi garamantes.quia nimio calore ſolis populi libyci nudi arare coguntur:garamantum regio ultra gætuliam eſt: & pariter cum illa progreditur: unde carchedonii lapilli afferuntur. Inter ſtagnantem ſicorim:inundantem eam regionem. Rapidum iberum:uelocem fluuium:unde iberia dicta eſt hiſpania:nam iberius amnis toti hiſpaniæ nomen dedit:ut ait Solinus. Sectat uicinos:quia augebat dolorem aquam proximam uidere:& eam haurire non poſſe. Iam domiti:cum diu omnia tẽptaſſent: ſi quo modo poſſent e manibus Cæſaris euadere:poſtquam omnia fruſtra fuerunt: tandem in Cæſaris deditionem uenerunt. Paciſq;:poſtquam uidit nulla ratiõe nulliſq; uiribus euadere poſſe: Afranius auctor fuit deditio

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

nis cũ primũ conſiliũ cũ omni exercitu communicaſſet: deinde ipſe quaſi publicus legatus totius exercitus ad Cæſaré profectus orationé habuit. Ceſſere: ſcilicet neceſſitati. Domiti: ideſt ſubacti fame. Paciſq; petendæ: quia petreius concitauerat milites: iã de pace fœdera agétes. Damnatis: ideſt abiectis. quibus ſe defendere non poterat. Semianimes tur. quia pene ſiti conſumpti erant milites. Seruata: nec tamé quanuis ſupplex ad pedes acceſſiſſet maieſtaté imperatoriã depoſuit. Stetit nõ fracta: quia dignitaté imperatoriã præ ſe ferebat. Prioré fortunã: inter fortunã imperatoris. Nouos caſus: quia nunc uictus erat. & in poteſtaté uenerat Cæſaris. Victi ducis: nõ ignaui militis ſed qualia uictũ ducé decebant. Securo: quaſi ſine cura ſalutis quia licet peteret ueniã & ſi nõ conceſſiſſet Cæſar: tamé nõ manifeſtabat. Si me degeneri: conſtitutio coniecturalis eſt: cũ quæritur de facto & diſputatur. ut o Petrei & Affrani: ſumpſiſtis arma contra me: queſtio eſt: immo nõ ſumpſimus: & probat per locos ipſius conſtitutionis. Primo captat beniuolentiã a perſona ſui: cũ oſtendit ſe forté eſſe qui mori honeſte potuerit: ſi opus fuerit: a perſona auditoris cũ oſtenditur quæ de iudice ſpes ſemper fuerit: & cũ res eorũ ſapienter fortiter manſuete factus oſtendemus: & ita hoc loco a Cæſare beniuolentiã captat: qué forté manſuetũ oſtendit: ideo dignus eſt a quo uenia petatur.

Si me degeneri ſtrauiſſent fata ub hoſte
Non deerat fortis rapiendo dextera letho
At nunc cauſa mihi eſt orandæ ſola ſalutis
Dignum donanda cæſar te credere uita.
Nõ ptis ſtudiis agiur: nec ſũpſimus arma
Conſiliis inimica tuis: nos deniq; bellum
Inuenit ciuile duces: cauſæq; priori
Dũ potuit ſeruata fides: nil fata moramur:
Trad mus heſperias gentes apim⁹ eoas:
Securũq; orbis patimur poſt terga relicti
Nõ curor effuſſus cãpis tibi bella peregit
Nec ferrũ laſſæq; mãus: hoc ho ſtibus unũ

ℭSVLPI. Si me: oratio eſt ſuaſoria ab utili & honeſto Captans enim Afranius a perſona ſua auditoriſq; beniuolentiã aperit cur confidat uitã a Cæſare imperatore. inde confutat quæ obicii poſſent coiectura eorũ quæ ante acta ſunt: & a iure quia quod oportuit fecit & ſic utitur ſtatu coniecturali & abſoluta iudiciali. Inde decens exercitũ cũ rei amplificatione petit a militia ceſſationé tũ quia uictũ quia infelices ſint. Degeneri: uili: & a Cæſare qué nobilé intelligit beniuolentiã captat. Fortis dextera: a perſona ſua conciliatio ꝙ maluiſſet fortiter mori ꝗ indigno & turpi facere deditioné. Rapiendo: ſubito inferendo. Salutis: uitæ. Dignũ donanda: quod credã te dignũ a quo tantũ accipiã beneficiũ. Nõ partis: confutatio eſt pompeianas inquit factiones nõ ſectamur nec ea mente ut tecũ dimicaremus præfecti exercitui ſumus. ſed cũ duces eſſemus motũ eſt bellũ ciuile. Cauſæ priori: legationi noſtræ & in pompeiũ officio quod debebamus. Dũ potuit: quoad licuit & oportuit. Nil fata moramur: cedimus diis & neceſſitati: nec impedimus ſucceſſus tuos. Gentes heſperias: exercitũ & hiſpanias: Aperimus: quia hac uictoria patebit tibi iter in orienté. Patimur te ſecuri orbis relicti: ſinimus te nihil uereri de occidente orbis occidentis. Nõ cruor: hoc in nos eſſe debes clementior quod eſt tibi ſine labore & ſanguine parta uictoria. Peregit: perfecit. Laſſe manus: debilitate & ſeſe cedendo.

ℭOMNIBO. Si me degen. ecce quomodo oſtendit ſe forté qui mori potuerit honeſte nõ turpiter uiuere ſi opus fuerit. Degeneri: ideſt uili qui indignus eſſet ut ab eo ueniã peteremus. Dextera fortis: ideſt uirtus quã oppeteré potius. At nunc a perſona auditoris beniuolentiã captat: ſed quia credimus o cæſar te eſſe dignũ qui uitã dones (id enim ante facere conſueuiſti) ideo ſupplices ad te uenimus. Nõ partis ſtudiis: nunc deſcendit ad conſtitutioné hoc modo ſumpſiſti arma contra me o Afrani: quomodo uis ergo ignoſci tibi: immo nõ ſumpſi queſtio eſt: probatur unde proderit plurimũ conſiderare quæ facta ſunt ante ré: in re: & poſt ré. Ante ré: ubi fuerit ante quã bellũ gereret: in hiſpania cũ imperio: quã prouinciã Senatus populuſq; ronmanus ei tradidit ante quã bellũ ciuille conflaretur: nã ſi poſt quã bellũ conflaretur arma ſumpſiſſet: tunc culpandus eſſet. Conſiliis inimica: quia nõ eſt demandata nobis prouincia contra te: quia nos deniq; inuenit bellũ ciuile: nã ante quã bellũ ciuile moueretur: prouincia nobis cũ imperio demandata eſt. Cauſæ priori: ideſt populo romano a quo huic prouinciæ præfecti eramus. Nil fata moramur in re: uidelicet cũ uolumus probare per conſtitutioné coniecturalé aliquid factũ: & ante quã factũ fuit aliquid oſtendimus factũ quod nõ oportuit: aut nõ factũ quod oportuit: probata coniecturali: hoc modo in prouincia tenenda feciſti aliquid quod nõ oportuit: dici poteſt nõ fecimus: quia ſi prouinciã tenuiſſemus ultra quã neceſſe fuerit. dicere poſſes fuiſſe aliquid factũ quod ñ oportuit. ſed illã terminus quoad facta conceſſere: ergo nõ fecimus quod nõ oportuit. Nil fata moramur: fecimus quod oportuit: imo nõ fecimus quod ñ oportuit: nõ oportuit tenere nos prouinciã poſt quã omnia experti ſumus quæ humana neceſſitas tolerare poſſet: ſed poſtquã dii nobis contrarii fuerunt uolumus contra deorũ uoluntaté prouinciã tenere. Tradimus heſperias: deſcendit a conſtitutione coniecturali ad deliberationé: nã omnis petitio habet deliberationé: uidelicet eius a quo petimus cũ enim petimus aliquid: is a quo petimus deliberat dare uelit an nõ ideo opus eſt ſuaſione. ſuaſio omnis eſt in deliberatione: deliberatio habet finé honeſti & utilis: quemadmodũ petitio cũ petimus aliquid debemus ſuadere a partibus honeſti: cũ deliberamus aliquid: ab hiſdé partibus ſuadere debemus: deliberatio habet finé utilitatis: utile eſt ut in deditioné accipias nos o Cæſar: quoniã ex hac deditione magnam utilitatem conſequeris. Tradimus heſperias gentes: o Cæſar ueniam preſtes: in tuam enim poteſtaté tradimus hiſpaniam & orientalem plagam aperimus. Aperimus eoas: ideſt orientales: nã donec hiſpania occidentalis regio contra te eſſet: non ſecurus inuaderes orientem ubi pompeius erat. Securum: quia ſecurum damus: ut nihil a tergo hoſtile relinquamus. Poſt terga: ſcilicet occidentis. Nec cruor: ſuadeat a facili quia hanc uictoriam cæ. incruentam cõſecutus es. Laſſæ. ſ. pugnando. Hoc hoſtibus unum



hoc ſolum, ignoſce ꝙ incruentam uictoriã accipias: & ne tibi uiliores uideremur.

Q d'uincas ignoſce tuis: nec magna petũt'
Ocia dà feſſis: uiuam patiaris inermes
Degere quã tribuis: cãpis proſtrata iacere
Agmina nr̃a putes. nec enim fœlicib⁹ armiſ
Miſceri damnata decet: partéq; triumphi
Captos ferre tui. turba hæc ſua fata peregit
Hoc petimus uictos ne tecũ uincere cogaſ
Dixerat. at cæſar facilis uultuq; ſerenus
Flectit' atq; uſum belli pœnamq; remittit
Vt primum iuſtæ placuerunt fœdera paciſ
Incuſtoditos decurrit miles ad amnes
Incumbit ripis permiſſaq; flumina turbat.
Cõtinuis multis ſubitarũ tractus aquarum
Aera non paſſus uacuis diſcurrere uenis
Arctauit clauſitq; animã. nec feruida peſtis
Cedit adhuc. ſʒ morb⁹ egẽs iã gurgite pléis
Viſcerib⁹ ſibi poſcit aq̃s. mox robora ner
Et uires rediere uiris. o prodiga rerũ uis
Luxuries. nunquam paruo cõtẽta paratu.
Et quæſitorum terra pelagoq; ciborũ
Ambitioſa fames. & lautæ gloria menſæ
Diſcite quam paruo liceat producere uitã
Et quantum natura petat; non erigit ægros

ℭSVLPI. Ignoſce: noli imputare ꝙ uicti ſumus. Ocia: quieté & ceſſationé ab armis. Inermes: exauctoratos & dimiſſos a militia. Campis: per commiſerationé cũ diſſuaſione ut nõ ſeruet ipſos in uſũ ſuũ. Proſtrata: mortua. Damnata: Infelicia & uicta. Partéq; triumphi: nec decet nos captiuos tecũ triumphare. Fata: ſua ſuũ offici fata'éq; militiæ curſũ. Victos: nos. Vincere militare cũ tuis. At cæſar. his auditis cæſar cũ reſpondiſſet has parteſ miſerationes nulli hominũ minus conueniſſe: improbaſſetq; ducũ crudelitaté & totã cauſã. Conſtituit ut ſi de prouinciis excederent exercituſq; dimitterent ſe nemini nociturũ: hancq; eſſe extremã pacis conditioné: dũq; res huc deducitur: ut hi qui habeant domiciliũ ac poſſeſſioneſ in hiſpaniã ſtatim: reliqui ad uarũ flumé dimittantur ne cui de his noceatur. poeta paucis uerbis hæc obruens militũ decurſũ ad flumina dũ luxuriæ improbatione exequitur & uarios petreianorũ affectus explicat. Facilis: exorabilis. Serenus: lætus. Flectitur: monetur & exoratur. Remittit uſum belli pœnãq;: conceſſit ceſſationé a militia & impunitaté. Iuſtæ: benignæ. Incuſtodito: a cæſarianis. Incumbit: inclinat ſe ut bibat. Turbat: turbida reddit. Permiſſa. Continus: multi ex continuo potu quaſi ſunt ſuffocati. & tamé adhuc ſitiebant. Tractus: hauſtus potus. Aera nõ paſſus: qui nõ ſint ſpirare & reſpirar̃. Venis arteriis & fiſtulis ſpiritus. Arctauit: ſtrinxit colliſit. Animã: ſpiritũ. Multis: militibus. Peſtis feruida: uehemens ſitis: Cedit: ceſſat. Morbus egens: ſitis indiga & inſatiabilis. Nã quo plus ſunt potæ plus ſitiunt' aquæ Robora & uires: robuſtæ uires & neruoſis uiris endiadis eſt uel ſepara. O prodigia: in luxurioſos inuehit' in quos & plinius præſertim lib. nono & decio: & Iuuenalis & Horatius & Perſius. Luxuries: immodeſtia.

Prodiga: quæ effundit & perdit res. Paratu: apparatu. Fames ambicioſa: definitio gulæ. Quæſitorũ: in agris ſiluis & aquis. Et lautæ gloria menſæ delicati & ſumptuoſi qui gloriã in dapũ ſplendore locatis. Diſcite: ab hoc exemplo. Paruo: parua re. Producere uitã. uiuere: Quantũ natura: paucis enim minimiſq; rebus natura contenta eſt. Erigit: attolit ſanat.

ℭOMNIBO. Nec magna petuntur: a poſſibili nã cũ petimus aliquid oſtendere debemus id quod petimus præſtari poſſe ab eo qué rogamus: quod tu facere potes o cæſar: uidelicet ut dimittas nos ab armis hac conditione: ut poſt hac nõ liceat nobis: nec pro te: nec contra te arma ſumere & tanquã emeritis militibus futuri temporis ſtipendia nobis dabis. Petuntur: a te quæ præſtare potes. Ocia des: ideſt nos ab armis dimittis. Inermé: ideſt depoſitis armis: & relicta militia: Proſtrata iacere: & putes animo nos ad internectioné uſq; occiſos eſſe: Nec enim felicibus armis: arguit a partibus iuſtitiæ: uidelicet a gratia: gratia eſt ut bene merentibus præmiũ detur: & male merentibus pœna: quia infelices ſumus præmia nos habere nõ debemus. nec igitur debes nos exercitui tuo felici coniungere. Felicibus: quia cũ nos infelices ſumus participes uictoriæ tuæ nos eſſe nõ decet. Turba hæc: quantũ pertinet ad exercitũ noſtrũ noſtræ fortunæ ſatiſfecimus: ideo nihil nobis relictũ eſt quod bellũ ciuile ſequi uelimus. Fata peregit: quando ſemel uicta eſt. Vincere cogas: ideſt poſtquã ſemel uicti ſumus nolumus amplius uincere. Facilis: ſcilicet ad ignoſcendũ Vultuq; ſerenus: ideſt benignus quia qualitas uultu ſignificat animi intentioné. Pœnáq; re. ut ſint tanquã emeriti & uacationé habeant. Vt primũ iuſtæ poſtquã Cæſar faciliter conſenſit petitioni petrei & afranii. ſtatim milites ubi facultas data eſt ad aquarũ flumina omnes ſine ordine diſcurrunt. Iuſtæ pacis: quia iuſta pax erat quæ inter ciues componebatur. Incuſtoditos: ſicut ut antea ſeruabantur ab hoſte. Incũbit: ideſt inſtat nimia ſiti laborans. Flumina turbat: quia multitudine militũ perturbabatur unda. Continuus multis: dicit ꝙ milites poſtquã ſemel facta eſt bibendi facultas tã auide aquas hauſerunt: ut ſeipſos ſuffocarent. nã multi ex ipſis præmia auiditate bibendi ſuffocati ſunt. Continuus tractus: ideſt hauſtus aquarũ ſine intermiſſione: quia auide nimis trahebant. Arctauit: anguſtauit. Animas: ideſt uitã & ſpiritũ. Feruida peſtis. i. aqua auide hauſta. Cedit quanuis aquæ ſuperent & abundarent: tamé ſatiari nõ poterant. Morbus egés. i. uitiũ ſitis ex inopia aquæ cõtractũ. Robora neruis: poſtquã tandé ſiti expleuerũt uires in corpora rediere. O prodigia rerũ luxuries: capta occaſione poeta inuehitur in eos qui curioſi ſunt ciborũ & qui terra mariq; quærunt. unde delicatũ aliquid habere poſſint: quod nõ neceſſitati ſuæ conueniat: ſed uoluptati ſatiſfaciat. O uos: inquit qui adeo ſoliciti eſtis in inquirendis uariis ciborũ generibus aduertite &

conſiderate quã paucis rebus humana uita poſſit eſſe contenta. Hi enim recupauere uires ſuas aqua & pane contenti. Luxuries: ſuperflua rerũ abundantia. Prodiga: ideſt quæ rebus abuteris. Prodigus dicitur a prodigere: ideſt conſumere & dicitur qui ſua bona nequicquã conſumit. Nũquã contenta: ideſt quæ ſemper magno ſumptu cibos & epulas parare ſoles. Ambicioſa: ideſt cupida: ambitus proprie dicitur cupiditas honoris: ſed pro omni cupiditate aliquando ponitur. Paruo paratu: quæ nunquã ſaciari poſſis. Diſcite: nunc exemplo horũ militũ qui ſatis habuerunt aquã haurire & panẽ comedere. Paruo. ideſt aquã exiguo ſuſtentari poſſit hamana hominis natura. Aegros. ægrotantes. eſt argumentũ: ſi ægrotantibus aquã facile ꝓponẽtibꝰ medicis ſatis erit ad recuperãdã ualitudinẽ priſtinã: q̃to magis ſufficiet corporibꝰ ualidis.

Nobilis ignoto diffuſſus conſule bacchus
Nõ auro myrrha ue bibũt ſ; gurgite puro
Vita redit: ſatis ẽ populis fluuiuſq; cereſq;
Heu miſeri q bella gerũt tũc arma relinquẽs
Victori miles ſpoliato pectora tutus
Innocuuſq; ſuas curarum liber in urbes
Spargitur. o quantũ donata pace potitos
Excuſſis nunquam ferrum uibraſſe lacertis
Pœnituit toleraſſe ſitim: fruſtraq; rogaſſe
Proſpa bella deos: nẽpe uſis marte ſecũdo
Tot dubiæ reſtant acies: tot ĩ orbe labores
Vt nũquã fortuna labet ſucceſſibus anceps
Vincendũ totiens. terras fundẽdus in oẽs
Eſt cruor: & cæſar tot ſua fata ſequẽdus
Felix qui potuit mundi nutante ruina

SVLPI. Nobilis bacchus. Vinũ cuius patriã titulũq; ſenatus deleuit: ut iuuenalis ait. Ignoto conſule: ſignabanť enim in doliis & teſtis a conſulibus tempora. Diffuſſus: expræſſus & conditus. Auro: uaſis aureis. Myrrha. poculis myrrhiniſ. Myrrha humor eſt qui ſub terra in oriente denſať calore. uarietate colorũ grata & nitida potius q̃ ſplendida ut Plinius lib. xxxvii. ait Puro gur. ſim. aq̃. Satis ẽ flu. q; certuſq;: ſufficit & pa. Ho. inquit Ie. raro ſto. uulgaria tẽnit. idẽ. Cũ ſale panis latrantẽ ſtomachũ bene leniet. Cicero in tuſculaniſ lib. quinto ait: Darius in fuga cũ aquã turbidã & cadaueribus inquinatã bibiſſet negauit unquã ſe bibiſſe iucundius Ptolomeo peragranti ægyptũ comitibus nõ conſecutus cũ cibarius in cauſa panis datus eſſet nihil uiſũ illo iucundius. Heu miſeri: parœmia eſt. Victori: cæſari: Tutus: illæſus cæſaris iuſſu. Innocuus: nõ nocens uel cui nõ nocetur. Curarũ: bellicarũ. Vrbes: patrias O quantũ: afranianos inquit militiæ & laboris penituit & quod nõ prius ſe dediſſent ſeq; felices uacatione exiſtimabant: cũ uiderent tantũ laboris ſupeſſe uictoribus. Vibraſſe: immiſſa. Fruſtra: quia nõ exauditi ſunt Vſis marte ſecundo: cæſarianis. Dubiæ: incertæ an ſint ſuperandæ. Vt nunquã: quãuis fortuna incerta nunquã fauere deſiſtat. Labet ſucceſſibus: cadat a proſperitate. Terras: in macedonia ægypto aphrica & hiſpaniæ. Fata: euentus. Fœlix: in ſolatiũ petreianorũ & cæſarianorũ inuidiã poeta fœlicẽ cenſet qui in tanta ruina ſcit ubi ſcit moriturus. Nutante: inclinante ſe.

OMNIBO. Nobilis bacchus: ideſt uinũ precioſũ quod magno precio comparatur & aduectitũ eſt. Diffuſus ignoto conſule: ideſt uetuſtũ uinũ nã quanto uetuſtius eſt tanto ualidius: ideo dicit ignoto conſule propter antiquitatẽ quia ro. tempora a conſulibus dinumerabant: ergo conſule ignoto ideſt cuius nomẽ propter uetuſtatẽ incognitũ eſt. Nõ auro myrrhaq;: ideſt nõ aureis poculis & myrrhinis bibebant. Myrrhina mittuntur ab oriente: ut refert plinius inueniunť enim ibi in pluribus locis: nec inſignibus: patrici regni: præcipua tamẽ in carmania. humorẽ putant ſub terra calore denſari amplitudine nunquã paruos excedunt abacos: craſſitudine rata uaſi pototorio: ſplendoriis ſine uiribus: nitorq; uerius quã ſplendor: ſed in pretio uarietas colorũ: ſubinde circunagentibus ſe maculis in purpurã candoreq; & tertiũ ex utroq; igneſcente ueluti per tranſitũ coloris purpura rubeſcente: aut lecte candeſcente. ſunt qui maxime in iis laudent extremitates: & quoſdã colorũ repercuſſus: quales in cæleſti arcu ſpectanť his marulæ pingues placent: tranſlucere quicquã aut pallere uitiũ eſt. Flu. ideſt aqua pro parte ſui ponitur: ut reſtinguere fontibus ignes. Ceres: deã pro fruge poſuit. Heu miſeri: nunc in eos inuehiť qui cupiditate bella gerunt: quos dicit miſeros eſſe ſeu uincant: ſeu uincanť: ſi uicti fuerint: neceſſe eſt ut ſeruiant: ſi uicerint nunquã a bellis deſinent: ſed bella ex bellis ſæuiunt: cũ alia ſemper appareant ꝙ miſeri ſint ex hoc cognoſci poteſt: quia depoſitis armis in extrema miſeria conſtituti cœperunt eſſe multo feliciores uictoribus ſuis. Tunc: probat ꝙ ſecuri ſint depoſitis armis milites cũ antea armati in extrema miſeria conſtituti eſſent & tuti eſſe nõ poterant: nunc uero inermes ſecuri ſunt: quod e contrario uidetur. Victori: cæſari. Tutus: qui neminẽ temebat. Innocuus. cui nemo noceret. Liber curarũ: qui ante magnis curis & ſollicitudinibus agitabať: cũ mortis periculũ ante oculoſ haberet. Spargiť diuidiť. In oras ſuas: ideſt in patriã ſuã: quia in ſuã quiſq; patriã redibat. O quantũ donata poſtquã depoſitis armis ſemel liberi fuerunt: pœnitentiã agebant ſeipſos incuſantes: quod ſitim & aliarũ rerũ inopiã: tã diu perpeſſi fuiſſent. O quantũ: cũ admiratione quadã legendũ. Pace potitos: potentes factos pacis: quã conſecuti erant: potiť aliquis cuiuſpiã rei: qui potens factus eſt rei qua cupiebat ut. Virgilius. Optata troes potiuntur arena. Toleraſſe ſitim: ſtultos ſe quodammodo fuiſſe intelligebant: & ſtultitiã ſuã damnabant: quod depoſitis armis potuiſſent omnia abunde conſequi. Rogaſſe bella deos: conſtructio latina: ideſt precibus petiiſſe a diis. Fruſtra: quia obtinere nequierunt. Nempe uſis: rationẽ affert: quanobrẽ pœnituerit eos tanta cupiditate uictoriã a diis exoptaſſe quia intelligebant ſe nunc feliciores eſſe uictoribus & quodã diis optabant ipſis damno: potiuſquã utilitati futurũ: hoc comparatione ſui & oſtiũ intelligebant. Videbant enim multa bella reſtare Cæſari & militibus ſuis: ut unius belli finis: princi



piũ alterius eſſet: quanuis etiã omnia Cæſari proſpere cederent: tamẽ opus eſſe longiore tempore antequã uictoriã plene conſequereť. Dubiæ acies. i. incertæ pugnæ. Tot in or. la. quia opus erat ut pompeiũ terra mariq; perſequerenť: qui magnis exercitibus terreſtribus atq; maritimis abundabat. Vt nunquã for. & ſuppoſitio nõ conceſſo tamẽ: ꝙ nunquã fortuna ſic Cæſari aduerſa: tamẽ ſæpe numero gerenda ſunt bella ut magno labore uictoria conſtet. ordo eſt: uincendũ eſt totiens: cruor eſt fundendus in omnes terras: & cæſar eſt ſequẽdus ꝑ tot ſua fata. Vt: quanuis. Fortuna anceps. i. quæ ſemper dubia & incerta eſſe ſolet euentibus. Vincendũ totiens: quanuis omnia ex uoto cæſari ſuccedent. In omnes terras: in omnes partes terrarum: in oriente: in occidente: in meridie: ubi pompeius exercitus ſuos habebat. Cæſar ſequendus: neceſſe eſt ut cæſaris milites ipſũ ſequanť. Per fata: per fortunas: qui ubicũq; in periculo eſt: & uincat ne an uincať. Felix qui po. comparatione Cæſaris atq; ſuorũ felix eſt qui ſit iã ubi habitaturus ſit qui ſequunť cæſarẽ incerti ſunt quas colſonias habitaturi ſint pro præmio uictoriæ milites enim uictores in colonias mittebanť more maiorũ. dicit igiť uictos illos habitaturos patriã ubi geniti & educati ſunt: at uero uictores milites cæſaris adhuc neſciuere quã partẽ habitaturi ſint. Nutante ruina. i. cũ mundus omnibus ruin i mineť nã cũ eſſet imperiũ romanũ longe lateq; porrectũ & ferme omnẽ terrarũ orbẽ compræhenderet: mortis romanis mouebať uniuerſus orbis.

Quo iaceat iã ſcire loco. nõ prœlia feſſos
Vlla uocant. certos nõ rũpũt claſſica ſonos
Iam coniunx natiq; rudes. & ſordida tecta
Et non deductos recipit ſua terra colonos
Hoc quoq; ſecuris oneris fortuna remiſit
Sollicitus mẽti qď abeſt pauor. ille ſalutis
Eſt auctor. dux ille fuit. ſic prœlia ſoli
Fœlices nullo ſpectant ciuilia uoto.
Non eadem belli totum fortuna per orbẽ
Cõſtitit. ĩ partes aliq̃d ſed cæſaris auſa eſt
Qua maris adriaci lõgas ferit unda ſalõas
Et tepidũ ĩ molles zephyros excurrit iader
Illic bellaci confixus gente curetum
Quos alit adriaco tellus circunflua põto
Clauditur extrema reſidens antonius ora.

SVLPI. Feſſos. petraneos. Certos: nõ interruptos: & ſuo arbitrio intos. Sordida: nigra fumoſa. Sua terra: patria propria natale ſolũ. Colonos nõ deductos: habitatores nõ alio tranſmiſſos ut accidet ueteranis cæſaris q inno uas colonias deducentur. Remiſit hoc oneris: imminuit hanc pœnã. Quod abeſt pauor: quod nec pompeiũ nec cæſarẽ: timent legitur & fauor hoc eſt ſtudiũ uel ĩ pompeiũ uel in cæſarẽ. Ille: cæſar. Ille: pompeius. Nullo uoto: nõ enĩ plus uictoriã pompeio q̃ cæſari precabãť. Nõ eadẽ: florus poetæ fere uerbis hoc idẽ explicat inquiens. Aliquid tamẽ aduerſuſ abſentẽ ducẽ auſa fortuna eſt circa illyricũ & aphricã quaſi de induſtria ꝓſpera eius aduerſis radiarentur. quippe cũ fauces adriatici maris iuſſi occupať Dolobella & antonius ille illyrico hic corcyrico littore caſtra poſuiſſent: iã maria late tenente pompeio legatus eius Octauius libo ingentibus copiis claſſicarũ circumuenit. Vtrãq; deditionẽ fames extorſit Antonio miſſæ quoq; a Baſilo in auxiliũ eius rates quales inopia nauium fecerat noua pompeianorũ arte cylicũ actis ſub mare funibus captæ quaſi per indaginem duas tamẽ æſtus explicuit. Vna quæ opiterginos ferebant in uadis heſit. Nõ cõ. ea. nõ perſtitit ſimilis & proſpera: ſed aduerſa. In partes: contra claſſes & exercitus. in mari enim adriaco obſeſſus eſt antonius a pompeianis. Ferit: percutit alluit. Salonas: urbẽ & emporiũ in dalmatico littore ut tradit Strabo: Longas: exporrectas. Iader: dalmatia in adriacũ mare excurrens opidũ: quod iadera appellatur. Tepidũ: nõ frigidũ. Moles: mites: Illic Antonius: legatus cæſaris. Bellici: pugnaci. Curetũ brundiſinorũ. in ſecundo dixit. Vrbs eſt dictæis olim poſſeſſa colonis. Curetes ut Strabo lib. x. docet gentes fuere in creta dictæ a cura. i. a tonſura quaſi detonſi uel a curo monte: uel quia ſicuti coræ ideſt puelle muliebres longas ſtolas induunt. Tellus corcyra: inſula ut indicat florus. Circunflua: quæ circundať mari. Claudiť: obſideť. Extrema: ultima quã cæſar tenebat.

Curetes.

OMNIBO. Quo iaceat: in quo loco moriturus ſit: & uicturus reliquũ uitæ ſuæ tempus. Nõ prœlia feſſos: nã hi milites iã ſunt ſecuri bellorũ: & cũ coniugibus ac liberis ſuis acturi ſunt uitã: & in ſuis tectis habitaturi: ubi geniti & educati fuerunt. Vocant feſ. ſ. dimiſſis armis & relicta militia. Sõnos cer. quia nõ ſunt ſoliciti de bello imminenti. Nati: recipiunt eos qui in patriã rediere ad ſuos. Rudes na. infantes qui adhuc in cunabulis nutriunť. Sordida te. uilia & ideo pacifica: quia raro diſcordia in humili tecto: ſed in magnis principũ ædibus diſcordia regnat. Sua ter. in qua nati ſunt & educati. Deductos. ſ. in alienas colonias: inter municipiũ & colonias hoc intereſt: municipiũ diciť oppidũ illud cuius ciues donati ſunt digniori ciuitate ę diuerſo appellať colonia: cũ a digniori ciuitate mittunť ad inferiorẽ. rectæ ergo dicit hos milites felices: hoc etiã felicitatẽ ſuã auget: ꝙ uidelicet nõ cogerenť relicta patria ubi nati ſunt in alienas colonias deduci. Hoc quo. ſe. hoc quoq; acceſſit ad felicitatẽ eorũ ꝙ ſecuri ſunt & nullũ onus metuebant: nullũq; laborẽ militiæ. Menti. i. a mente eorũ: ꝙ nil metuant. utercũq; uincat: haud in magno diſcrimine ponunť. Fortuna re. fortuna hoc adidit etiã ad felicitatẽ eorũ: ut ſine pauore ſint uter cæſaris & pompei uincat. Oneris: nã magnũ onus ẽ pauor. Solicitus: ab effectu quia reddit homines ſolicitos. Salutis au. quia cæſar: cũ paulo ante ueniſſent in poteſtatẽ ſuã ipſis ſalutẽ donauit. Ille: pompeius. Nullo uo: quia nõ optant ut cæſar magis q̃ pompeius: aut e diuerſo uincat. Nõ e. b. ſicuti antea res omnes fortuna cæ. feliciter ex uoto cedebat: at nunc omnia in inuidia mutata ſunt: nã fortuna tametſi cæ. fauebat: tamẽ aduerſus eũ nõ nihil ſiniſtri auſa eſt. Nõ e. nõ fuit ſimilis huic fortunæ quã in hiſpania habuerat. In par. ce. quia nõ nihil cæ. partibus aduerſata eſt. In: contra. Ferit ſa: in illyrico littore & dalmatico auſa eſt cæſari aduerſari. Salonæ arũ. ciuitas eſt dalmatiæ quã pollio expugnauit & de ea ſpecioſiſſimũ triumphũ egit: unde filiũ ſuũ de nomine captæ urbis Salõium appellari uoluit. Salonæ imperium dalmatarũ fuit: hæc gens ut refert

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Strabo.annos cõpluris aduerſus ro.bella geſſit:caſtella ad.L.habuit dignitate præſtãtia. Lõgas:reſpexit ad ſitũ urbis ita albã lõgã dicimus: Tepidũ iader.nõ q iader ſit generis neutri:ſed retulit ad flumẽ tepidũ:iader autẽ ſiu.eſt in adriacũ mare fluẽs:unde oppidũ eſt haud procul ab eo iadra appellatũ. Tepidũ:quia in ocidẽte eſt.& zephirus ſẽper eſt tepidus. Illic bellaci: narrare incipit nũc quomodo nõ nihil aduerſi in illyrico paſſus fuerit cæſar.Hiſtoria ita ſe habet:cũ fauces maris adriatici.C. Antõius & Dolobella cæſaris legati ipſius iuſſi occpaſſent inde in illyrico littore alius:alter in Dalmatico caſtra poſuiſſẽt.Põpeio omnia iã maritia loca tenẽte:Octauius Libro cylix repẽte cũ omni exercitu claſſicorũ utrũq circũuẽit: & fãe quidẽ Antoniũ deditionẽ abſtorſit: qui etiã rates quæ in auxiliũ eius uenerãt cũ Baſilo nouo põpeiãorũ marte fũibus occultis i medio mari extẽſis cylicia arte captæ ſũt: duas tãtũ explicuit:una quæ ferebat opiterginos inuaſit hæſit. faciuſq mẽorabilis poſteris edidit quippe uix mille iuuenũ mãus circũfuſi undiq exercitus per totũ diẽ tela ſuſtinuit & cũ exercitũ uirtus nõ haberet:tamẽ ne in deditionẽ uẽirẽt:hortãte tribũo uulteio mutuis ictibus in ſe cõcurrit: & ad unũ omnes occiſi ſũt.hoc eſt quod fortũa operata eſt cõtra cæſarẽ. Curetũ .i. cretẽſiũ quia cretẽſis milites auxiliãtes ſecũ habebat.Curetes ut oſtẽdit ſtrabo:quidã ad Acarnães:quidã ad Etolos aſſiſcũt:& nõnulli a creta aliqui ex euboea gẽus duxiſſe aſſeuerãt. Quos alit: deſcribit inſulã curetũ. Põto: in medio eni mari adriatico poſita eſt creta.:in illyrico littore ubi caſtra poſuerat.C.Antonius:nã Dolobella in dalmatico poſuerat.

Cautus ab incurſu belli;ſi ſola recedat
Expugnat quæ tuta fãcs:non pabula tellus
Paſcendis ſubmittit equis nõ protulit ullã
Flaua ceres ſegetẽ; ſpoliabat gramie cãpũ
Miles: & attonſo miſeris iam dẽtib9 aruo
Caſtrorũ ſiccas de ceſpite uulſerat herbas,
Vt primum aduerſæ ſocios i littore terræ
Et baſilũ uidere ducẽ:noua furta p æquor
Exquiſita fugæ:neq enim de mor carinas
Extẽdũt:puppeſq leuãt:ſed firma gerẽdis
Molibus inſolito contexũt robora ductu:
Namq ratẽ uacuæ ſuſtentãt ũdiq cuppæ,
Quarũ porrectis ſeries cõſtricta cathẽis
Ordinibus gẽinis obliquas excipit alnos:

SVLPI. Cautus ab incurſu: quia in loco munito forti manu ſtipatus contra uim erat. Recedat: abſit ea enim opprimebatur. Expugnat tuta:uinci munitiſſima. Submitit ſubminiſtrat.. Ceres:triticũ ſatũ. Flaua:epithetõ. Protulit:emiſiit legitur& proferit. ideſt eſerit. Segetem: herbã frumentti quæ uix exorta attondebatur.potes & per hypallagẽ legere. Miles: Antonius qui herbis ueſcebatur. Miſeris:miſerabilibus. Attonſo aruo:depaſtis herbis uiridibus ſiccas glebarũ aggeris aſumpſerat. Vt primũ:poeta aliter q florus hanc narrat hiſtoriã ait his enim:quod Antonius obſeſſus q primũ uidit baſilũ ducẽ & ſocios auxiliares ſtatim fabricatis nauibus conatus eſt euadere. Sed cũ eius duæ triremes præteriſſent:ratis tertia cathenis pompeianorũ inhæſit quæ quidẽ memorabile poſteris dedit exemplũ. Quippe uix mile iuuenũ manus circunfuſi undiq exercitus per diẽ totũ tela ſuſtinuit: & cũ exitũ uirtus nõ haberet: tamẽ ne in deditionẽ ueniret hortante tribuno uulteio mutuis ictibus in ſe concurrit. Socios: cæſarianos. Baſilũ: præfectũ claſſis. Terræ aduerſæ:illyricæ ubi Dolobella erat. Equiſita: excogitata. Furta fugæ: apparatus occulti diſceſſus. Extendunt: ordinant. Leuant: erigunt ſtruunt. Sed firma florus non ait antonianos edificaſſe: ſed a baſilo miſſas antonio rates quales inopia nauim fuerat. Contexunt robora: componunt rates hoc eſt trabes ſibi connexas. Ductu:ſtructura & ordine. Molibus:ponderibus magnis. Namq ratem:ratis:hoc pacto eſt ſtructa poſitæ ſunt in geminum ordinem ſexaginta ſchaphæ quas trabibus deuinxerunt & cratibus contexerunt:tamen intra ipſum ordinem non extra ordinatis & collocatis. Cuppæ:cuppæ proprie ſunt uaſa magna in poculorum aut parapſidum formam:ut eſt trapeti concauus locus: Vtitur eo uerbo Cato in primo de re ruſtica & Varro dixit cuppas uinarias & cuppas aceti. Cathenis:trabibus cõnexis & implicitis quæ cuppas ligabant. Excipit:recipit & ſuſtinet. Alnos: trabes ex alno.

OMNIBO. Cautus ab incurſu belli:prouiderat inquit neq parte hoſtes inuaderent:ſed nõ prouiderat commeatibus. Si ſola recedat.nõ prouiderat commeatibus:ſed hec pars magna illi & neceſſaria deerat unde exercitus fame obſidebatur. Tuta. ſcilicet loca etiã ſi in tutiſſimo conſtiteris: & nõ ſuppeditentur alimenta neceſſe eſt ut ſponte in hoſtiũ poteſtatẽ uenias. Nõ pa.deſcribit quanta inopia Antonius & milites ſui laborarent: iã enim herbas cũ radicibus euulſerant. Paſcentibus equis:multo minus nutriendis hominibus. Proferit: producit eo quod præcedit id quod proſequitur:nã primo ſeritur ſeges:deinde oritur. Segetẽ frugẽ: uel poteſt eſſe hyppallage:& ſegetẽ pro terra poſuit. Virg. Quid faciat lætas ſegetes. Spoliabat gra.cam mil.deficientibus aliis rebus terrã quoq in uſũ ſuũ milites colligebant. Attonſo aruo:more iumentorũ: nã inquit comſumptis herbis ad radiceſ uſq tendebant. Caſtrorũ ſiccas:quia aggere caſtra circundederunt & ex aggeribus herbã dentibus carpeſerant. Vt primũ:nunc deſcribit quomodo res geſta fuerit nã antonius ad hanc inopiã redactus ubi baſilũ uidit ratibus auxiliaribus ueniſſe:parauit ſe ad fugã:ſi quo modo poſſet furtim emanibus labi: quomodo autẽ fecerit poeta deſcribit. Baſilum cum auxiliaribus uenerat nauibus. Fugæ:ad fugam. Neq enim: declarat quia ſibi rates non ſecundum ritum fecerant. Extendunt:producunt:non de more naues ædificant longas:quas uulgo galleas uocant. Puppes leuant.ideſt leuiores puppes faciunt. More.ſcilicet antiquo. Leuant atollunt gerendis molibus. Rates:uulgo dicitur cum multa ligna inuicem connexa officiũ & uſum nauis præbent. Firma robora:ualida ligno.ſ.gerendis molibus.i.ad ſuſtentandas moles grauiores. Inſolito ductu: id eſt tractu nõ ſolito:nunquã antea tale aliquid factũ erat: Nãq ra.declarat quod dixit robora firma cuppæ:quia



naues quas hic cuppas huius ponti uocant.ſcutellæ dicuntur alio loco.i.ad ſimilitudinẽ ſcutellæ:uel cappas has undiq ſtruxerant longo ordine cathenatas:quæ hanc ratẽ ſuſtinuere uerbi cauſa hic ratis erat:utrinq erant ſcutellæ ſiue cuppæ:quæ ſuſtinebant hanc ratẽ: & a fronte & a tergo nauigantes latebant ſub hac rate:& in ipſis cuppis tribus ordinibus nauigabant:mouebatur ratis:illi admirabantur quare moueretur:cũ nullũ uiderent remũ ſed hoc erat quia interius nauigabant. Vacuæ:quia nihil in his præter remiges uehebantur. Cathenis:quibus coniunctæ tenebantur. Obliquas alnos:tranuerſos remos:materiã pro materia poſuit. Geminis or.quia ſicut ordines duos habebant a tergo:ita interius ne uideri poſſint.

Nec gerit expoſitum telis in fonte patenti
Remigiũ.ſed q trabib9 circũdedit æquor
Hoc ferit & taciti præbet miracula curſus
Qd nec uela ferat nec aptas ueberat ũdaſ
Tũc freta ſeruantur dum ſe decliuib9 ũdis
Aeſtus agat refluoq mari nudẽtur arenæ
Iamq relabenti creſcebant littora ponto
Miſſa ratis prono defertur lapſa profũdo
Et geminæ cõites.cũctas ſup ardua turris,
Eminet.& trẽulis tabulata minãtia pinnis
Notuit illirycæ cuſtos octaui9 undæ
Confeſtim tẽtare ratem. celereſq carinas
Continuit.curſu creſcat dũ præda ſecũdo
Et temer ingreſſor repetẽdũ iuitat æquor
Pace maris,ſic dũ pauidos formidine cer
Claudat odoratæ metuẽtes aera pẽnæ(uoſ
Aut dum diſpoſitis attolat retia uaris
Venator.leuis ora tenet clamoſa moloſſi.

SVLPI. Nec gerit remigiũ:nec haber remorũ ordinẽ cui noceri poſſit. In fronte. in facie lateris. Ferit hoc æquor:remigat intra illud mare quod eſt intra ſcaphas. Miracula:mira ſpectacula. Taciti:ſecreti. Nec uerberet undas apertas:nec remis agi uideatur. Tunc freta.ſtructa rate mare obſeruauerunt ut cũ undarũ reflexu eã deducerent. Aeſtus:fluctus. Decliuibus:refluis. Nudentur arenæ:in refluxu undarũ littoris arena detegitur. Iãq:expolitio & refluente mari: littus fit latius. Miſſa: immiſſa. Lapſa: labens tempus pro tempore. Profundo: prono per mare refluũ. Geminæ:comites. Duæ triremes:quas habuerat Antonius iuuer tutis gratia exercendæ. Turris ardua: ratis turrita & tabulatis munita reliquas ſuperabat. Pinnis:merulis & apicibus. Noluit:tota hæc hiſtoria uaria eſt: quippe poeta ante cæſaris ex hiſpania reditũ hoc præliũ geſtũ fuiſſe ſcribit. Cæſar uero poſtquã brunduſiũ rediit & inde in epyrũ nauigauit. Liuius in epithome Antoniũ captũ ſcribit. Floro cum poeta conuenit:qui ait libonem octauium cũ quinquaginta nauibus brunduſium ueniſſe inſulam occupaſſe. Antonium obſediſſe: inde abſceſſiſſe. Cuſtos octauius. Pompei præfectus qui Salonas peruenit.& concitatis dalmatis a Cæſare ipſos auertit Salonaſq oppugnauit. Illyricæ.maris quod illyrios alluit. Confeſtim tentare:ſubito oppugnate & capere. Celeres:expeditas. Creſcat:dũ præda: dũ reliquæ egrediantur ne captis primis ſtationẽ tenerent. Temere: incaute. Inuitat: nõ inuadendo. Ad repetendũ æquor: ad nauigandũ cũ reliquis nauibus quas plures putabat. Sic dũ. Octauius uenatori naues ceruis cathenæ retibus ſagittis & canibus comparantur. Claudat: includat. Aera:odorẽ aereũ.Eſt enim odor corpus aereũ. Pennæ odoratæ:ſynecdoche ſagittæ uenenatæ quæ a ueneno odorẽ accepit.uel per pennas intelligimus quas in retiũ funibus ad terrorẽ ferarũ uenatoreſ. apponunt pro quibus rubri panni fruſtulis utuntur. Attollat:erigat. Varis: perticis furcis quæ retia ſuſtinent. Varri quoq Nonio auctore dicuntur qui plantas obtortas expenſaſq habent. Clamoſa: latrantia. Moloſſi: canis epyrotici.Epyrus enim moloſſia dicitur.

OMNIBO. Nec gerit expoſitũ:a frõte uidebantur cuppæ:ſed nõ hic erant remiges qui uideri poſſent ſed a tergo: Telis.ſ.hoſtiũ:quia potuiſſent ab hoſte uulnerari: ſi in fronte fuiſſent. Remigiũ .i. remiges expoſitos Circundedit:ipſi remiges trabibus æquor circundiderant. Taciti miracula curſus:quia mouebatur ratis: nec unde moueretur quiſquã percipere poterat. Nec uela:nõ ſuſtinebat uela: quibus uento impulſis nauis feratur: Apertas:patentes undas:quia interius remi impellebant æquor: & ita ratẽ mouebant. Tunc ſeruantur: & cũ ita parata eſſe:expectabaut donec mare faceret refluxũ(quia quotidie mare fluit & refluit & undã haberent quæ ratẽ ſuſtinere poſſet. Seruantur:obſeruantur. Decliuibus un.quæ declinarint. Iãq relabenti: poſtquã mare refluxiſſet:& unda ſufficiens erat:ut ratẽ ſuſtinere poſſet:illã maiore curſu commouerunt. Relabenti: quia fluentẽ obſeruarent undã maris. Geminæ co.ſcilicet naues:quia ea ratis longas ſecũ duas naues habent. Pinnis.ſcilicet cũ. Cũ minantia ta.ideſt eminentia. Tremulis pin.quia ſicut mouebantur naues ita & tremere uidebantur propugnacula. Noluit illyricæ:nunc dicit quomodo ſe egerit Octauius libo cylix peritiſſimus: tametſi inquit facile poſſet eã nauẽ obruere; tamẽ nihil oſtendit in ſuis ſe caſtris facere:ut ſpẽ augeret hoſtibus: & reliquas naues etiã in pontũ deducerent: ut maiorẽ prædã capere poſſet. Præda. ideſt naues prædandæ deducantur in mare. Inuitat ingreſſos: ſcilicet hoſtes ut iterũ aliæ naues deducantur in mare. Pace maris. ſcilicet reliqua: quia nihil ipſe infeſtabat hoſtẽ. Sic dũ pauidos: per ſimilitudinẽ oſtendit quomodo Octauius libo cylix peritiſſimus nõ prius fraudes ſuas aperire uoluit: quã ſpem omnibus daret poſſe eos liberius fugere: ut omnes e caſtris & e loco tutiore deductos una omnes cõprehenderet: nã ita eos illexit: ſicut uenator facit: cum iubet omnes canes qui latrare conſueuerunt remoueri: & eos tantum mittit in ſaltus: qui prædam inueſtigare didicerunt:poſtea cum præda patuerit:tunc omnes in eos canes emittit ita & iſte pyrata fecit: ſi omnes relictis caſtris mediũ mare tenerent quaſdã emiſit qui latentibus cathenis naues illaquearent. Cõparat autẽ octauiũ libonẽ uenatori.rõanas uero naueſ Antonii & Vulteii cõparat ceruis. Metuentes aera pennæ:dicũt enim rubras pennas ueheméter formidare ceruos.Venatores igit cũ ad locũ peruenerint: ubi cerui frequentant

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſaltum omnem circundant funibus:& de funibus pennas rubras ſuſpendunt:ut Virg. Rubræ pauidos formidine pennæ:qui cum de ſaltu effugere uelint ad funem ſæpe ueniunt:de quo pennæ rubræ dependent:qui cum timent nunc huc nunc illuc redeunt:has adeo dicunt pennas ceruos formidare:ut antequam illas uideant earum odorem ſentiant. Odoratæ pennæ.i.cuius odorem ſentiunt a uentis deportatum. Diſpoſitis uariis .i. perticis Varrus per geminum r ſignificat perticam:qua retia circundantur. Moloſi: moloſſia eadem eſt quæ & epyrus primo moloſſia:inde chaonia appellata eſt a moloſſe & chaōe: ut Virg. Chaoniamq; omnem troiano a chaone dixit:ideo moloſſi dixit per excellentiam:quia ibi canes uelociſſimi naſcuntur. Leuis.i.agilis & uelocis.

Sparthanos chretaſq; ligat: nec credit͛ ulli
Sylua cani: niſi qui preſſo ueſtigia roſtro
Colligit: & præda neſcit latrare reperta,
Cōtentus tremulo: mōſtraſſe cubilia loro
Nec mora cōplent͛ moles: auidæq; petitis
Inſula deſerit͛ ratibus. quo tēpore primas
Impedit ad noctē iā lux extrēa tenebras
At pompeianus fraudes innectere ponto
Antiqua parat arte cylix: paſſuſq; uacare
Sūma freti. medio ſuſpēdit uincula ponto
Et laxas fluitare ſinit: religatq; cathenas
Rupis ab illyricæ ſcopulis: nec prīa nec illa
Quæ ſeqt͛ tardata ratis. ſed tertia molles
Hæſit: & ad cauteſ adducto fune ſecuta eſt
Impēdēt caua ſaxa mari: ruituraq; ſemper
Sat mirū moles & ſyluis æquor inumbrat
Huc fractas aqlōe rates: ſubmerſaq; pōt⁹
Corpora ſæpe tulit. cæciſq; abſcōdit î atris
Reſtituit raptus tectū mare: cūq; cauernæ
Euomuere fretū: contorti uorticis undæ
Taurominitanā uncīt feruore caribdim
Hic opiterginis moles onerata colonis

SVLPI. Sparthanos:lacedemonios canes. Creditur committitur uagari ue ſinitur. Colligit ueſtigia: obſeruat ſigna pedum. Preſſo roſtro : non emiſſa uoce e rictu. Cubilia:locum ubi fera cubat. Loro tremulo: cauda trementi tranſlatio eſt. Complentur moles : implentur militibus rates. Inſula:corcyra in qua erat Antonius. Quo tempore ſub ſolis occaſſum:& in crepuſculo quum nox ad huc a ſolis qui occidit ſplendore impeditur. Cylix : Cylices qui erant in claſſe Octauii. Antiqua:quam iam olim in pyratica exercuerant. Vacare . uacuam eſſe ſuperficiem maris ut cathenæ non apparerent. Vincula : cathenas & funes hamatos. Medio ponto:ſub aqua maris. Laxas:lentas. Fluitare:fluxe moueri cum aqua. Scopuliſ diuerſiſ ſcilicet ut ab uno in alium extenderentur. Quæ ſequitur:ideſt ſecunda. Tardata:retenta. Sed tertia.i.rates ex cuppis in qua erant opitergini rapta eſt ad præruptam quandam & concauam rupem quam poeta deſcribit. Adducto : tracto. Impendent:iminent. Moles ruitura : rupes exporrecta : quæ iam iam cauſura uidetur: Stat:non cadit. Mirum:præfacio eſt interpoſita. Syluis quæ ſunt ſupra rupem. Pontus:fluctuſ Cœcis:obſcuris & ignotis. Tectum:latens. Reſtituit raptus:emitit quod rapuit. Cauernæ:antra. Euōuere fretum: emiſſere aquam quam attraxere. Contorti uorticis undæ : undæ uorticoſæ & uehementes ſuperant charybdim quæ attrait & uomit aquas. Taurominitanam : Taurominium mons aſperimus in ſicilia ſuper quo & oppidum taurominium eſt non procul a maſſana quod Zanclei condiderunt Hic.iuxta hanc rupem. Colonis:ciuibus opiterginis:opitergium opidum eſt in uenecia.

OMNIBO. Sparthanos:nam in lacedemonia & in Creta inſula optimi canes nutriuntur. Horatius. Aut fuluus lacon. Creditur:committitur. Ligat:ſic reprimit caneſ uenator:ſicut claſſem ſuam retraxit Octauius. Nſi qui præſſo ueſtigia roſtro : niſi tacitis canibus qui nihil aliud agunt:niſi odore narium huc & illuc curſantes inueſtigent feram. Roſtrum:appellauit nares canis : nam olfaticis canis nares acutæ ſunt in roſtri ſimilitudinem. Veſtigia : nam ueſtigare proprie eſt canum qui per ueſtigia ſequuntur ferarum odorem. Neſcit la.nam canes olfatici ſunt docti:cum feras uiderint latratum tenent. Cōtentus tremulo:huiuſmodi canes cum ad cubile uenerint leporis uel alterius feræ concutit lorum: quia ligatus a uenatore tenetur . tunc intelligit uenator inuentam eſſe feram:ecce non diſcedit ſimilitudine.nam ille peritiſſimus pyrata miſerat qui funem ſub mari latentem ducerent quo fune illaquearent naues hoſtium. Nec mora: antoni igitur milites & opitergini : ubi uiderunt neminem moueri ex hoſtibus crediderunt metu deſiſtere: ergo una omnes relictis caſtris in mare naues deducunt. Moles:naues magnæ. Complētur:implentur. Virg. Complentur ualleſq; cauæ. Auidæq; : ſolent poetæ quod obſcuræ dicunt per ephexegeſim exponere. Inſula: ubi caſtra antonius poſuerat. Ratibus pe.i.cum rates milites coſcendiſſent. Quo tempore: deſcribit tempus crepuſculi noctis : crepuſculum tempus illud dicitur incertum : cum nec plenus eſt dies : nec plena nox : nam κρέπερος dicitur latinæ dubius. Lux ex.i.occidens ſol. At pompeianus:ſicut uenatores retia tendunt: & fune ſaltum circundant:ita hic pyrata funes medio mari extendit ut illaquearet fugientium naueſ. Pompeianuſ quia cylices fuerunt. pyrate contra quos magnus Pompeius miſſus duorū menſium ſpacio mare uniuerſum infeſtiſſimum pyratis liberum reddidit : deinde pyratas ut uires eorum diſſiparet in diuerſas colonias miſit: & cum ante mare habitarent incontinenti terra ſub ſpecie beneficii habitare fecit : ideo amabant eum quaſi beneficio eius aſtricti . & partes ipſius ſequebatur. Antiqua arte . ideſt cuius erat peritiſſimus & aſſuefactus. Summa fre. ideſt ſuperficiem. Vacare . ideſt uacuam eſſe : quia in ſuperficie maris nihil doli eſſe uidebatur : ſed ſub mari miſerat qui funes & chathenas ex trāſuerſo ducerent : quibus hoſtium naues caperentur. Suſpendit:quia uincula non tetendit : ſed laxauit:ut naues quæ captæ eſſent non ſentirent. Religatq; cathe . religat eas : ut cum poſtea nauis ſenſerit captam:tunc copia fiat circunueniendæ nauis. Illyricæ ru .i. littoris illyrici.



Nec p.noluit primā nec ſecundā nauē capi ut reliquæ ſpē conciperent fugæ. Nec illa quæ ſequitur ideſt ſecunda nauis. Sed tertia moles:ideſt tertia nauis: quia plus hominū uehebat. Adducto fu. quia funē adduxerunt:& ſic ad littora impulſa nauis conſtitit. Impendent: deſcribit locū quo ratis capta adducta eſt quæ onerata erat militibus:crepido hinc porrecta eſt ī mare:quia fluctus cū littora ſæpe pulſarent concauitatē fecerant ut rupes crepidinis pendere uideretur:& ſub hanc crepidinē deducta eſt nauis. Caua:ſcilicet fluctuū inundatione. Moles:rupis illius & crepidinis. Mirū interpoſitio eſt. Ruitura : quia ſi quis ſupoſitus fuerit crepidini:timent ſemper ruinā rupis quanuis nō cadat. Aequor inumbrat.quia rupes porrecta eſt in mare: & in rupe natæ ſunt arbores ideo dicit inumbrari æquor . Fractas: dicit fluctus ſub hanc crepidinē naufraga corpora ſæpe inuoluiſſe:deinde quia natura maris eſt ut nihil ſordidi contineat: ex eodē loco euomere conſueuerat quæ antea abſorpſerat. Submerſaq;:quæ naufragio perierant. Abſcondit:illa corpora & naues fractas. Reſtituit: reuomuit rapinas. Cūq; cauernæ : dicit ꝙ tā feruens mare ibi eſt : ut cū inuoluuntur uortices imitetur ſiculā charybdim. Taurominitanā: nā ut traiectu charybdis oſtenditur profundū quidē immenſū : quo inundationes freti mirū immodū nauigia detrahunt:magnas per circunditiones & uortices præcipitata: quibus abſorptis ac diſſolutis & naufragiorū fragmenta ad tauromīnitanū littus attrahuntur:taurominiū condiderunt zanclei ut refert ſtrabo. & urbs eſt nō procul a Meſſana. Euomuere: eructauere fretū. Vortex : a uertendo dicitur. Feruore : quia maior eſt feruor huius maris ꝗ ſiculæ charybdis. Hic opiterginis : redit ad id quod omiſerat : & oſtendit rationē cū deſcripſerit: dicit enim ī hunc locū raptā nauē & chathenis illaqueatā fuiſſe:qua opitergini uehebantur. Hi opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares fuerunt,qui teſte Liuio in eo codice:ubi ſummatim rerū geſtarū capita referuntur:rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa:potius quam in poteſtatem hoſtiū uenirent : inter ſe concurrentes: occubuerunt. Moles.ratis.

Cōſtitit: hāc omni puppes ſtatione ſolutæ
Circuneunt: alii rupeſ ac littora complent.
Vulteius tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes
Duxerat ille ratis: fruſtra qui uincula ferro
Rumpere conatus: poſcit ſpe prælia nulla
Incertus ꝗ terga daret: qua pectora bellot
Hoc tamen in caſu quantū dep̄nſa ualebat
Effecit uirtus: inter tot milia captæ
Circūfuſa rati: & plenā uix inde cohortem
Pugna fuit nō lōga qdem nā cōdidit ūbra
Nox lucē dubiā. pacēq; habuere tenebræ.
Tūc ſic attonitā. uenturaq; fata pauentem
Rexit magnanima ulteiuſ uoce cohortē.
Libera nō ultra parua quā nocte iuuentus

SVLPI. Omni ſtatione:omni loco & cuſtodia inqua ſtabant. Circuneunt:circum inuadunt. Puppes octauii. Tacitas fraudes:nauim inſidioſe captam. Vincula: cathenas & uncos. Ferro:ſecuribus. Poſcit prœlia : accingit ſe ad pugnam. Nulla ſpe:quia ſi uinceret ſoluere nauem non poterat. Ignorabatq; quo ſe uerteret:& non uidebat in quos eſſet pugnaturus quia erat iam nox. Hoc tamen in caſu: in hac aduerſitate inquit fortitudo oppreſſa quantum potuit ſe defendit. Tot milia:hoſtium. Inde:ex naui uultei. Vix plenam cohortem : mille ut diximus erant : ſed rem poete imminuit quanquam prima legionis cohors eſt militaria: habetq; pediteſ mille centum & quinq; equites cētum.xxii. reliquæ uero nam in ſingulis legionibus decem erant : minores dimidio conſtituebantur. Nam condidit:nam prœlium nox diremit. Dubiam lucem: crepuſculum. Pacemq;:ceſſationem ab armis. Rexit: moderauit & confirmauit perterritos. Sic:huiuſmodi ratione. Libera:concia ſuaſoria ut pro libertate & fide in Cæſarem mori honeſte malint ꝗ in parata ſeruitute turpiter uiuere . Eſtq; honeſtior ſuaſio ꝗ illa hegeſiæ philoſophi cirenaici qui de humanæ uitæ miſeria differens multos ad mortem uoluntariam inducebat: Ideoq; a Ptolomeo de ea re concionari prohibituſ eſt.

OMNIBO. Conſtitit: retenta eſt ſub hac cauerna. Hanc omni : nunc uero emittuntur moloſſi : quia omnes undiq; claſſes circundederunt hanc nauē. Vulteius:dux quidē ſenſit ſe captū eſſe:ſed ſero:tunc cū prouidere nō poſſet. Incertus:dubius an fugeret an pugnaret. Conatus: poſtquā diu tentauit ferro an rumpere poſſet cathenas. Ferro enſe:quia credebat uincula eſſe ſtupeia. ſed ferrea erant. Spe:nulla : quanuis nō ſperaret poſſe uincere: tamē prælia poſtulat:ut uel glorioſe moriatur . Incertus : cogebatur appetere prælīū : quia neſciebat quo fugeret ut pote irretitus. Bello:ſe fortiter pugnando defenderet. Hoc tamē:quanuis ne fugiendi ne pugnandi poteſtas erat tamē plus effecerunt quā uires eorū ualebant nā cū omnis uidiq; claſſis hoſtiū intenta eſſet uni rati:tamē tantū uirtus eualuit ut uſq; ad noctē pugnando pugnā ſuſtinerent. nā mille fere iuuenes hac rate uehebantur. Effecit:quantū potuit efficere inter tot milia. Cohors:eſt quingentorū & quinquaginta quinq; militū numerus:ſed tamē fere mille iuuenes fuiſſe legitur. Cohortē:ſcilicet opiterginorū . Pacēq; habuere tenebræ:interiecta nocte pax fata eſt:hoc eſt a pugna deſtiterunt omnes. Tum ſic attonitā : nunc. Vulteius: ſe ipſum & ſocios adhortatur:ut liberi potitis moriantur:quam in ſeruitute uiuant : eſt igitur hæc oratio in deliberatiuo genere habet enim conſultationem cum duæ res plures ue in queſtionem poſitæ ſunt & utrum potiuſ faciendum ſit quæritur. conſulatur enim utrum liberi moriantur:an ſerui uiuāt:& quia non eſt dubinm liberam mortem. anteponi uite ſeruili:ſtatim ad probandū uēit . Sed quia ſpacium breue conſulendi datur occurrebat Si uelimus non poſſumus deliberare mortem . Refellit hoc Vulteius a repugantibus hoc modo. Mors deliberata. mors improuiſa. deinde longa uita:breuis uita:ea quæ repugnantia ſunt ſe e diuerſo reſpiciunt. contraria autem exoppoſito ponuntur. ut deliberata longa contraria eſt . improuiſa breuis contraria eſt : ideo dixit ꝙ contraria opponuntur: ut deliberata mors : & breuis uita oppoſita ſunt improuiſa mors longa uita repugnant itaq; arguit ſi de morte deliberate poſſumus ſatis uitæ nobis ſupeſt:at qui de morte deliberare poſſumus: igitur



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſatis ſpacii datur. Libera:hic ponitur queſtio:non utitur proemio : nam ubi auditorum animí nón ſunt ad attentionem excitandi.non opus eſt proemio : nec beniuolentia neceſſaria eſt:nec etiam dubitat de quo locutus eſſet:hæ proprietates ſunt proemii ut beniuolentiam captemus. Libera non ultra oſtendit illos in ſeruitute eſſe:& ſi delegerint uiuere ipſis paratem eſſe ſeruitutem: Parua nocte: ideſt paruo noctis ſpacio:quia ſimulatq; illuxerit neceſſe eſt ut in ſeruitutem hoſtium ueniatis.

Cõſulite extremiſ auguſto in tẽpore rebus
Vita breuis nulli ſupereſt. qui tẽpus in illa
Quærẽdæ ſibi mortis hẽt. ne gloria lethi
Inferior iuuenes ad moto occurrere fato,
Omnibus incerto uenturæ tẽpo re uitæ:
Par animi laus ẽ & quos ſperaueris annos
Perdeř. & extremæ momẽtũ abrũpeř luciſ
Accerſas dum fata manu. nõ cogitur ullus
Velle mori. fuga nulla patet ſtãt undiq; nr̃iſ
Intenti ciues iugulis. decernite lethum
Et met⁹ oĩs abeſt. cupias qđ cũq; neceſſe ẽ
Nõ tñ in cœca bellorũ nube cadẽdũ eſt
Aut quũ permiſtis acies ſua tela tenebris.
Inuoluunt. cõſerta iacẽt quũ corpora cãpo
In mediũ mors oĩs abit. perit obruta uirtus

❡SVLPI. Conſulite: ſyntheſis eſt. Auguſto:breui. Vita breuis:nullus parũ uiuit qui ſpaciũ ſe occidendi habet.& ocurritq; his qui uitæ cupiditate ducuntur: cũ uideant mortẽ ſibi ab hoſte inſtare. Quærendæ:in ferende ſibi. Nec gloria lethi inferior.nec eſt minus glorioſũ in morte. Ad moto occurrere fato ire contra uicinã mortẽ quæ incerta eſt omnibus. Tempore incerto : quũ ſit tempus incertũ. Par animi laus:æqua magnanimitatis gloria. Annos quos ſperaueris.uitã incertã ut egit Cato Caláus & indorũ philoſophi. Momentũ:breue ſpatiũ: Accerſas dũ fata dummodo tibi mortẽ conſciſcas. Cogitur : ſupple a me. Velle mori: uoluntas enim unicuiq; libera eſt. Fuga nulla patet. argumentũ a neceſſitate certe ĩquit fugere nõ poſſumus:& inſtat hoſtis uitæ noſtre. igitur ſi genus mortis delegerimus erimus abſq; metu nõ enim niſi mortẽ timemus. Ciues romani. Iugulis.uitæ. Lethũ.genus mortis an ueſtra an hoſtili manu perire malitis. Et abeſt metus: & metuere deſinimus. Cupias quodcunq; neceſſe eſt.nũ reſiſtamus quod neceſſitas exigit. Sequiturq; præclarã illam ſententiã omne quod eſt neceſſe ſeruit ſapienti: quia quicquid eſt neceſſe ſapiens uult: Nõ tamẽ cœca : Conſolationis locus a laude præſenti & certa. quia conſpicui & inſignes nõ in confuſa ſtrage pereunt. Cadenda in cœca. nubæ : moriendũ in lateberis & ignorantia præliorũ in quibus nõ liquido apparet qui fortiter agunt. Inuoluũt:cõfundunt. Permiſtis tenebris.confuſione & ignorantia. Conſerta.confuſa & imiſta ita ut neq; ipſa diſcernantur neq; auctores cedis ipſorũ nati ſint. In mediũ : i cõmune cõmuniter enim occidi extimantur. Obruta: uirtus fortitudo confuſa. Perit: nõ cognoſcitur nõ apparet.

❡OMNIBO. Extremis rebus:ut mori potius in libertate uelitis:q̃ in ſeruitute uiuere. Vita breuis: occurrebat illud nõ poſſumus deliberare mortẽ præ anguſtia temporis:reſpondet ſi tantũ ſpacii nobis eſt:quantũ ſatis eſt ad deliberandã mortẽ.nõ poteſtis dicere nobis parũ uitæ supereſſe. Quærendæ.ideſt deliberandæ mortis:

Nec gloria lœti:refelit quod obiici poterat ſi morimur nihil glorioſũ erit ideo nõ ſpõte noſtra nos moriemur ſed coacti: unde probat hoc mera quadã ratione:locũ autẽ ſumit ab adiunctis negocio:in quo deſperatũ,& contrariũ ſecundũ rethoricoſ contineť uidelicet maius.minus æq.magnũ. forma. ſpecies:ſiue genus : ab his argumenta ſumuntur:arguit hoc loco ab oppoſitis ſui contrarii. Inferior:occurrebat illud quæ nã nobis gloria erit morientibus:cũ coacti eſſe uideamur:illi enim glorioſe moriunť qui ſponte moriunť : at nos coacti nobis mortẽ intuliſſe uidebimur:primũ argumentũ eſt a pari.hoc modo in æqua laude ponendũ eſt & contemnere quod ſperes:& deſperare quod contemnis:nã utrũq; incertũ eſt quod deſperamus & ſperamus: ergo nõ minus laudandum eſt mori : inſtante morte.quã mori in ſpe longæ uitæ:nã illi qui moriuntur inſtante morte : deſperant de uita : & alii interrumpunt uitã longã ſperantes : ſed iſti qui deſperant imminente morte poſſunt tamẽ uidere ſi dii uoluerint:ſicut qui longã uitã ſperant uiuere. Fato admoto:ideſt uicinæ morti:dummodo preueniamus eã quanuis inſtet: Inferior:nõ minor eſt gloria quã ſi uita remota uideretur. Omnibus incerto uẽ. ratio cũ tempus futuræ uitæ breue ſit tã ſperantibus quã deſperantibus eã:nã & qui deſperant poſſent longã uitã habere : & qui ſperant breuẽ conſequi:ſequitur ergo ut in æqua laude ponendi ſunt per comparationẽ. Speraueris annos:quanuis ſperes longos annos:pontes tamẽ breues habere. Accerſas:ideſt prouoces. Fata manu:ideſt ſpõte moriaris:dũ uiuere poſſis. Nõ cogitur ullus:ratio cur par laus:& eſt argumentũ ut ſupra dictũ a contrariis:ſcilicet uelle & nolle. Velle mori:ergo ſi mori uoluerimus ſponte moriamur : libertatis amore quã turpiter uiuamus. Fuga nulla patet:poſtquã refellit quæ obiici poſſent:nunc arguit a neceſſitate : uellimus nolimus nos neceſſitas urget:uel ut fortiter moriamur:uel turpiter uiuamus.ſi uero poſſes neceſſitatis ſeruitutẽ fugere:uel libertatẽ ſeruare hoc eſſet anteponendũ:ſed alterũ horũ eligamus neceſſitas urget. Stant undiq; noſtris : quia uidemus nos undiq; circumuentos ab hoſtibus:ut multitudine circunſtantiũ fugere nõ poſſumus. Abeſt:pro abſit.

Cupias quodcunq; neceſſe eſt : ideſt de neceſſitate feceris uoluntatẽ uera eſt illa ſententia : omne quod eſt neceſſe ſeruit ſapienti:quicquid neceſſe eſt ſapiens uult:& quicquid uoluerit cedit ſapienti: & ex neceſſitate fit uoluntarium. Cupias:iam non erit neceſſe ſi cupias. Non tamen i cæca:hic a laudabili ſumit argumentum.nã in ſuaſione conſideratur non modo utile & honeſtum:ſed etiam laudabile:quanquam ex recto & laudabile ſequatur tamen poſt laudabile ſeorſum tractari ab honeſto:quia honeſtum nõ ſolum laudis cauſa fit:ſed etiam ſi nulla laus ſequeretur:ſed ſi laus ſequitur duplicatur recti appetendi uoluntas:ut hoc loco: & eſt pars una laudabilis quæ gloria dicitur.Eſt autem gloria frequens de aliquo fama cum laude.& hanc gloriã illos conſecuturos oſtẽdit Vulteius:hæc autem ſumunť ab auctoritate & opinione hominũ : nã cum homines opinanť uulgo aliquid



eſſe magnificũ:id nõ poteſt nõ laudabile eſſe & glorioſũ:ſed nos inquit in conſpectu tã hoſtiũ:q̃ etiã noſtrorũ poſiti:mortẽ nobis fortiter inferemus:& in magna tã hoſtiũ q̃ noſtrorũ opinione moriemur:& id nobis honorificũ atq; glorificũ eſt. Nõ tamẽ in cæca quanuis ſimus ab hoſte circunuenti nõ tamẽ moriemur ignaua morte : immo in conſpectu tã hoſtiũ q̃ noſtrorũ fortiter cademus. Cæca nocte : ideſt occultis tenebris bellorũ:ut diſcerni nõ poſſit uirtus noſtra. Permixtis tenebris : ideſt permixta turba quæ occultať. Conſerta corpora: ideſt permixta cũ ignauis fortes & inertes confuſi ſunt.ut alii ab aliis diſcerni nõ poſſint : ſed noſtra melior eſt conditio:qua uirtus noſtra & fortitudo in conſpectu omniũ erit. Mors. illorũ. In commune:in turbã ignobilẽ. Perit:euaneſcit:quia nõ cognoſiť. Obruta uirtus: quia licet fortes fuerint tamẽ nõ dignoſcunť ab ignauis.

Nos in conſpicua ſociis hoſtiq; carina
Conſtituere dei : præbebũt æquora teſteſ:
Præbebũt terræ: ſũmis dabit inſula ſaxis.
Spectabũt geminæ diuerſo littore partes.
Neſcio q̃ nr̃is magnũ & mẽorabile fatis
Exemplũ fortuna paras. quæcũq; p æuũ
Exhibuit monumẽta fides: ſeruataq; ferro
Militiæ pietas: tranſibit noſtra iuuentus.
Namq; ſuis pro te gladiis incũbere cæſar
Eſſe parũ ſcimus: ſed nõ maiora ſuperſunt
Obſeſſis: tãti quæ pignora demus amoriſ.
Abſcidit noſtræ multũ ſors inuida laudis.
Qđ nõ cũ ſenibus capti natiſq; tenemur
Indomitos ſciat eſſe uiros: timeatq; furẽtes
Et morti faciles animos: & gaudeat hoſtis
Nõ plures hæſiſſe rates : tentare parabunt
Fœderibus turpiq; uolent corrũpere uita.
O utinã quo plus habeat mors unica fãæ
Promittant ueniam: iubeãt ſperare ſalutẽ
Ne nos quũ calido fodiemus uiſcera ferro
Deſperaſſe putẽt: magna uirtute merẽdũ ẽ
Cæſar ut amiſſis inter tot milia paucis

❡SVLPI. Nos in conſpicua : deorũ beneficio nos ſumus aſſecuti teſtes uirtutis noſtræ. Conſpicua: quæ conſpicitur. Equora : in quibus ſunt hoſtes. Terræ: diuerſæ littora in quibus ſunt ſocii & hoſtes. Inſula : corcyra ex qua diſceſſimus. Geminæ partes:cæſaris & pompei. Diuerſo littoř dalmatico & illyrico. Neſcio quod:gratulať fortuna locus a laude conſequenti pollicetur enim hoc exemplũ ſuperatũ eſſe omnes ueterũ hyſtorias. Fatis:mori. Tranſibit monumenta:ſuperabit exempla. Exhibuit per æuũ : dedit præterito tempore. Fides & pietas:ut erga imperatorẽ: aut rem. Seruato ferro:uulneribus & mortibus acceptis aut illatis.

Nãq; ſuis:apoſtrophe ad cæſarẽ incumbere iuuentutẽ noſtrã. Suis:propriis. Sed nõ maiora: ſed nos obſeſſi maius teſtimoniũ præſtare nõ poſſumus. Pignora: teſtimonia. Tanti:quantũ in te gerimus. Abſcit noſtræ conquæritur quod totus ſimul populus mori ſaguntiorũ exemplo nõ poſſit. Abſcidit:diminuit ſciat hoſtis.

In domitos:in ſuperabiles ei: Furientes: iratos: Nõ plures:quia eos ſuperaſſemus. Tentate fœderibus paciſci. Turpi uita.turpe enim eſſet & uictos eſſe & in ſeruitute uiueř. Vnica:ſingularis & egregia. Habeat:aſſeqť.

Promitant ue. ſalutẽ & ignoſcatur. Calido : caleſcit. enim itu & ſanguine. Deſperaſſe:omnẽ ſalutis & uitæ ſpẽ amiſiſſe. Virtute merendũ : fortitudinis exẽplo acquireř debemus ut cæſar mortẽ noſtrã indoleat: & ſtragem appellet.

❡OMNIBO. Nos in conſpicua : ſed nos tã in conſpectu fortiũ hoſtiũ quã noſtrorũ dii poſuerunt:ut mortẽ noſtrã laudabilẽ omnes ſpectare poſſint. Conſpicua:quæ in occulis ſociorũ eſt atq; hoſtiũ. Præbebunt æquora eſtes cœlũ:terra:homines:ipſa quoq; ſaxa muta ſtrenuæ mortis noſtræ teſtes erunt. Teſtes:ſcilicet claſſẽ hoſtilẽ. Præbebũt terræ:ſcilicet exercitũ noſtrũ & hoſtiũ qui littora ocuparunt. Inſula:ideſt qui inſula conſtiterant. Diuerſo littore:illyrico & dalmatico.

Neſcio quod noſtris:perſiſtit in hoc ut probet mortẽ ſuã glorioſã forte. & perpetuã laudẽ perſecuturũ. Exemplũ:uidelicet ut exemſtloſimus poſteris noſtris : uelint pro fide & pietate erga imperatorẽ ſuũ ſeruanda & ardua quæq; ſubire:& mortẽ ipſã ſi opus fuerit. Tranſibit noſtra iuuentus:fortiter moriendo ſuperabit ſinẽ militiæ. Exhibuit.ſcilicet imperatoribus ſuis. Tranſibit mo.ideſt uincet hiſtorias omnes. Pietas:erga imperatores ſuos. Ferro ſer: nã nonnulli ante milites fuerunt qui pro fide erga imperatorẽ ſeruanda id fecerunt quod nos facturi ſumus:ſi me audire uolueritis. Nãq; ſuis pro te:nulla unquã fides & pietas erga imperatorẽ ſuũ militũ maior fuit:immo noſtra ſuperabit : quia nõ conſiderabitur quod fecimus ſed quod facturi fuiſſemus modo facultas fuiſſet:nã multũ laudis noſtræ fortuna nobis auferet quod nõ fuerint parentes liberi coniuges quoque noſtræ.nã pro te o cæſar pro pietate & fide tibi ſeruanda:ſicut nos interimus:ita & parentibus liberis coniugiſq; noſtris mortẽ illaturi ſumus ſi facultas fuerit. Suis:ideſt propriis gladiis.

Sed nõ maiora ſuperſunt:ſed nõ maius aliquid facere poſſumus pro te:quod ſi maiora facere poſſumus id libenter & cupide facerimus. Abſcindit:ideſt diminuit noſtræ laudi. Indomitos ſciat : moratur in eo argumento laudabili:dicit enim nõ ſolũ cæteris laudandi ſed etiã admirandi uidemur : quin etiã ipſis hoſtibus iã nimis fortiter oppetere uidebimur:& incipit fortunã laudare: quod nõ plures fuerint cathenis in uoluti nã ſi pauci admodũ iã fortiter & obſtinate pugnauerint ut uix eos uincere potuerint : quid plures facturi erant magnam igitur gloriam oſtendit honorificamq; mortem. Sciat:ſcilicet hoſtis. Viros milites Cæſaris. Timeatq; furentes : poſt hac quia ipſa deſperatione fortes ſunt. Hæſiſſe : ſcilicet cathenis eorum.

Tentare : etiam hoſtes tentabunt animos noſtros nunquid in deditionem pacto ſalutis uenire uelimus.

Turpi uita:turpis uita eſt eorũ qui inſeruitutẽ ueniunt. Vnica morſ:ſingularis & præcipua. Famæ:gloriæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Salutē ſperare:ut mors noſtra glorioſior ſit. Ne nos:utinā promitāt nobis ſalutē:propterea ut cū no uide
būt māibus noſtris oppetere:intelligāt nō coactos ſed uolūtarios interiiſſe. Deſperaſſe ſalutē.i.coactoſ mo
ri. Magna uirtute merēdū eſt:artificioſe argumētū qd ualidius erat in fine poſuit:id uidelicet ad laudē ſui
uel in primis ſpectaret:ut magnā de ſe opinionē cæ. relinquāt: nā ab optimo laudari ea demū uera laus eſt:
ſēſus autē eſt:nō eſt inquit mediocri uirtute opus:ut id agamus ꝙ cæ. exiſtimet morte noſtra magnā cladē
accepiſſe.cū tales uiros ſtrēuos & fortes occidiſſe audierit intelligat ſe plurimū dāni habuiſſe cæ. ut amiſſis
etiā ſi pauci ſumus tamē nō mediocrē cladē accepiſſe exiſtimabit cæ.nō multitudine:ſed uirtute.

Hoc dānū cladēq; uocet.dēt fata receſſum
Emittantq; licet uitare inſtantia nolim.
Proieci uitā comites. totuſq; futuræ
Mortis agor ſtiulis.furorē, agnoſceſ ſolis
Permiſſū eſt quos iā tangit uicinia fati
Victuroſq; dei cælant ut uiuere durent.
Felix eſſe mori.ſic cunctas ſuſtulit ardor
Nobiliū mentes iuuenū. cū ſydera cæli
Ante ducis uoces oculis hūentibus oēs
Aſpicerent flexoq; urſæ temone pauerēt
Idē cū fortes animos præcepta ſubiſſent
Optauere diem.ſegnis uergere ponto
Tūc erat aſtra polus.nā ſol ledæa tenebat
Sydera.uicino cū lux altiſſima cancro eſt,
Nox tū theſſalicas urgebat parua ſagittas.
Detegit orta dies ſtātes in rupib⁹ iſtros
Pugnaceſq; mari graia cū claſſe lyburnos

SVLPI. Dent fata receſſū: quanuis incolumis poſ
ſē euadere nolim tamē ulterius uiuere. Receſſū liberū
diſceſſū. Emittant: liberent. Inſtantia: mortē inſtan
tē: Proieci animā:ſpreui uiuere poſthac. Stimulis:ar
dore. Furor eſt:diuinus impulſus & concitatio: unde
& uaticinantes furere dicunt. Vir. lib.viii. hos morien
di ſtimulos appellat ardor dei dii ne hunc ardorē men
tibus addunt euriale an ſua cuiq; deus fit dira cupido.
Quos iā tangat uicinia lethi:qui ſunt uicini mortis.
Victuroſq; dei: dii uolunt ut uictori intelligant mor
ti felicitatē quo magis in uita permaneant. Durent:
perſeuerent. Felix eſſe mori:ſiquidē ut cice. in tuſc.ait
uel dii ipſi uel cū diis futuri ſumuſ.eſt enim magnū bo
nū mors & erumnarū requies quæ cuncta mortaliū ma
la diſſoluit. Eā aliquando dii immortales pro præmio
dedere hominibus ut cleobi & bitoni.triphonio & aga
medi qui exedificato delphis templo apollini: petita
ab eo mercede quæ eſſet homini optima: & ille daturū
ſe oſtendiſſet triduo poſt reperti ſunt mortui. Suſtulit
erexit. Cū ſidera cœli:cū omnes lucē futurā metuerent
antequā eos uulteius oratione confirmaſſet: Flexo te
mone urſæ:apparente aurora quo tempore urſæ maio
ris plauſtrū in orientē conuertitur ſupra dixit.perrhaſiſ
obliquos elyce cū uerteret axes. Cū precepta ſubiſſent:
cū perſuaſi eſſent uulteii ſententiis. Nec ſegnis:& tunc
inquit nox erat breuis & nocturna ſidera ſtatim occidebant erat.n. ſol in geminorū: & nox incipiebat abor
tu ſagittarii. Lædea ſigna: geminos quos fuere conuerſi caſtor & pollux ledæ filii fabulā apud higinū &
quintū faſtorū ouidii lege. Lux ē altiſſima cancro uicino.Quū ſol ex geminiſ cancrū eſt ingreſſurus qui eſt
ſignorū altiſſimus:dies ſunt maximi. Nox: nox inquit impellebat ſagitariū in quē chyron centaurus achyl
lis magiſter conuerſus eſt qui eſt arcitenens dicit. Vrgebat:in occidentē ita ut apparente ſole ſagittariuſ oc
cidiſſet & ſub primā noctē oriret.nox autē quæ eſt umbra terræ ſemper eā circuit fugiendo a contraria par
te in qua ſol eſt:eſtq; deſcriptio occaſſus cronici reſpectu oppoſitionis. Detegit caſtros:oſtendit hoſtes opi
terginorū.Iſtri populi ultra uenetiā dicti a fluuio iſtro qui danubius eſt. Rupes:ſupra dixit alii rupes ac li
tora complent. Lyburnos:lyburnia regio cuius finis & initiū dalmatia. Graia cū claſſe: corcirea:nā ut ſtra
bo docet cherſicrates archie qui ſyracuſas condidit ſocius ad deducendos corcyrā accolas & heraclidarū ge
nere procreatus expulſis lyburnis inſulā habitatorū frequentia referſit:

OMNIBO. Dent fata receſſū oſtendit ſe adeo eſſe cupidū huius laudis ut optimā de ſe opinionē Cæ.
relinquat:ꝙ ſi det illi euadere malit tamē fortiter oppetere. Viuere: ſi mihi libera fieret optio utrū uelī: an
elabi e māibus hoſtiū:an fortiter mori:ego illi optioni anteponerē mortē. Inſtantia.i.fata imminentia. Pro
ieci:contēpſi. Felix generis neutri & ſubſtantiuū.i.eſſe quādā felicitatē hoc eſt illi ſoli cognoſcūt felicitatē
eſſe mori. Felix ſi oēs homines inquit cognoſcerēt inſtar felicitatis eſſe mori:nēo uiuere uelet. ideo occul
tāt hāc cæteris felicitatē dii:ut in uita permaneāt:his autē tātū indicāt qui morti uicini ſūt: ſicut nos. Vici
nia mortis.i. qui propinqui ſūt morti ſicut nos. Cælāt:occultāt cæteris hōinibus felicitatē mortis. Durēt
.i.patiāt uincet. Si cūctas ſuſtulit:nūc dicit quē effectū uulteii habuerit oratio: nā qui antea mortē metue
bāt:& ideo nox breuis eis eſſe uidebat ꝙ exiſtimarēt ſpaciū uitæ ſuæ futurū ꝗ nox lōgā fuiſſet:audita oratio
ne uulteii mutata ſētētia noctē lōgā nimis eē exiſtimarūt:quæ mortē impediret. Ardor: cupiditas moriē
di. Suſtulit: ideſt erexit pene demiſſos atq; iacētes. Oculis hu.i.lachrymātibus: præ timore imminētis.
Ante ducis uo.āte orationē uulteii. Flexo tēone urſæ.i.iā media nocte præterita:quū tēo artici plauſtri iā
incipit flecti:ita ut uidet uelle occidere. Flexo.ſ.ad occaſū iā aduētāte aurora. Optauere diē ut ſub oculis
animū occūberēt. Præcepta.ſ.uulteii de morte honeſta. Nec ſegnis urgere noctē lōgiorē eſſe putabāt quā
uis breuis eſſe:erat autē nox æſtiua. Nec ſegnis po.i. nō erat tarda nox ſed cito ocidebat quia breuis. Nā
ſol lædea tenebat.i.ſol erat in gēinis. Nā quinta decima die mēſis Iunii ſol egredit gēinos: & tūc lōgiores
ſūt dies & noctes breuiores:quid autē eſt ꝙ dicit nox ad ſagittas peruenerat.i ſanitariū. ſi ſol ingreſſus erat
gēinos quomodo nox parua ad ſagitariū peruenerat: ſed ro.hoc facit hemiſperii quia zodiacus in quo ſūt
duodecim ſigna dimidia parte eſt ſupra terram & dimidius infra terram quo ſit ut ſemper ſex ſigna zodiaci



ſint ſupra terrā: & totidē infra:dicit ergo ꝙ geminos ingreſſus erat ſol: quo tempore hæ res geſta eſt: finge
circulū:& gemini ſignū quod ingreſſus erat ſol: computando ſic Cancer:Leo:uirgo:Libra:Scorpio:Sagita
rius:cū igitur ingrederetur ſol geminos occidebat ſagittarius: & conſequēter nox illa erat ſagitarii. Syde
ra ledæa: ideſt geminos.: nā gemini. ideſt caſtor & polux qui lædæ & iouis filii fuerunt poſt mortē inſi
gna cæleſtia tranſlati ſunt qui gemini appellantur:ꝙ eodē partu nati ſunt. Altiſſimo cancro:gemini iā ori
ebantur:& cancer aſcendebat. Theſſalicas ſagittas: ideſt ſagittariū: nā chiron centauruſ qui præceptor fuit
Achillis in Theſſalia medicinæ præcepta docuit:quē antiqui finxerunt eſſe ſagittariū ſignū in zodiaco. De
tegit or.di.nunc dicit orta luce quid fecerint hoſtes & quid uulteius conſuluerit. Iſtros:qui partes pom.ſe
quebantur:nā illyrico res geſta eſt in illyrica autē ſunt iſtri atq; liburni populi. Virg.illyricos penetrare ſi
nus atq; intima tutus Regna liburnorū & fonte ſuperare timaui. Strabo libro ſeptimo dicit primos illyrici
littoris iſtros eſſe in ipſo italiæ ambitu. Solinus liburnos gentē eſſe Aſiaticā affirmat in italico excurſu qui
procedit in dalmatiæ pedē Dalmatia in limitē illyricū. Appianus dicit illyricorū gentē liburnos eſſe qui
quia finitiua quæq; citis nauibus inuaderent ob.id a celeritate nonnullas romani naueſ liburnicas dixerunt
Graia claſſe:naues longæ ex diuerſis locis acitæ legionibus pluribus ſtipatæ uſque ad ſexcētorū numerū
Pompeiū ſequebantur:teſte Appiano ex his centū Romanis refertæ:quæ cæteras anteirent.

Tentauere prius ſuſpenſo uincere bello
Fœderibus:fieret captis ſi dulcior ipſa
Mortis uita mora:ſtabat deuota iuuentus
Damnata iam luce ferox; ſecuraq; pugnæ
Promiſſo ſibi fine manu: nulliq; tumultus
Excuſſere uiris mentes ad ſumma paratas
Innumeraſq; ſimul pauci terraq; mariq;
Suſtinuere manus:tanta eſt fiducia mortiſ
Vtq; ſatis bello uiſum eſt fluxiſſe cruoris
Verſus ab hoſte furor:prius dux ipſe cariæ
Vulteius iugulo poſcens:iam fata retecto.
Ecquis ait iuuenū eſt:cuius ſit dextra cruore
Digna meo: certaq; fide p uulnera noſtra
Teſtetur ſe uelle mori: nec plura locuto
Viſcera nō unus iamdudum tranſigit enſis
Collaudat cūctos:ſed eū cui uulnera prima
Debebat.grato moriens intreficit ictu
Concurrunt alii: totumq; in partibus unis
Bellorum fecere nefas. ſic ſemine cadmi

SVLPI. Suſpenſo uincere bello indutiis & pactio
nibus ut facerent deditionem. Mora mortis: tarditate
inferendi ſibi mortem dicitque hoc ex ſua coniectura
poeta: Si fieret dulcior: quia inuiſa eis erat. Deuota:
deputata & addita. Luce damnata. cū moriendi pro
poſito & uitæ infenſa. Promiſſo ſibi fine manu: cū ſe
met conſtituiſſet occidere. Tumultus: metus prælio
rum. Excuſſere mentes paratas ad ſumma: remouere
propoſita prompta ad mortem. Manus: hoſtium cœ
tus. Terra. multi enim e ſcopulis & e rupe ipſos oppu
gnabant. Fiducia mortis: quam mors dabat. Vtq; ſa
tis:poſt certamen hoſtile in ſe ipſos tela uerterunt: Bel
lo:prælio. Furor:ira & impetus pugnandi. Fata:mor
tem. Retecto aperto:nam armis antea tegebatur. Cu
ius ſit dexta: qui me occidere audeat. Certa fide: nam
ſi me percuſſerit dabit argumentum ſe quoq; mori uel
le. Non unus:ſed multi. Iamdudum: tunc tunc. Viſ
cera:corpus. Grato:quia reddit pietatis officium. De
debat:quia ab eo ictus: ex fide erat repercuſſurus. Cō
currunt:contra ſe ruunt. Totum nefas: omne ſcelus:
quia cognatos fratres & filios & parentes cedebant.
Vnis partibus:in militibus Cæſarianis qui erant eiuſ
dem partis. Sic ſemine. non aliter inquit mutuis ſe
uulneribus conficere qui nati ſunt ex draconis denti
bus:quos ſeuit Cadmus ad thebas ut in tertio meth:
ſcribit Ouidius Nec alter:terrigenæ ex orti ex denti
bus peruigilis Dracōis ab iaſone ſatis auxiliāte medea.

OMNIBO. Tentare prius hoſtes: tentare uoluerunt: nunquit fœdere in deditionem uenire uellent
ſed non cogit quod optabāt. Suſpēſo bello.ideſt intermiſſo hoc eſt factis induciis. Fieret captis: quia ſi
interponeretur ſpacium interea inciperent uelle uiuere. Dulcior uita: cum ipſi ſperarent uiuere poſſe:inci
perent uelle uiuere:potius quam mori. Deuota.ideſt deſtinata mori. Damnata luce:contempta uita. Pro
miſſo ſibi fine manu:ideſt promiſſa morte: quia omnes conſpicauerunt conſciſcere ſibi mortem. Tumul
tus:terrores. Excuſſere mentes: quia cirunuenti ab hoſtibus non mutarunt conſilium. Ad ſumma: ideſt
ad ultima:ſummum & ultimum inuicem cedunt. Innumeraſq; ſimul & aliquandiu tanta claſſe circunuenti
uultei milites ſua uirtute ſe ſuſtinuere:adeo ſolet ipſa deſperatione creſcere uirtus mariq;:quia littora plena
erant hoſtibus & claſſis circundederat eos. Fiducia mortis:ideſt in morte tantum confidunt & eſt aclama
tio: Verſus ab hoſte furor:cum iam ſatiſ cædium pro facultate ſua feciſſe uideret tunc uulteius imitauit ſo
cios ut iugulū ſibi aperirent:ut primus ipſe adimpleret:ꝙ ſuperiore nocte conſtituerat:ſtatim igit uno tem
pore multi uulteio uulnus intulerunt. & qui primū lethale uulnus intulerat ut uiciſſim redderet ꝙ accepe
rat ipſum interfecit:quo facto cæteri homines in mutuam cædem ruerunt. Fluxiſſe:pro emiſiſſe cruoris ui
delicet:ꝙ iam multos ex hoſtibus occiderat. Furor:quo uſi fuerant contra hoſtes in ſe ipſos conuerterunt.
Vlteius iugulo & uulteius qui primus cæteros adhortatus fuerat:ipſe etiā impelere uoluit ꝙ aliis perſuaſe
rat:nā aperto iugulo quis erit inquit qui mihi iugulū aperiat:& ſtatim cū lethale uulnus accepiſſet: talionē
redidit ei a quo primū uulneratus fuerat. Retecto:nudato. Dextra digna cruore.i.qui ſe dignū facit:ut me
interficiat. Teſtetur.i.teſtimonio ſignificet ſe uelle mori eo ipſo quod me interficiat. Nec plura locuto:uix
hæc locutus fuerat cū iam multi pectus uultei gladiis & telis confoderant. Non unus:ſed complures. Col
laudat:quod recte feciſſent. Sed enim cui:cū multi uulnus una uulteo itulīſſent: ei primo a quo uulneratus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

fuerat mortẽ intulit. Grato:quia gratitudinẽ ſeruauit ut redderet quod acceperat. Debebat: debitor erat primi uulneris. Concurrunt:mortuo duce in mutuã mortẽ & cædẽ corruere omnes. Partibus unis: quia omnes erant concordes. Sic ſemine cadmi:duas ſimilitudines ponit:quomodo inter ſe occiſi ſunt. nõ aliter inquit quã terrigenæ qui nati ſunt ex ſerpentinis dentibus ſatis a cadmo uel quã illi terrigenæ ex ſerpentinis dentibus nati: quos ſeminauit iaſon tunc cũ aureũ uellus comparauit: medea conſulente & auctore. Nota quidẽ eſt fabula cadmi:qui fatigatus i ſorore quærenda Europa:oraculũ Apollinis conſuluit.ubi nã urbẽ conderet & auſpicio bouis boetiã condidit: ſed conditurus urbẽ primũ de morte uoluit ſacrificare loui.miſit igiť quoſdã ex ſociis aquatũ quia ſerpente morti ſacro ſunt interfecti:quẽ poſtea cadmus interfecit ex cuius dentibus ſatis nati ſunt homines armati qui ſe mutuis uulneribus interfecere. Dyrcæa:in argo thebano.

Emicuit dyrcea cohors: ceciditqꝫ ſuorum
Vulneribus.dirũ thebanis fratribus omẽ.
Phaſidos. & campis inſomni dente creati
Terrigenæ miſſa magicis e cantibus ira
Cognato tãtos.cõplerũt ſanguine ſulcos
Ipſaqꝫ inexpertis qď primũ fecerit herbi
Expauit medea nefas.ſic mutua pacti
Fata cadũt iuuenes.nimiũqꝫ i morte uirorꝫ
Mors uirtutis hẽt.pariť ſternũtqꝫ cadũtqꝫ
Vulnere lethali.nec quenq̃ dextra fefellit
Cũ feriat moriẽte mãu.nec ultus additis
Debeť gladiis. percuſſũ eſt pectore ferrũ
Et iugulis præſſere manus.cũ ſorte cruẽta
Fratribus i currunt fratres. natuſqꝫ parẽti
Haud trepidãte tñ toto cũ põdere dextra
Exegere enſes.pietas ferientibus una
Nec repetiſſe fuit.iam latis uiſcera laxa
Semiãimes traxere foris multũqꝫ cruoris
Infudere mari deſpectam cernere lucem
Victoreſqꝫ ſuos uultu ſpectare ſuperbo
Et mortẽ ſentire iuuat. iam ſtrage cruenta
Cõſpiciť cumulata ratis. buſtiſqꝫ remittũt
Corpora uictores ducibus mirantibus ulli
Eſſe ducem tanti.nullam maiore locuta eſt
Ore ratem totum diſcurens fama per orbẽ

SVLPI. Dyrcea cohors. acies terrigenarũ thebanorũ. Emicuit: apparuit exorta eſt. Semine:dentibus. Durũ omẽ:malũ augurũ etheocli & polynici fratribus:qui ad illorũ exemplũ mutuis ſe ictibus cõfecerunt. Phaſidos: fluuii hoc ẽ regionis i ſcythica. Dẽte inſomni:ex dentibus draconis peruigilis. Miſſa: immiſſa & concitata ueneficiis medeæ quæ in eos id furoris immiſit: ne impetũ in Iaſonẽ facerent. Tantos ſulcos:quos iaſõ bobus igniuomis fecerat:ut in.vii.meth. ſcribit ouidius. Medea:cethæ hypſæqꝫ filia. Inexpertis:de quibus ante nõ fecerat periculũ. Expauit: ne in iaſonẽ irruerent. Iuuenes:opitergini. Pacti fata mutua: qui ſe uiciſſim occidere conſtituerant. Virtutis: fortitudinis quia ſemimortui alios occidebant. Pariter:uno eodẽqꝫ tempore. Nec quenquã: quiſqꝫ inquit quenquã ſaucius aliũ interemit. Nec uulnus:nec expectabant ut ferirenť ſed ſponte in gladios in ruebant.

Adactis immiſſis intentis. Et iugulis præſſere manus: iã per ferrũ euntes iugulo uulnerantis manũ tangebant. Incurrunt:interrimunt incurendo. Haud trepidante: audacter feriebant ea ſola pietate utentes ut uno duntaxat ictu chariſſimũ quẽqꝫ proſternerent.

Pondere:uiribus. Vna:ſola & præcipua. Nõ repetiſſe:nõ iteraſſe ictus. Viſcera laxa: inteſtina egreſſa. Foris:latis:per ſpacioſa tabulata ratis. Lucẽ deſpectã: aurã uitalẽ quã ſpreuerunt & oderunt. Victores:octauianos quanquã nõ armis uicerant ſed obſeſſis mortis cauſã præbuerant. Iã ſtrage:peracta cede. hoſtis rate potius cadauera comburenda ſepeliendaqꝫ tradidit. Cõſpiciť:ab hoſte. Ducibus:octauio & reliquis. Eſſe tanti:eſſe tantæ auctoritatis apud milites ſuos:adeoqꝫ amori ab eis ut pro fide ei ſeruanda ſe milites interrimerent

Maiore ore:maiori laude eſt celebrata.

OMNIBO. Emicuit: ſcilicet de ſerpentinis dentibus. Omẽ dirũ: quia omẽ fuit ſceleris quod uenturũ erat: ut etheocles & polynices thebani fratres ſingulari certamine dimicantes mutuã ſibi cædẽ inferrent.

Phaſidos: nota fabula: ꝙ iaſon filius æſonis incitatus a patruo pelia colchon tetendit ſuſcepturus uellus aureũ quod ſeruabatur ab inſomni ſerpente: & opus erat ut occiſo ſerpente illius dentes tauris ignẽ naribus afflantibus ſeminaret:& ex his naſceretentur terrigenæ: cũ quibus ſingulari certamine dimicandũ erat: ſed Medea Regis filia amore iaſonis capta puluerẽ & medicamina dedit quibus ſopitus eſt ſerpens: nunc hoc dicit quenadmodũ ſe terrigenæ occiderũt ita Vulteius cũ ſuis: Phaſidos:ideſt colchi inſulæ nã phaſis flu.eſt colchorũ. Inſomni dente ideſt dente peruigilis ſerpentis. Cognato ſanguine:quia fratres erant ex hiſdẽ dẽtibus nati. Sulcos: ideſt planiciẽ & tantũ æquor quãtũ capiebat ager in quo ſati erant ſerpentini dentes. Expalluit ipſa medea quæ remedia iaſõ dederat nõ ſine timore fuit. Inexpertis herbis.quarũ uim & proprietatẽ nondũ antea experta fuerat. Nimiũqꝫ in morte:poteſt eſſe ſentẽtia generalis huic loco commoda uidelicet quia cũ mors contemniť:nimiũ uirĩũ habet. Nec quenquã: nõ errabant inferrendo ictus.

Moriente manu:quanuis lethali uulneř confoſi eſſent:tamẽ:nõ errabat manus: quin aliũ occideret. Nec debeť gladiis uulnus.i.nõ præueniunť:ſed præueniunt: quia gladii nõ prius uulnerabant: q̃ ipſi in gladios incurrerent. Et iugulis manus eius qui uulnera inferebat tanta cupiditate moriebať: ut nõ contenti iugulũ confoſſũ eſſe:ita præmebant:ut uſqꝫ ad capulũ præmerent. Parenti:in parentẽ. Haud trepidante: ꝙ fratres in fratres:& filii in parẽtes occurrerẽt:quia uidebať repugnare naturæ:mirũ ꝙ mãus cũ percuteret pauore nõ cõtremiſceret. Exegere.i.pectus uſqꝫ ad alterã partẽ trãſfixere. Pietas ferient: una hæc ſola pietas fuit inter eos ut uno uulnere ſe interficerent:ne multis uulneribus fruſtrarenť. Foris latis.ideſt ſpacioſis tabulatis:nã fori.orũ.dicunť tabulata nauiũ & pontes quibus naues utroqꝫ latere circundatæ ſunt:a ferendo quia ferant nautas. Deſpectã lucẽ: ideſt contemptã uitã. Victoreſqꝫ ſuos morientes:gaudebant ꝙ uulnera ſua hoſtes intuerenť. Vultu ſpectare ſuperbo:quia ſuperbe aſpiciebãt uictores ſuos: ut gauderent potius quã timerent. Et mortẽ ſentire:ideſt uoluntatẽ capiebant ex ſenſu mortis. Buſtis.ideſt rogis decorauerunt cæſos. Mirantibus:quia mirabanť Octauius Libro & cæteri pompeiani ꝙ inuenire potuiſſent milites qui tanti facerent ducẽ ſuũ. Nullã maiore: dicit nullã unquã fuiſſe nauẽ quæ totũ orbẽ terrarũ fama impleuerit poſt hanc. Ore. ideſt ſermone. Nõ tamẽ ignauæ: hic latenter Lucanus inuehiť in Populũ Romanũ qui turpiter crudeliſſimo Neroni ſeruiebat exemplũ opiterginorũ habens qui mori tã fortiter uoluerunt potius quam ſeruire:

Nõ tamen ignauæ.poſt hæc exẽpla uirorꝫ
Percipient gentes q̃ ſi non ardua uirtus
Seruitiũ fugiſſe manu:ſed regna timentur
Ob ferrum & ſæuis libertas uritur armis.
Ignorat qꝫ datos ne quiſquam ſeruiat enſes
Mors utinã pauidos uitæ ſubduceř nolles
Sed uirtus te ſola daret.nõ ſegnior illo
Marte fuit qui tunc libycis exarſit in aruis
Nanqꝫ rates audax lilybæo littore ſoluit

SVLPI. Nõ tamẽ: nõ intelligent inquit hoc exemplo populi qui tyranno ſeruiunt: ut aut ſe ipſos aut tyrannũ mori:ui conficiant. Totũqꝫ hoc dicere ad concitandũ iuuentutẽ in neronẽ uideť. Ignaue:puſillanimes & imbelles. Virorũ: magnanimorũ opiterginorũ.

Nõ ardua:nõ difficillima. Seruitiũ:ſeruitutẽ. Manu morte manu facta. Regna. reges methonymia. Ob ferrũ:ob armatos & mortẽ quã ferro inferunt. Vritur: uexatur. Ignorat:neſcit arma iuuenta fuiſſe ad arcendã ſeruitutẽ tuendãqꝫ libertatẽ. Mors utinã:utinã puſillanimes mori nõ poſſent: & ſenio conſumerentur:ſed ſola uirtute & egregio facinore mortẽ conſequeremur.

Subducere uitæ.ſubtrahare e uita. Te: emphaſim habet uidelicet ex qua felicitatẽ conſequimur. Nõ ſegnior:in aphrica quoqꝫ aduerſis fatis pugnauere cæſariani.Curio enim præmiſſo e ſicilia Martio cũ nauibus & cũ exercitu eũ ſecutus flumẽ bagradã peruenit.ibiqꝫ .C. ganiũ legatũ cũ legationibus reliquit:ipſe cũ equitatu proceſſit ad caſtra exploranda Corneliana. Cũqꝫ pugnaret contra Varrũ qui æphricã ſenatus nomine obtinebat obrutus a iubæ copiis eſt occiſus. Non ſegnior:ſupple mars. Illo:quod geſtũ eſt in adriaco. Libycis aruis:in aphrica. Lilybæo ſiculo: lilybæus promontoriũ in ſicilia occidentẽ uerſus a lilybæa urbe dictus

OMNIBO. Tamẽ quanuis fortiter occiderint:tamẽ poſt hoc exemplũ romani nõ intelligent:q̃ ſit facile effugere ſeruitutẽ.q.d.ſatius eſt mori q̃ ſeruitutẽ crudeliſſimi tyranni ſuſtinere. Perficient .i. ueniet tempus ꝙ obliuiſcenť gentes ſuæ libertatis: cũ hoc propoſitũ ſit exemplũ gentibus ne uelint ſeruire. Sruitiũ. fu.ma.uel ſeipſos uel tyrãnũ potius interficiendo: Regna timeť ob ferrũ:quia cuſtodibus armatis & ſatellitibus ſecuri incedunt tyranni. Ignoratqꝫ datos:homines neſciunt quã ob cauſã enſes ſint dati hominibus nullã ob aliã cauſã in primis: quã ut ſe a ſeruitute liberent. Mors utinã pauidos: nunc imprecať hoc illis pro pœna contingat ut ſemper in timore mortis uiuant. Mors utinã:o utinã negares interficere eos qui nimiũ ſunt cupidi uitæ. Subducere.i.remouere a uita. Pauidos.ſ.mortis. Sed uirtus te ſola: ut illis ſolũ aliquẽ finẽ imponeres:qui cæteris uirtute præſtant.nã mors eſt finis omniũ malorũ. Nõ ſegnior illo: tranſit ad aliã hiſtoriã oſtendẽs quomodo curio pro partibus cæſaris bellũ geſſerit aduerſus Actiũ Varũ & iubã regẽ numidiæ in aphrica qui partibus pompeianis fauebant:dicit.n. nõ inferius fuiſſe bellũ hoc ꝙ nunc mari geſtũ eſt per Vulteiũ contra pom. q̃ bellũ ꝙ geſtũ eſt in aphrica per Curionẽ aduerſus iubã. Nã cũ Actius Varrus in libya pro pom.exercitũ haberet: & iuba mauruſiorũ numidarũ rex(ut inquit Appianus) Varro obſequerenť.Curio a Cæ.ex ſicilia miſſis duabus cũ legionibus in eos mouit.nauibus longis duodecim: oneratiis uero plurimis ſtipatus:is cũ Vticã applicuiſſet breui quadã equeſtri pugna: nõnullos ex numidis equites in fugã uertit & exercitu adhuc i armis conſiſtente imperatorẽ tamẽ ſe nominari uoluit: eſt.n.hæc appellatio prætoribus nõ mediocris apud milites auctoritatis: quaſi ipſis teſtificantibus eundẽ imperatorio nomine haud indignũ fore hunc quippe honorẽ prætores iã pridẽ in maximis belli operibus ſibi uendicauerant.nunc autẽ ſub quo decẽ milia in bello concidiſſent:hac appellatione dignus habeť: cũ autẽ Cæ. in iberia uictorẽ euaſiſſe nunciatũ eſſet animo ſublatus Curio: loco admodũ anguſto iuſta mare caſtra locat: pugna igiť acriter incepta:unicus ex Curionis militibus cecidiſſe diciť:uarii ad ſexcentos interiere: adueniẽte deinde iuba rumor falſo ſublatus eſt circa Bagradã flu. iubã nõ longe diſtantẽ retrouerti: finitimis eius regnũ inuadentibus.Saburã prætorẽ regis cũ parua manu ab eo in ripa flu. deſtitutũ eſſe quo rumore confiſus curio æſtatis calore cuncta perurente:circa tertiã diei horã fortiſſimã exercitus ſui partẽ in ſaburã mouit per iter arenoſũ & aquis ſterile prouectus:latex quippe hybernus calore ſolis aduſtus inarerat:ſqualebant omnia circũ loca fluuius uero a ſabura & rege aſiſtente tenebať: ſublata itaqꝫ ſpe curio ad colles ob arbores retroceſſit ſuffocatione confectus.quẽ cũ adeo affectũ intuereť hoſtes flu. ſtatim tranſiuere ad pugnã præparati.Curio uiciſſim ẽ montibus deſcendit.imperite admodũ ac inſcipiẽter acies in firmas agens demũ Numidarũ equitibus eũ circunuenientibus per aliquantulũ tẽporis Paulati retroceſſit & intra breue ſpaciũ telluris copias redegit: repulſus denuo confugit ad montes. Aſinius polio clade iã multorũ imminente uticã cũ paucis exercitũ reducit:ne quia interi a uarro calamitas ob rumorẽ habitæ cladis inſurgeret.Curio periculũ aggreſſus pugnanſqꝫ cũ omnibus qui una aderant interfectus eſt. ita ut ad poliõnẽ neo uticã tantæ cladis nuncius redire poſſet hũc igiť finẽ:pugna apud bagradã fluuiũ geſta habuiſſe diciť: Curiõi caput abſciſ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſū ad iubā delatū eſt: Nec ſegnior:hic mars. Nāq rates audax: nūc incipit narrare(ut ſuperius dictū)Cæſar curā rei frumētariæ agēs curionē miſerat in ſiciliā:nūc ergo dicit ꝙ profectus ex ſicilia in aphricā Curio uēit ad eū locū:qui ut hiſtorici quidē referūt:aquilaria uocat̃:inde trāſportauit duas legiōes:quas a Cæſare acceperat &.cl. equites biduo & tribus noctibus nauigatiōe cōſūptis ad eū locū peruenit:hic autē locus abeſt ab oppido culpea:quod ſiculi axtruxerūt: & aſpida primū nōinauerūt : teſte Solino paſſuū .xx.milia . ibi etiā eſt ſtatio nauibus aptiſſima:nā duobus promōtoris utrinq̄ eminētibus cōtinet̃:ideo ſtationē hāc notā ideſt nobilē poeta dixit hic apud flu. Bagradā caſtra poſuit Curio : ſed bagrada flu : aphricæ iuxta oppidū Vticā labit̃:& huic fluuio bagradæ uicina etiā meatus eſt caſtra Atilius regulus:quo tēpore magna clade militū ſerpētē illū lōgitudine & magnitudine inſignē in hoc ipſo fluuio interemit pedū uidelicet eſſe tum & uiginti:ut refert Gelius. Audax:Lucanus & Virg.nūquā audacē appellāt quēquā cui deinde nō ſit ſēper aduerſa fortuna ſecuta ut Turnus audax:ſic etiā ſupra:audax uēali cōitatus Curio lingua. Lilybæo: ideſt ſicula tellure:nā Lilybæus mōs eſt ſiciliæ quæ trinacria appellat̃ ideſt triū promōtoriū inſula.quæ ſūt lilybæus Pachinus & Pelorus.

Curio,nec forti ueli aquilone recepto
Inter ſēirutas magnæ carthartaginiſ arces
Et culpeam tenuit.ſtationis littora notæ:
Primaq caſtra locat cano ꝓcul æquore.q̄ ſe:
Bagrada lentus agit ſiccæ ſulcator harenæ
Inde petit tumulos.exeſaſq undiq rupes
Anthæi quæ regna uocat n̄ uana uetuſtas
Nominis antiqui cupientē noſcere cauſas
Cognita ꝑ multoſ docuit rudiſ icola patreſ
Nōdū poſt genitos tellus effœta gigātes
Terribilē libycis partū concepit i antris.
Nō tam iuſta fuit terrarum gloria typhon
Aut tyti⁹ briareuſq ferox. cœloq pepcit.
Q d' nō phlegræis antheū ſuſtulit aruis.

℃SVLPI. Nec forti.lēi nō uehemēti. Inter ſēirutas locū in quo Curio peruēit deſcribit appellat̃ autē aquilaria abeſtq a Culpeis paſſuū.xxii. milia habet nō incōmodā æſtate ſtationē & duobus emmētibus promōtoriis cōtinet̃. Culpeā:urbē littoralē in promōtorio mercurii. Notæ. fama cognitæ. Cāo ſpūoſo:ꝓpter fluminis ingreſſū. Bagrada : fluuius nō lōge ab utica & caſtris corneliāis iuxta quē.M.Attilii : milites ſerpētē.C.&.xx.pedū lōgitudine occiderūt. Agit ſe: fluit ocioſe. Inde ilinc in caſtra Corneliana ſe cōtulit. Anthæi quæ:regna anthæi in mauritāia eſſe nō lōge ab hortis heſperidū Pli.ſcribit.ſic & reliqui. Lucāus nō idē ſētire uidet̃. Tumulos:ſiue colles ſiue ſepulchrū anthæi intelligit in quo auctore Strabōe inuēta eſt a Sertorio tibia ſexaginta cubitis lōga. Exeſas: præruptas & arroſas. Cupiētē:me ſiue aliquē. Cauſas nominis: cur appellent̃ regna anthæi. Incola rudis. ruſticus habitator. Cognita : ea quæ cognouit & audiuit a partibus auis & pro auis. Nōdū effœta:nōdū pēitus uacuata partu. Cōcepit : ex ſeipſa. Partū terribilē : fœtū tremēdū.

Nō tā iuſta fuit:nō tā potuit gloriari terra thyphōe tytio & bryareo q̄ anthæo quātū fortior fuit & maior. Iuſta uera legit̃ & uaſta. Typhō:qui & typhæus dicit̃ titāis & terræ filius arma cōtra ſuperos tulit.Sed tādē fulminato trinacria ſuper impoſita eſt lege in quinto meth. Virg. tamē inquit inarime iouis imperiis impoſta typhæo. Tytius:iouis & hellar s filius quē iuppiter abdidit cū irā iunōis metueret: & hinc dictus eſt terræ omni parētis alūnus.is cū diāæ uim cōaret̃ ſagittis appollinis cōfixus eſt. Tibullus porrectuſq nouē tytus per iugera terræ Aſſiduas atro ſāguine paſcit aues.Briareus titāis & terræ filius fuit & cētūgēinus. Pepercit cœlo:fuit cauſa ſeruādi cœli. Suſtulit:produxit. Phlegræis:theſſalicis : ubi gigātes cōtra deos cōgeſtis mōtibus:inſurrexerūt.Phlegra macedōiæ oppidū in thermico ſinu ut inquit Pli.eſt & in cāpānia locus iuxta puteolos in quo gigātes alii fulminati ſunt. Hoc quoq:terra:etiā hoc dono auxit uires filii.

℃OMNIBO. Aquilone recepto:quia biduo & tribus noctibus nauigatione conſumptis ad eū locū peruenit qui aquilaria appellat̃:& ut ex cōmentaris Cæſaris fert̃:ex quatuor legionibus:quia copias Acti Vari deſpiciebat qui prouinciā illā a ſenatu Populoq Romano tenebat aut pro Pompeio exercitū habebat:duas tantummodo Curio aſportauit. Semirutas chartaginis arcis:quia euerſa fuit a Scipione aphricano inferiore. Notæ.ideſt nobilis quia habet hic locus ſtationē æſtate accommodatā: nā duobus promontoriis eminentibus claudit̃. Cano æquore : ſpumoſo mari. Lentus bagrada. ideſt tardus deſcenſu. Siccæ arenæ: quia libya quæ eſt pars aphricæ penuria aquæ laborat. Inde poſt : hæc ſecunda nocte poſuit caſtra apud rupes ubi fama eſt anthæū habitaſſe cauernas. Anthæi regna:ut refert Solinus Colonia in eodē tractu Libyæ conſtituta eſt:ubi anthei qui implicandis explicandiſq nexibus humi melius ſciens uelut: genitus matre terra ibidē ab Hercule uictus eſt. Strabo libro ultimo dicit:gabiniū Romanorū ſcipionē litteris mādaſſe apud lingē anthæi ſepulturā eſſe:& Tibiā cubitorū.lx.quā a Serterio nudatā ait : ac rurſū terræ demandatā. Rudis incola ideſt agreſtis. Antiqui no. ideſt nobilis cur uocarent̃ anthæi regna. Patres:quia per ſucceſſionē ātiquarū fama perpetuo manſerat:nā apud ueteres hiſtoriæ hoc genus:ut maiores natu antea acta poſteris indicarent:Virg.atq equidē memini fama eſt obſcurior annis Auruncos ita ferre ſenes. Nondum poſt genitos : nunc ponit narationē incolæ qui exponebat Curioni quare ea loca anthæi regna appellata fuiſſent.

Tellus enim gigantes illos cum genuiſſet ut ceum. Enceladum : qui auſi ſunt reſcindere cœlum & Briareum:qui centi manus bellum ſuſcipit aduerſus eos:non effeta fuit quin alios generaret Gigantes. Effœta:id eſt exauſta : primo gigantes genuit. qui in Iouem gigantomachiam fecere. Terribilem : & hanc tantarum uirium genuit anthæum Tellus : ut ſi illū ante gigantes genuiſſet in maximo periculo fuerit regnum iouis:unde peperciſſe uidetur diis quod illum ſero genuerit terra. Nec tam iuſta fuit:quam typhon



magnæ gloriæ fuerit terræ,ꝓpter talē partū:unus ex gigantib⁹ qui arma cōtra iouē ſumpſerat. Typhonis : gigantis cubile poſitū accolæ credunt in antro illo ciliciæ famoſiſſimo ꝙ latis primū patet faucib⁹:poſt mōdū in proceſſu ꝑ anguſtias obſcurat̃ auctore Solino. Tytius: gigas qui auſus fuit latonā de ſt pro intepellare:unde Apollinis & dianæ ſagittis occiſus eſt tantæ magnitudinis fuit ut per terrā extenſus nouē iugera terræ occuparet & detruſus eſt ad inferos hac pœna:ut corroſis a uulture uiſceribus ſemper renaſcant̃ Verū Tityus(ut refert Strabo)uir uiolentus ac flagitioſus tyrannus panopeæ interemptus eſt ab Apolline: cū delphos adiret per uiā qua tunc athenienſis populus pythaidē ſupplicationē:cū pompa præmittebat. Briareus:gigas centimanus: qui auſus eſt prodere cœlū. Quod nō: ph.in hoc miſerato cœlū terra ꝙ nō hunc ante alios peperit. In aruis phlegræis:ideſt in gigantomachia quæ geſta eſt in ualle phlegræia.Auctore ſtrabone quinto libro in phlegra agro Campaniæ uicino: antequā oppidū fieret rumor eſt in militia mundi dimicatū cū gigantibus:& proſequit̃ Solinus quanuis probationibus impia indicia diuinæ expeditionis in hoc ſæculo perſeuerauerunt : illic ſi quando ut accidit nimbis torentes excitant̃ : & aucta aquarū pondera ruptis obicibus ualentius ſe in campos ruunt eluuione oſſa refert detegi:quæ nō ſunt ex corporibus humanis:ſed modo grandiori:quæ ob enormē exercitus monſtroſi magnitudine iactitant extitiſſe: idq adiuuat̃ argumento ſaxorū immaniū : quibus oppugnatū cœlū credunt.

Hoc quoq tā uaſtaſ cumulauit mūer uireſ
Terra ſui fœtus qd' quū tetigere parentē
Iā defata uigent renouato robore mēbra.
Hec illi ſpelunca domus latuiſſe ſub alta
Rupe ferut,epulas raptos habuiſſe leōes
Ad ſomnos nō terga feræ prabere cubile
Aſſuerunt. nō ſilua torū. uireſq reſum it
In nuda tellure iaceas. periere coloni
Aruorū libyes,peūt quos appulit æquor.
Auxilioq diu uirtus non uſa cadendi
Terræ ſpernit opes.iuictus robore cūctis
Quanuis ſtaret erat.tandē uulgata crueti
Fama mali.terras mōſtris æquorq leuātē
Magnanimū alcidē libycas exciuit in oras
Ille cleonei proiecit terga leonis
Anthæus libyci perfudit membra liquore
Hoſpes olympiacæ ſeruato more paleſtræ
Ille parū fidens pedibus contingere matrē
Auxiliū membris calidas inſundit arenas:
Cōſeruere manus & multo brachia nexu,
Colla diu grauibus fruſtra tentata lacertis.

℃SVLPI. Munere: beneficio. Defacta: debilitata. Parentē. terrā. Vigent:uires reſumit tacta enim terra fortior euadebat. Hæc:in qua natus eſt. Illi:anthæo. Epulas raptos:uixiſſe ex leonū carne quæ uires auget quaq achilles nutritus eſt. Ad ſomnos:nō dormiebat ſupra pelles & co ta ferarū nec ſupra frondes & tabulas. Nuda : abſq ſtrato & herbis. Periere : occidebat paſtores agricolas hoſpites nautas. Virtus:fortitudo ipſius: Auxilio cadendi: quo enim frequentius cadebat eo fortior reſurgebat. Terræ opes:auxiliū terræ. Staret:nō ſe proſterneret. Mali cruenti : monſtri crudelis. Exciuit.ex græcia concitauit. Alcidē : herculē ſic dictū ſiue ab alceo auo ꝙ improbat Seruius ſiue ab alcis ꝙ eſt fortitudo Leuantē monſtris immanibus: libertatē noxiis animalibus. Ille:certamē deſcribit herculis & anthæi. Proiecit terga: exuit & abiecit pellē. Cleonei:archadici & nemeæi. Cleone archadiæ oppidū eſt in Nemea regiuncula. Perfudit membra:hercules inquit more græco ſe oleo unxit. Statius Poſtquā oleo gauiſa cutis petit æquor uterq Procurſu mediū : atq hauſta ueſtit̃ arena. Tunc medios artus alterno puluere ſiccant. Liquore:oleo. Paleſtræ olympiace:luctæ quæ ſit apud olympii templū iouis in æl de.Paleſtra dicta ſiue a paleo ꝙ eſt luctor ſiue a pale dea. Statius Ante alios placet uncta pales. ille:anthæus. Matrē:terrā. Conſeruere manus:corripuere ſe. Nexu:implicatione. Colla diu: Tentarunt mutuo colla appræhendere ſed nō poterant quia firmiter contrahebant hinc Statius ait:Collaq demerſere humeros.

℃OMNIBO. Hoc tā uaſtas : ad cætera quæ alii gigātes habuere hoc mūus addidit terra anthæo ꝙ quotiēs uiribus defatigatus eſſet cādes a terra uires reſumebat : & recētior ad pugnā fiebat. Cumulauit:amplificauit. Sui fœtus:anthæi. Vigēt:recreat̃ reficiūt̃. Ferūt.ſ.maiores noſtri. Ad ſōnos:nec ſibi cubile ſternebat : ſed in nuda tellure iacēs ſeipſo fortior reddebat̃. Terga.pro tergora.i.pelles:quia nō utebat̃ ſtratis pellibus. Nō ſylua torū:nō frōdibus ſtratis iacebat. Periere colōi:& dū nauere terreſtria & maritima uaſtabāt̃ uiolētia anthæi: Auxilioq diu:& tātæ uirtutis erat ut dū certamē ipſi fuit cū cæteris ; nō opus fuit cadere ut uires a terra reaſſūeret : ſed cū hercules uēiſſet. opus fuit ut uires a terra acciperet.. Tādē uulgata tādē puēit ad aures herculis mōſtrū hoc anthæi : & ſicut aliis malis terrā liberauerat:ita & hoc mōſtro liberare uoluit. Terrā mōſtris æquorq leuātē nā occidit Cacū aprū Nemæū Leonē.hydrā i lerna palude. Aequos.i.ſtymphalidas aues i æquore occidit q̄ iſeſtabāt nauigātes.Stymphalides aues dictæ ſūt a ſtymphalide Arcadiæ palude q̄s ab hercule ſagittis & tympāis fugatas poetæ finxerūt. Ille cleōæi: nūc dicit cū hercules uēiſſet quo pacto uterq hic anthæus hic hercules ꝑparauerūt ad ſingulare certamē:noluit hercules claua:nec ille gladio pugnare:ſed rē lucta iter ſe agere placuit & tāq̄ luctatores iter ſe certarēt.&ꝓbare uter utrū ꝓſterneret. Cleōæi leōis:iter cleōas & phliūtē ſurgit ſylua (ut refert Strabo)i q̄ argiui ſacra celebrat̃ cōſueuet̃ Nemæa : ibi quoq q̄ de Nemæo leōe geſta:fabulis ꝓdita ſūt:diſtāt Cleōæ ab argo ſtad.cētū & uigiti a coritho uero ſtad.octogita ſūt āt Cleōæ medioci oppidū i uia ſitū q̄ ex argo corithū ducit. Anthe⁹li.qa ſicut hercules occiderat nemeæ leonē ita anthæ⁹libycū occidit & pellē deferebat. Hoſpes l.er. q pegrin⁹erat. Liquor.i. oleo. De mor pa.ad ſiſitudinē olympici certaminis

quod primum ipſum hercules inſtituerat in honorem ataui materni pelopis: intermiſſum autem auctore Solino iphitus filius eius inſtaurauit poſt excidiũ Troiæ anno quadrigenteſimo octauo. Ille parũ. anthæus non ratis tutus tangere terram pedibus: totum corpus inſperſit harenis: ut uires a matre ſumeret. Conſeruere. proprie eſt luctatorum qui manus manibus conſerunt. Et brachia ne. xu. ſcilicet conſeruere. Colla diu: quia etiã lacertis capere colla tentabant ut alter alterum proſterneret. Fruſtra: quia nihil efficere poterant. Caput immotum: ſcilicet tenebant: ſed fronte & pedibus certabant.

Immotumq; caput fixa cum fronte tenetur
Miranť q; habuiſſe paré. nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis
Exhauſitq; uirũ. quod creber anhelitus illi
Prodidit. & feſſo gelidus de corpoŕ ſudor
Tũc ceruix laſſata quati. tũc pectoŕ pectus
Vrgeri. tunc obliqua percuſſa labare
Crura manu. iam terga uiri cedentia uictor
Alligat: & mediũ compræſſis ilibus arctat
Inguinaq; inſertis pedib⁹ diſtẽdit & omné
Explicuit per mẽbra uirũ. rapit arida tellus
Sudorem. calido complenť ſanguine uenæ
Intumuere tori. totoſq; induruit artus
Herculeoſq; nouo laxauit corpoŕ nodos
Conſtitit alcides ſtupefactus robore tãto
Nec ſic inachiis quãuis rudis eſſet in undis
Defectam timuit reparatis anguib⁹ hydrã
Conflixere pares telluris uiribus ille
Ille ſuis. nunquam ſæuæ ſperare nouercæ
Pl⁹ licuit. uidet exhauſtos ſudorib⁹ artus
Ceruicemq; uiri ſiccam q̃ ferret olympũ

SVLPI. Tenetur: ab utroq;. Miratur: uel ipſi inter ſe uel ſpectatores. Exhauſit: defatigauit anthæum. Quod prodidit: quã ré manifeſtauit. Ceruix laſſata quati: collũ debilitatũ agitabatur. Vrgeri: urgebatur quia ſe conſtringebant. Manu obliqua: ſolent luctatores ita cruribus manũ inſerere ut aduerſariũ loco moueant & ſtringant. Labare: lababant. Victos: hercules. Alligat terga: complectitur & aſtringit. Compræſſis: ſuis enim ilibus quæ ſunt iuxta femur illius ilia comprimebat. ut pectus pectore: Diſtindit inguina: extendit femur aperiendo coxas. Inſertis: immiſſis inter crura: Explicuit. diſſoluit dilatauit in terrã. Arida: arenoſa. Rapit. attrahit & inhærret ei. Sudoré: anthæi. Complentur: replentur nouo ſanguine nouiſq; uiribus. Tori: muſculi & carnis tu&ores in cruribus & brachiis in quibus fortitudo ineſt. Intumuere: repleti ſunt. Indurit: durus euaſit per totos artus. Laxauit: lentauit diſſoluit. Nodos: compræſſũ. Nouo corpore: nouis uiribus corporis. Conſtitit: firmus ſtetit. Nec ſic inachiis: nec adeo timuit quũ in hydrã ſerpenté quæ latinæ diciť excerta apud lernã argiuorũ paludé certauit cui: cũ amputaret unũ caput duo ut diodorus ſcribit renaſcebantur habebat enim centũ. Defectã: truncũ. Anguibus: capitibus. Rudis: nouus & inexpertus quia poſt angues in cunis eliſos hydrã primũ conficere iuſſus eſt ab Euriſteo iã adoleſcens. Inachaiis: argiuis ab inacho flauio & rege. Ille. anthæus. Ille: hercules. Nouerce. iunoni quæ morté eius optabat. Exhauſtos: uacuos & debilitatos. Ferret olympum: laturus eſſet cœlũ: Nã cũ atlas gigas defeſſus eſſet altero cœlũ humero ſuſtinere: mutareq; uellet alterũ: herculé oneri ſuccedere interim iuſſit.

OMNIBO. Immotũ: neruis extenſis. Fronte. quia fronté fronti opponebant. Miranturq; habuiſſe paré: & Hercules mirabatur ſibi paré Anthæũ eſſe: & anthæus herculé. Nec uiribus: nunc dicit qua arte hercules iactatus fuerit cũ Anthæo. nã primo aliquandiu ſuſtulit ut fatigaret eũ: & laſſũ facilius uinceret. Nec uoluit cer. noluit hercules primo effundere totas uires: ſed ſenſim illũ tenere ſublimé: & illũ ad laſſitudiné deducere tentauit. Exhauſit: euacuauit uiribus ex eo cognouit hercules quod ille crebro anhelitu fatebatur laſſitudiné. Tunc ceruix: alia ſigna ſubiungit primo immotũ caput dixit tenuiſſe nunc dicit magis magiſq; quati ac nutare nunc dextorſum nunc ſiniſtrorſum. Quati. pro quatiebatur. Pectore pectus: iã lacertis nõ poterat a corpore ſuo reiicere Anthæus herculé nã hercules compræhenſũ illũ pectori ſuo aſtrinxit. Vrgeri pro urgebatur. Labare. ideſt cadebant. Obliqua manu: nã habent luctatores arté quandã & manuũ & pedũ: ut facile aduerſariũ peruertere poſſint. Iã terga: iã ita inhærebat hercules Anthæo ut ipſũ manibus compræhenſũ conſtringeret. Mediũ: quia qua ilia ſunt medius compræhenſus erat. Pedibus diſtendit: cũ pedes pedibus inſeruiſſe peruertit illũ & præcipité dedit humi. Per membra uirũ: tã longus latuſq; erat quod membris occupauit terrã. Rapit arida telus: ſed ſimulatq; tetigit terrã refectus eſt: & recens ad pugnã rediit acrior. Venæ: anthæi. Intuere: reſumptis a matre uiribus inflati ſunt. Toros: pulpas appellat. Induruit: ideſt durior factus eſt. Nouo: ideſt corroborato. Conſtitit: admiratus eſt hercules: nã qué iã uiciſſe putabat nunc ita reſtitutum uideat quaſi nunc primũ luctari inciperet. Non ſic: dicit magis timuiſſe in hoc certamine nunc herculem: q̃ in certamine hydræ & aliorum monſtrorum: quibus cum certaret conſtat in periculũ atq; diſcrimen incurriſſe. Rudis: quia quam primũ adultus eſſe cœperat hercules: nullum ante monſtrum uidit præter angues: primum monſtrum fuit hydra lernea: & quãuis nouus eſſet certator tamen non tanto timore perculſus eſt. Inachiis aruis: ideſt lerneæ paludis ubi hydra habitabat. Lerna argiui & Mycenei agri palus eſt: in qua (ut oſtendit Strabo) hydram conſtitiſſe ſcriptores tradunt. in illa cum ſint purgamina: prouerbium quoddam uulgo manauit: Lerna malorum: & Lerna fluuius eſt eodem quo palus nomine præterfluit Temenium: in quo humatus eſt Temenus. Inachus flu: qui (ut ibidem docet Strabo) argiuam percurrit terram. Rudis: nouus bellator. Anguibus: qui cæſo uno capite tria ſubcreſcebant. Suis: naturalibus. Nunquã ſperare: & iuno quæ illũ prodere uolebat nunq̃ ſperauit poſſe herculé perire



niſi hoc certamine Anthæi Olympus: cũ ad atlãté ueniſſet Hercules Atlas auté ſtellas quaſdã labentes. cũ uidiſſet orauit Herculé ut humeros ſuos tantiſper ſubiiceret polo antarſtico: dũ ille labentes ſtellas firmaret quod Hercules fecit. Atlas teſte Solino mons é Libyæ e media arenarũ conſurgens uaſtitate: & eductus in uicina lunaris circuli ultra nubila caput condit: lucet nocturnis ignibus audiuntur & cantus tibiarũ & tinnitus cymbalorũ per orã maritimã. Apex Perſeo & herculi peruius: inacceſſus cæteris ita fidẽ ararũ inſcriptio palam fecit.

Vtq; iterum feſſis iniecit brachia membris
Non expectatis anthæus uiribus hoſtis
Spõte cadit: maiorq; accepto roboŕ ſurgit
Quiſquis ineſt terris i feſſos ſpiritus artus
Eggeritur. telluſq; uiro luctante laborat
Vt tãdem auxilium tactæ prodeſſe parẽtis
Alcides ſenſit. ſtandũ eſt tibi dixit. & ultra
Non credere ſolo. ſterniq; uetabere terra:
Hærebis præſſis intra mea pectora mẽbris
Huc anthæe cades. ſic fatus ſuſtulit alte
Nitenté in terras iuuené. morienis in art⁹
Non potuit nati tellus ſubmittere uires.
Alcides medium tenuit iam pectora pigro
Stricta gelu. terriſq; diu nõ credidit hoſté
Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomia collibus iſtis
Pœnũ qui latiis reuocauit ab arcibus hoſté
Scipio: nam ſedes libyca tellure potito
Hæc fuit. en ueteris cernis ueſtigia ualli.
Romana hos primũ tenuit uictoria cãpos
Curio lætatus tanquam fortuna locorum
Bella gerat. ſeruetq; ducũ ſibi fata priorũ
Felici non fauſta loco tentoria ponens
Indulſit caſtris. & collibus abſtulit omen

SVLPI. Membris: anthæi. Sponte cadit: ut plus uiriũ a terra accipiat. Maior: fortior: Quiſquis ineſt: uiris omnis terrena mittiť infeſſũ. Anthæũ. Spũs: uis Eggeriť: mittiť. Laborat: ad ſuggerendas. Parentis: terræ. Standũ eſt tibi: ſtes oportet. Nũ credere ſolo: nõ committeris terræ nõ cadeſ ulteriuſ. Hærebiſ: ſuſtineberis ſupra pectus meũ. Huc: ſupra pectus moriere. Suſtulit: ſubleuauit. Nitenté: in terras conanté cadere. Nati: anthæi Stricta: gelu: correpta frigoŕ mortifero congelato iã ſanguine. Hinc æui: hæc eſt inquit ratio quia hic appellaŕ regia anthæi certaméq; cũ hercule. Famoſa: cuſtos plena fama & cuſtodiens antiquas hiſtorias. Laudatrixq; rerũ ſuarũ famoſus enim & in bonã & in malã parté accipiť. Sed maiora: quare hic idé locus caſtra corneliana appelleť ratio reddiť. Iſtis collibus: eſt enim iugũ directũ eminens in mare utraq; ex parte præruptũ atq; aſperũ ſed tamẽ paulo leniore faſtigio ad eã parté quæ ad uticã uergit a qua abeſt directo itinere paulo amplius paſſus mille ut Cæſar ait. Maiora: eſt enim celebrius hoc nomẽ. Qui reuocauit hoſté pœnũ: Cũ annibal iã quatuordecim annos intra italiã ſeuiret. Scipio Aphricanus magnis cũ copiis ad carthaginé oppugnandã ſe contulit: quia quidé re a ſuis hannibal reuocatus coactus eſt ex italia diſcedere. Pœnũ hoſté hannibalem aphricanũ. Arcibus: urbibus. Potito: ſcipioni qui iã tenebat libya. En: uerba ſunt incolæ qui fabulã docuit. Victoria romana: rõani primũ uictores fuere in his campis. Curio lætatus: auſpicio fœlicitateq; loci Curio ductus illic caſtra conſtituit. Fortuna locorũ: ſors loci. Ducũ: ſcipionũ maioris & minoris. Tranquillus: in Cæſare ait ad eludendas auté uaticinationes quibus felix & inuictũ in ea prouincia fataliter ſcipionũ nomé ferebať deſpectiſſimũ quendã ex Corneliorũ genere cui ad opprobriũ uitæ ſolutioni cognomé erat in caſtris ſecũ habuit. Tentoria: lin thea militũ caſas. Nõ fauſta: iſelicia fauſtus enim diciť is cui fereť. Felix: uero tã qui dat quã qui accipit felicitaté. Statius lib. quarto. Inachii proles infauſta lygurgi. Indulſit: operã dedit caſtrametatus eſt. Abſtulit omen: felicitatis uictoriæq; deleuit auſpiciũ quia uictus fuit.

OMNIBO. Vtq; iterũ: ſed poſtquã Hercules iratus iterũ lacertis mediũ cõplectebať. Anthæus: uero expectauit quoad complexus eſſet: & ſponte ſua cecidit ut uires reſumeret. Quiſquis ieſt: & tellus cũ uideret in magno diſcrimine poſſitũ eſſe filiũ ſuũ: ipſa quoq; filio omnes uires miniſtrabat. Spiritus: fortitudo. Laborat: ſcilicet tellus ſuggerendo filio uires. Vt tandé: poſtquã hoc intelligit Hercules: ſtabis inquit o anthæe: nõ cades: quia nõ patiar ut iacens reficiaris a terra hæc ubi dixit mediũ cõplexus anthæũ pectori ſuo aſtrinxit: & eo uſq; tenuit: quo illũ animã efflare coegit: & exanimatũ cadere permiſit. Credere: nõ committeris terræ. Senſit cognouit crebro caſu id quod erat. Pigro gelu: quod homines pigros facit: quia anima excedente corpus contrahitur & torpeſcit. Hinc æui ueteris: nunc ſuæ narrationis concludit effectũ ut ex his quæ ſupra dicta ſunt id inferat quod Curio audire cupiebat hac de cauſa qa ibi anthæus habitabit: & ab Hercule tandem ſuperatus eſt: hæc loca anthæi uocata ſunt: ſed nomen inſignius hiſdé locis Scipio africanus dedit: qui primus Populo Romano carthaginé tributariam fecit: qui Hanibalem tandem ex italia excedere coegit. Hic: ab anthæo. Aeui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas: nã uetera monumenta rerum geſtarum cuſtodiunt ea quæ ab initio facta fuerunt. Veteris niſi: enim fama eſſet: omnia antiqua iam pridé periſſent. Miratrixq; ſui: quia cũ uetera audimus: quæ per famã ad aures noſtras peruenerunt: nõ ſine admiratione accepimus. Sed maiora: magnũ quidé nomé eſt q̃ anthæi regna uocitentur: ſed multo maius fuit: hoc q̃ Scipionis. Aphricani Cornelia caſtra ad hanc uſq; ætaté appellentur. Cognomina: ſcilicet Cornelia caſtra. Reuocauit: bene reuocauit nã ſicut in iſtoria eſt hãnibal per decẽniũ in italia mãſit quã multis cladibus ac populatiõ ibus uaſtauit: tãdé Scipio aphricãus: cũ prouinciã aphricã accepiſſet a ſẽatu po. q; ro. traiecit ineã

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

proſiinciã ipſã tãdẽ urbẽ carthaginẽ inuaſit & ad eã redegit inopiã:ut neceſſario in aphricã reuocatus ex ita lia hãnibal redierit. Reuocauit:hoc eſt eã fuit ut reuocaret nã carthaginẽſes illũ cẽſuerũt reuocãdũ:q̃do ſe aliter a ſcipiõe defẽdere nõ poſſet. Sedes fuit.ſ.ſcipiõi:qui poſtquã traiecit in aphricã:his primũ locis caſtra mẽtatus eſt. En ueteres: nã adhuc foſſæ erãt quibus caſtra circũdata fuerãt. Rõana hos: hæc loca fuerũt: ubi primũ ro.carthaginẽſes uicerũt. Curio lætatus:hæc ubi dixit incola gauiſus eſt curio q̃ſi uictoriæ omẽ concepiſſet: q in ipſo loco caſtra ppneret:ubi ſcipio carthaginẽſiũ uictor aliquãdo caſtrãetatus erat: For tũa:oſtẽdit ſtulticiã ſui animi curio:quaſi felicitas locorũ eſſet quæ bello cõduceret:nõ uirtus militũ. Ducũ priorũ:ſcipionis qui ibi uictor fuit. Felci nõ fauſta loco quãuis locus ille felix fuiſſet ſcipiõi:tamẽ ipſe in felicitatẽ cõſecutus eſt. Nõ fauſta:uno uerbo totius rei exitũ declarauit. Induſit: caſtrãetatus eſt ibi. Ab ſtulit omẽ: nã ubi ſcipio uicerat ipſe uict⁹ ẽ:ut refert ſuetõius i uita cæ.felix ẽ iuictũ i aphrica fataliter ſcipio nũ nomẽ ferebat quo fuit ut cũ cæ.ſci.& iubã pſeq̃ret deſpectiſſimũ quẽdã ex corneliorũ generi ſecũ i caſtris habuerit ad eludẽdas uaticinatiões. Omẽ:felicitatis.

Sollicitatq feros nõ æquis uiribus hoſtes.
Omnis romãis quæ ceſſerat aphrica ſignis
Tunc uari ſub iure fuit. qui robore quanq̃
Confiſus latio. regis tamen undiq uires
Exciuit libycæ gentis. extremaq mundi
Signa ſuum comitata iubã. non fuſior ulli
Terra fuit dño. qua ſunt longiſſima regna
Cardine ab occiduo uicinus gadibus atlas
Terminat & medio cõfinis ſyrtibus hãmõ
At qua lata iacet uaſti plaga feruida regni
Diſtinet oceanum. zonæq exuſta calentis
Sufficiũt ſpacio populi tot caſtra ſequunt
Autololes numidæq uagi. ſẽperq paratus
Inculto getulus equo. tunc concolor indo

SVLPI. Nõ æquis:nã copias uari deſpiciẽs Curio duas legiões ex quattuor quas a cæſare acceperat & cẽ tũ quinquaginta equites trãſportauerat. Omnis rõa nis: quæ omnis pars aphricæ quæ uicta parebat ro. im perio. uari.P. acii uari qui olim illic prætor fuerat: ſed auximo profugiẽs aphricã ſua ſpõte uacuã occupaue rat duaſq legiões coegerat: ut Cæſar in primo bellorũ ciuiliũ tradit. Robore:militibus. Regis lybicæ gẽtis: regis mauritãiæ. Extrẽa:extrẽo occidẽte meridieq ad uecta. Suũ: qui ipſis præerat. Fuſior:amplior. Atlas: mõs a mauritãia in ethiopiã uſq porrectus. Gadibus: inſulæ in mari atlantico. Q ua ſũt lõgiſſima: qua extẽ dũtur in lõgũ. Ab occiduo cardine & medio:a regiõe occidẽtis & meridie. Hammõ: tẽplũ iouis arẽoſi qui apud garamãtes in formã arietis colitur: de aqua eius hæc inquit ouidius Medio tua corniger hãmon Vnda die gelida eſt ortuq obituq caleſcit. Cõfinis ſyrtibus uicinis locis uadoſis i fine aphricæ ægyptũ uerſus. At qua:ſed latitudo inquit regni hinc & illinc tãgit oceanũ
Plaga feruida: regio calida. Regni: iubæ. Iacet lata:extẽdit in latitudinẽ. Diſtinet: hinc & inde tenet & exporrit ſub torri zõa. Exuſta:loca ipſa iubæ:Saluſtius: deinde loca exuſta ſolis ardoribus. Sufficiũt ſpa tio:extẽdũt in ſpatiũ & implẽt eã. Zõæ calẽtis:torridæ ſub qua ſũt iubæ regna. Tot caſtra: quaſi dicat nu meroſa. Autololes: populi ualidiſſimi tingãiæ prouinciæ gẽs getula per quã iter ad mõtẽ atlãtẽ ut pli. tra dit. Nũidæ: qui & nõadus appellati a mutãdis papiliõibus ut pli. ait. Getulus: gẽs æthiopiã uerſus habet terras ab oriẽte mõtoſas ubi elephãtes naſcunt. Inculto:nõ ſtrato.

OMNIBO. Nõ æquis uiribus: quia inferior erat. Omnis ro. nunc dicit quomodo uiribus inferior erat hoſte curio:nã (ut ante dictũ) Actius uarrus præerat aphricæ.nã puinciã illã ſenatus po.q.ro. ei deman dauerat quã cũ imperio tenebant:aut teſte Appiano pro Pompeio exercitũ ducebat:nã ab initio copias actii uarri deſpiciens Curio ex quattuor legionibus quas a Cæſare acceperat: duas tantũ & .cl. equites biduo & tribus noctibus nauigatione conſumpto in aphricã aſportauit. ſed Actius uarrus:licet cõ exercitu romano prouinciã teneret:tamẽ iubã regẽ Numidæ po.q.ro. ſociũ ad ſuũ auxiliũ contra Cæſarẽ uocauit. Aphrica ſignis ea pars aphricæ quã carthaginenſes aliquando cũ imperio tenuerant:nã uictis carthaginenſibus om nis aphrica q̃ ſub imperio carthaginenſiũ fuerat in po.ro. deditionẽ uenerat. Cæſſerat.i. uicta erat ab im peratoribus ro. Libyæ gentis.i. iubæ regis libyæ & Numidæ. Nõ fuſior: uſq ad torridã zonã porrigebat regnũ regis iubæ.terræ cuius longitudo erat Atlas. Iuba: Ptolomæi filius auctore Solino utriuſq Maurita niæ regna potius eſt. Mediũ terminat ammõ latitudinẽ torrida zona:quã mare occiduũ ab aphrica ſe iun git. Cardine ab occiduo:quia longitudinẽ ſui terminabat atlas uſq ad gades. Gadibus: aquibus nõ pro cul metas in mari occeano Hercules poſuerat. A medio confinis ſyrtibus ammõ: a meridiæ mediũ regni ſui terminabat ammõ templũ Iouis in libya arenoſa ubi Iuppiter in forma arietis colit: quia baccho & po pulo ſuo ſicienti:cũ illac tranſiret in forma arietis arenã pede percuſſit:& ſtatĩ natus eſt fons. hoc ergo tẽplo cingebat mediũ regnũ iubæ. Cõfinis ſyrtibus. qa ut refert Stra. circa paruæ ſyrtis initiũ eſt Thera urbs:ppe quã eſt ammodis promontoriũ. Soli. dicit maiorẽ ſyrti oſtentare oppidũ q cyrenas uocant:inter hoc oppi dũ & tẽplũ Ammõis milia paſſuũ trecẽta eſſe. At qua: latitudo terminat a torrida zõa. Feruida: quia ni mio feruore habitari nõ poteſt. Detinet.i. diſiungit Libyã: qui torrida zona inter Libyã & occeanũ poſita eſt. Exuſta calentis: ideſt exhauſta loca feruidæ. zonæ. Sufficiunt.i. finẽ imponunt ſpacio regni Auto loles populi aphricæ qui meridiẽ uerſus habitant. Numididæ uagi:uagos dicit nã ut lib. ul. refert Strabo cũ regionẽ fœcundã incolerent quanquã abundantẽ omiſſis & agricolendi ſtudio licentius inter ſe cõuerſa batur:& regione feris dimiſſa:uagam & inſtabilem uitam agebant:nõ ſecus quã q ob inopiam & locorum ſterilitatẽ & aeris inclementiã eiuſmodi uitæ genus eligunt. Naſamones:populi qui teſte Strabone primi ſterilem & aridam regionẽ obtinent:poſtea pſylli & getulorũ pars a garamantes. Paratus getulus: incul



to equo. unum ſequitur ex reliquo:nam quia inculto utitur equo:ideo ſemper paratus eſt:nam equum aſcẽ dunt ſine ephippio ſine freno. Getuli auctore Stra. in penitiore regionæ libyæ montana ad deſerta tenent quæ quodammodo diſperſa ſunt uſq ad ſyrtes.

Maur⁹. iops naſaõn:miſti garamãte puſto
Marmaridæ uolucres. æquatur⁹q ſagittas
Medorũ. tremulũ quũ torſit miſſile mazax
Et gens quæ nudo reſidens maſſylia dorſo
Ora leui flectit fremorũ neſcia uirga
Et ſolitus uacuis errare mapalibus apher
Venator. ferriq ſimul fiducia non eſt
Veſtibus iratos laxis operire leones.
Nec ſolum ſtudiis ciuilibus arma parabat
Priuatæ ſed bella dabat iuba concitus iræ
Hũc quoq quo ſupos hũana q̃ polluit ãno
Lege tribunitia ſolio depellere auorum
Curio tentarat. libyamq aferre tyranno
Dũ regnũ te roma facit memor ille doloris
Hoc bellum ſceptri fructũ putat eſſe retẽti
Hac igitur regis trepidat iam curio fama
Et quod cæſareis nunquã deuota iuuẽtus
Illanimis caſtris:nec rheni miles in undis
Exploratus erat. corphini captus in arce.
Infiduſq nouis ducibus. dubiuſq priori
Fas utrunq putat. ſed poſtq̃ lãguida ſegni
Cernit cũcta metu. nocturnaq munia ualli
Deſolata fuga. trepida ſic mente profatur.
Audẽdo magnus tegit tior arma capeſſã
Ipſe prior. miles cãpũ deſcendat in æquũ
Dũ meus eſt: uariã ſemper dãt ocia mẽtẽ.

SVLPI. Maurus: mauri in occidentali aphrica ad atlanticũ oceanũ ſunt. Concolor: quia niger. Naſa mon: gens in deſertis libyæ iuxta anſchiſeos & littora ſyrtim de quibus poeta libro nono ait Hoc tã ſegne ſo lũ raras tantũ exerit herbas:Quas naſamõ gens dura le git qui proxima ponto nudus rura tenet. Marmari dæ:ægypto contermini a pharedoni ferme regione ad ſyrtim uſq maiorẽ porrecti ſunt. Garamantes: gara mas populus indeſertis libyæ utrinq augilis & pſyllis uicinus. Medorũ:qui in aſia ſunt conterminiq aſſyriæ Miſſile: iaculũ. Michax: ſiue mazax ſiue maca poſt naſamones eſt iaculandi peritus. Maſſylia: mediterra nea regio eſt beonicis ciuitatis libyæ. Nudo dorſo: æquis ſine ſtratis. Ora leui: equos infrenos baculo re git. Flectit. percutiendo. Et apher: & aphri illi extre mi uenatores qui erant mutantq caſas ut nomades.
Errare mapalibus:uagari per domos paſtorũ. Simul poſtquã. Nõ eſt fiducia: nõ fidunt ferro poſſe confi cere. Operire: tegere iniiciendo. Laxis: apertis. Nec ſolũ:iuba nõ ſolũ ſenatu & pompeio fauere:ſed etiã cu rioni obeſſe ſtudebat:nã ut cæſar ait. huic & paternũ ho ſpitiũ cũ pompeio & ſimultas cũ curione intercedebat quod tribunus pleb. legẽ promulgauerat qua lege re gnũ iubæ publicauerat. Dabat bella iræ: pugnabat ex ira priuata de cauſa ſuſcepta. Hunc quoq: cauſã iræ ex ponit. Polluit maculauit: nã pietatis oblitus accepto precio cæſaris partibus fauit eũq irritauit. Tribunitia quã ipſe ſe tribunus tulerat. Tyranno: iubæ. Dũ fa cit te regnũ: dũ te cæſari ſubigit:a quo fuit ingenti lar gitiõe corruptus. Ille: iuba. Eſſe fructũ: quantũ in eo ſe conſtitetat: ſperabatq ulciſci. Sceptri: regni quod obtinebat. Hac fama: iræ & exercituũ. Et quod: time bat etiã quia milites infidos habebat & inexpertos ty rones de qubus in ſecundo dixit. Oppoſitus quondã polluto tiro miloni. hi enim ſub domitio fuerant & tra diti a cæſare curioni: Deuota addita. Exploratus: ex pertus & probatus cice. in uerrẽ tu mihi reliquis exploratũ atq prouiſũ. In undis rheni: in gallico & ger manico bello. Corphini: oppidi pelignorũ. Ducibus: cæſari & curiõi. Priori: põpeio & domitio. Vtrũq quod ſit infidus & dubius lege hiſtoriam apud cæſarem. Sed poſtquam. curionis conſiliũ poſt fugã ſuorũ narrat. Munia: cuſtodias & officia methonymia. ſaluſtius: muniã ordinis extrema ſequi. Deſolata: deſerta nã centuriones marſi duo. ex caſtris curionis cũ manipularibus ſuis duobus & .xx. ad aciũ uarũ profuge rant. Profatur: ſecũ. Audendo: inuadendo hoſtẽ & eſt ſententa. Dũ meus: priuſquã me deſerat. Variã dant ocia mentẽ quies cõſiliũ mutat. Terenti⁹ dũ anim⁹ in dubio eſt paulo momento huc uel illuc impellit.

OMNIBO. Maurus: occidentẽ uerſus ſunt mauri in æthiopia occidentalis:& refert Stra. uberẽ regio nẽ in habitant: magna ex parte paſtoraliter uiuũt: his comæ cincinis exornantur:& barba & auro: & terſura dentiũ & unguiũ cultu raro uideas inter ſe contingere: dũ ambulant: nec capillorũ ornatus perturbet: pu gnant frequentius ab equo haſtati equis nudis utentes & iunceis frenis. Cõcolor indo. nã ſicut indi oriẽ tales nigri ſunt: ita mauri occidentales nigri ſũt dicti a μαῦρον nigrũ. Inops. ideſt ariditate nimia ſterilis.
Garamantes: ut docet Strabo ab æthiopibus ab ſunt. ix. x. ue dierũ itinere hi matrimoniorũ exortes paſ ſim cũ fœnina degunt. pli. Marmaridæ: marmaridæ ut idẽ inquit Strabo ad anmonẽ uſq pertendentes cy rene plurimũ accedunt & a pharedoni regione: ad ſyrtim uſq maiorẽ porrecti. Pli. Peruſto: ac ſolis calore. Aequaturuſq ſagitas: & macas populus ſagittarũ peritus: ut etiã ſagittando medos equiparare poſſit ma cas populus eſt libyæ poſt naſamonas. pli. Tremulũ: uibratũ. Et gens maſſylia: quæ equũ regit nõ freno nõ calcaribus ſed uirga tantummodo. Martialis. Et maſſyleũ uirga gubernet equũ. Maſſylia nõ galliæ: ſed aphricæ ſecunda producta. Vir. maſſyliq ruunt equites: nã maſſylia urbs galliæ ſecundã corripit ſupra maſ ſyliã delere uacat. Dorſo. ſ. equi. apher uenator: qui conſueuit mapalia habitare nã hi ſunt maximi uenato res:& præcipue leões agitant: equos uẽabulis perſequũt & ſi uincere nequiuerit laxis ueſtibus implicãt eos tãquã retibus implicãtibus capiũt: aphricæ pricipiũ eſt a finibus ægyptorũ:& alexãdriæ ultimus autẽ finis il lius atlas inſulæq occidẽtales. quas fortunatas uocant: interna eius plurimæ quidẽ beſtiæ: ſed in primis leo

nes tenēt.qui ut Ariſtoteles pethibet:ſoli ex eo genere:quod dētatū uocāt:retinus cū noſcūt uidēt. Fetri nō cōfodiūt uēabulis nec ſagittis:ſed latis ueſtibus. Nec ſolū: dicit iubā regē motū fuiſſe ut bellū inferret Curiōi nō:ſolū ꝙ in auxiliū a præfecto ro.uocabat: uerū etiā ꝙ priuatæ ſibi erāt cū Curiōe inimicitiæ & ſimultates:nā Curio in tribūatu ſuo interceſſerat ad populū:ut bellū inferret iubæ:ꝙ periculoſus ac formidoloſus eſſet prouinciæ rōanæ.ideſt aphricæ huius rogatiōis cauſa hic magna cupiditate in auxiliū actii Vari cū uniuerſo exercitu aduerſus Curionē uēit. Cōcitus iræ:ideſt bella cōcitabat ira qua inflāmatus erat aduerſus Curionē. Anno:ſui tribunatus. Superos hūana:ideſt diuina hūanaq; iura turbauit hoc dicit & quia magis fauebat pōpeiāis partibus lucāus.& quia re ipſa fuit:nā cū ſeatus cēſeret referēte cōſule primo legatū mittēdū eſſe cæſari in galiā ipſe uero cæſar tradito ſucceſſori ex ercitu in italiā priuatus rediret:huic ſenatuſ cōſulto ꝙ in ſētētiā fiebat cōſulū interceſſerūt tribūi phæbis.M.Antōius & Curio cōtra leges ideo dicit ipſū uiolatorē fuiſſe diuinarū hūanarūq; rerū hāc autē rogationē fecit ad populū de bello inferēdo iubæ Curio: Lege:quā tulerat ad populū. Tyrāno:iubæ. Dū regnū: quod uni ſubigere tētauit:quia uolebat ut cæſar cū imperio italiā armis opprimeret. Mēor: ſcilicet iuba doloris ꝙ ſe nouerat e regno prope dēpulſū a tribūo Curio ne exiſtimabat ſe nūc ulciſci iniuriā quā a curiōe acceperat. Fruſtū putat ꝙ:ſcilicet dii hoc dederint:ut hoc bello poſſit in ſtare cōtra eū qui ſe de regno expellere cōatus fuerat. Hac igitur regis: curio poſtquā audiuit in auxiliū Vari uēturū eſſe iubā:trepidare cœpit ꝙ illius uires cognouerat:prætereа etiā ſuorū ipe militū fieri nō ualde fidebat.ex his enim erāt qui diuerſis in locis a cæſare uicti de partibus pōpeiāis ad cæſarē trāſierāt:ut propterea fidē illorū inſtabilē fore metueret. Fama:trepidare cœpit curio antequā cū exercitu uēiret iuba. Atq;:aliā rationē adiūgit cur etiā trepidat. Nouis caſtris: quia ſub ipſo nūquā antea militauerat. Nec exploratus:ſed tyro potius. Corphini:erāt milites:qui maiori ex parte capti fuerant:ideo de fide eorū curio nō mediocriter dubitat. Priori.ſcilicet pōpeio. Dubius: inter priorē ducē pōpeiū & nouū.ſcilicet curionē. Fas:utrūq; an illā magis q̄ aliā partē tenerēt ignari. Sed poſtquā: at uero ut audit etiā milites dubitare & incertos eſſe:quin etiā metu perculſos deſeruiſſe excubias tēpore noctis: tū uero curio: iā ſecū cogitare cœpit:audatiā oſtēdēdā eſſe & metū deponēdū:ut fiduciā uultu ſimularet. Nocturna moenia:ideſt officia excubiarū nocturna. Deſolata:deſtituta. Fuga:quia omnes in interiorē partē ualli ſe receptāt. Prior:ſcilicet q̄ hoſtis:& quia prior deſcēdit in aciē uidet ſuis uiribus cōfidere & ſic audatiā oſtēdēs timorē tegit.Dū meus eſt:ideſt ſub imperio meo:& antequā trāſfuga fiat. Variā mētē: quādo ſpaciū cogitādi dat ſemper in diuerſa trahit animus.

Eripe conſiliū pugna.quū dira uoluntas
Enſe ſubit preſſo & galeæ texere pudorē
Quis cōferre duces mēinit.qs pēdere cāſ
Qua ſtetit inde fauet ueluti fatalis arenæ
Muneribus.non ira uetus cōcurrere cogit
Productos.odere pares.ſic fatus apertis:
Inſtruxit campis acies. quē blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit.
Nā pepulit uarū campo. nudataq; fœda
Terga fuga.donec uetuerūt caſtra cecidit.

SVLPI. Eripe conſiliū interumpe pugna ipſorū de fuga conſultationē. Quū dira uoluntas. quū pugnandi furor quempiā inuaſit & galatus enſē ſtrinxit: nō pudet eū nec meminit debere infeſtæ parti:ſed pugnat in eā. Subit:in mentē uenit. Et galeæ texere pudorē: & quā nō pudet quia nō uident nec agnoſcunt. Pudere eni poterat tyrones illos pugnare in eos trāſfugas q eadem eſſent uiſi fortuna: & eadē in obſidione perpeſſi.
Conferre: comparare ambos & pluris facere alterū.
Pendere:ponderare iudicare quæ iuſtior ſit. Inde illis partibus pro quibus ſtat. Veluti:ſit gladiatores in aduerſariū pugnant nō ex iniuria iraq; ueteri:ſed quia contra ſtat & oppoſitus eſt. Muneribus:laudis gladiatoris
Arenæ fatalis:mortiferi certaminis quod fit in arena.
Productos: commiſſos ad pugnandū. Odere pares: habent odio aduerſarios & oppoſitos. Quē blāda: cui fortūa ipſū deceptura principo fauit. nā primū cū Nūidis proſpere pugnauit imperatorq; eſt appellatus. inde Varū pepulit poſtea cū aduertiſſet aquas uenēo infectas nā bibētibus ueluti nebula uiſus obtenebrabat cū uomitu & ſpaſmo ut mēinit appianus. Vticā obſedit. Blāda malis futuris:alliciēs in futurā cedē. Recepit:excepit. Nudata:patiētia:nā quādo ſtat aduerſo uultu latēt. Terga:militū uari. Cecidit:percuſſit uſq; in caſtra. Feda:turpe eſt.n.fugere.

OMNIBO. Eripe conſiliū: ideſt demas ſpaciū ne cogitent transfugere ad hoſtes. Cū dira uoluntas: quia ſimul ac pugnare cœpit nō cogitabit utrū ex duobus ſequi malit. Præſo: ideſt compræhenſo manibus enſe. Texere pudorē:quia nō uident contra quos pugnant neq; ipſi cognoſcunt tecto ore galea:ut aliquis eis obiiciat.qui paulo ante cū pompeio militaueras:nunc partibus cæſaris faues. Conferre:ideſt comparatione alterū alteri præponere. Pendere:compenſare uter ducū meliorē cauſā habeat. Veluti:nunc per ſimilitudinē probat hanc ſententiā Curio: quemadmodū gladiatores poſtquā in campū proceſſerint nulla ſimultate antiqua concitat:ſed ubi alter aduerſariū ſibi oppoſitū uideri.etiā ſi nullæ unquā inimicitiæ fuerint ira aduerſus eū fert.ac ſi eſſet capitalis hoſtis:ita facerent milites noſtri. Arenæ: in qua gladiatores dimicare ſolent. Muneribus:ideſt ſpectaculis.Iuue.Munera nunc edunt. Fatalis: in theatro enim ſæpe confodiebantur ad necē gladiatores & arenā pro theatro ponit quod arena inſpargebatur:ſic Marcialis.in matutina nuper ſpectatus arena. Pares: pares dicuntur proprie quū armis inter ſe concurrunt. Quē blanda fu.& primo quidē curſu fortuna fauit Curioni:quia ſic ſolet facere his quos maiore clade parat opprimere.
Blanda:quæ ſemper blanditur malis. Nam pepulit: quia primo concurſu fuſus eſt Varrus cum exercitu romano. Caſtra cedit: Curio cum exercitu ſuo inſequebatur cædens exercitum Varri: donec ſe in caſtra



recepit:& cum caſtra ingreſſus eſſet:uallo prohibiti ſunt ne percuti poſſent.

Triſtia ſed poſtquā ſuperati prælia uari
Sunt audita iubæ:lætus quod gloria belli
Sit rebus ſeruata ſuis:rapit agmina furtim
Obſcuratq; ſuam per iuſſa ſilentia famam.
Hoc ſolū metuens incauto ab hoſte timeri
Mittitur exigua qui prælia prima laceſſat
Eliciatq; manu numidis a rege ſecundus
Vt ſibi commiſſi ſimulator ſabura belli.
Ipſe caua regni uires ut ualle retentat
Aſpidas ut pharias cauda ſolertior hoſtis
Ludit & iratas incerta prouocat umbra
Obliquuſq; caput uanas ſerpentis in auraſ
Effuſæ tuto comprendit guttura morſu
Lethiferam citra ſaniem:tunc irrita peſtis
Exprimitur fauceſq; fluunt pereunte uenēo:
Fraudibus euentū dederat fortuna feroxq;
Non exploratis occulti uiribus hoſtis
Curio:nocturnum caſtris erumpere cogit
Ignotiſq; equitem late diſcurrere campis
Ipſæ ſub auroræ primos excedere metus
Signa iubet caſtris multū fruſtraq; rogatus
Vt libycas metuat fraudes.infectaq; ſēper

SVLPI. Triſtia ſed poſtquam: audita uari repulſa ſperans iuba ſe curionē ſuperaturū futurū cū ingenti exercitu uenit præmiſitq; ſaburā cū paucis copiis quas magna ex parte pauci equites ex noſtris noctu interfecerunt. Sequenti uero die Curio cū omnibus copiis quarta uigilia egreſſus cohortibus quinq; relictis in caſtris rē geſtā cognouit ad hoſtē peruenit ignarus iubā cū magnis copiis elephantiſq; quadraginta ſex milia paſſuū diſtare: miſiſſeq; ad Saburā hiſpanorū gallorūq; equitū duo milia præliū iniit. inſtanſq; cedentibus cū exercitu ex ſexdecim miliū itinere defeſſo circunuentus oppreſſuſq; eſt. Rebus: potentiæ.
Rapit agmina furtim: raptim & clanculū copias dicit.
Iuſſa: uetuerat enim uulgari aduentū ſuū. Timeri: ne timeretur. Ab hoſte:a curione improuido. Mittitur: ordo eſt Sabura ſecundus numidus a rege mittitur qui laceſſat & eliciat prima prælia exigua manu. Vt ſimulator belli ſibi commiſſi. Laceſſat:prouocet. Eliciat: educat. Commiſſi:mandati ut gereret ferebatur enim iubā reuocatū eſſe bello finitimo & ſabure rē commiſſā. Sed rex ſex miliū paſſuū interuallo & ſabura aberat. Ipſe: rex. Retentat uires: retinet exercitū. Aſpidas:ſic iuſſus eſt inquit Curio ut aſpis ab ichneumone. Aſpidēq; curioni: ſaburā caudæ ichneumonis Iubāq; Capiti comparat. Aſpis ut ait pli.li.viii. habet internecíuū bellū cū ichneumōe notū animal hac gloria maxime in eadē natū ægypto: mergit ſe limo ſæpius ſiccatq; ſole mox ubi pluribus eodē modo ſe coriis loricauit in dimicationē pergit.in ea cauda ſe attollens ictus irrito auerſus excipit.donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. Meminit eiuſdē ſtrabo in.xvii. Aſpidas: ſerpentes frigidas. Pharias:ægyptiacas. Hoſtis:ichneumon. Solertior: aſtutior. Vmbra: caudæ celeris. Obliquuſque caput: ichneumō qui ē obliquo capite. Tuto:inoxio ſibi:nō enim penetrat dentibus. Citra ſaniē lethiferā:citra uirus mortiferū. Guttura ſerpentis effuſæ in auras:exilientis in umbrā caudæ. Tunc:ubi comprændit. Peſtis irrita: uenenū nō nocens. Exprimitur:colliditur & emittitur. Fluunt:diſſoluuntur & pereunt. Pereunte:effluente. Fraudibus: inſidiis iubæ occultis uiribus hoſtis.
Hoſtis:ſaburæ poſt quē latebat iuba legitur & occulti hoſtis hoc eſt iubæ. Erumpere:exire uaptim. Ignotis: in exploratis. Ipſe. Curio auditis quæ equites egiſſent: quarta uigilia cū omnibus copiis exierat. Rogatus: a Gn.Domitio præfecto equitū. Infecta:mandata & miſta.

OMNIBO. Triſtia:ſed reddit ad iubā qui ad auxiliū Varri uēit quū audiſſet ꝙ Curio illū ſuaderat atq; fugauerat:hac conditione magnā lætitiā cœpit iuba:ꝙ ſibi facultatē nec deniq; dari uidebatur ut ſuā iniuriā ulciſceretur continuo igitur exercitū ſuū ducere parat & nititur:nō ſolū uiribus ſed conſilio curionē opprimere. Triſtia:aduerſa. Gloria belli: ipſe uictor gloriā huius belli obtineat. Rapit: ideſt raptim ducit. Suā famā: ideſt ſui aduentus fama. Iuſſa ſilentia: quia iuſſit ut omnes q̄ maxime poſſent profectionē ſuā occultarent quia illū incautum opprimere poſſe ſperabat. Hoſte:qui incautus erat donec timeret. Mittitur exigua: ſimulauit ſe iuba nō deceſſiſſe de regno ſuo.ſed præmiſiſſe ſaburā quendā ductorē exercitus ſui uel prætorē regis: teſte appiano (ut diximus ſuperius) & præmiſit quidē illū:ſed ipſe iuba cū reliquis copiis ſubſecutus eſt ſaburā. Numidas: inter numidas primus erat iuba qui omnibus imperaret:ſed poſt regē hic habebatur ſecundus. Simulator:ut ſimulet ſibi bellū eſſe commiſſū a rege & tamē ipſe erat in ualle: ubi milites & exercitū omnē deliteſcere iuſſerat iuba. Aſpidas ut pharias: ichneumon ut oſtendit Strabo crocodilis & aſpidibus perniciē infert eas & eorū oua delet luto incruſtatus: inuoluit enī in eo poſtea ad ſolē ſiccatus aſpides p caput uel caudā capiens In flumē trahit atq; occidit. qui autē ſentiunt muſtellā interimere aſpidē erant: nā ut ait Solinus muſtellæ uincunt Baſiliſcū malū in terris ſingulare per ſimilitudinē oſtendit igitur quomodo ludificauerit Curionē iuba:quemadmodū ichneumō ſerpentē:hanc enim naturā habet ichneumō ut occidat aſpidē dolo:nā cū diligenter obſeruauent ubi aſpis in cauernis habitat:ichneumō ad cauernulā uenit: & caudā trahit ſupra os illius cauernæ cū autē caudæ umbrā uiderit moueri irritatur aſpis:ichneumō fertur huc & illuc deniq; excitus ſerpens erumpit: at uero ichneumō agilitate corporis huc & illuc mouetur.& ſerpens cū iā captū eſſe crediderit: obliquo capite in eā partē ubi eſt ichneumō flectitur:ille agilis ſaltu a tergo occupat eū:& guttur aſpidis dentibus agringit. hoc modo dicit feciſſe iubā: nā curio cū intentus eſſet in eos quos præmiſerat a tergo cū iuba inuaſit & cū omni exercitu circunuenit ut deletus occideretur bellū ichneumonis & aſpidis exponit Pli. in octauo. Hoſtis: ichneumō.
Aſpidas pharias.i.ſerpentes aſpidas quæ abundant i ægypto. Solercior.ſ.aſpide: licet uenenoſior ſit aſpis tamē cautior ē ichneumō. Prouocat:ad irā. Incerta umbra.i.cōcuſionē extremæ caudæ. Obliquus:nā obliquo

capite ſpeculatus inuadit in fauces. Effuſæ ſerpentis: quia effunditur in auras: dum credit capere chinemonē ipſe ab illo capitur. Guttura: ideſt ſub capite ubi ſanies eſt nam in dentibus ſerpentis ſanies eſt. Citra ſa.le. ideſt ſub ueneno lethifero. Irrita peſtis: nam cum eliſum fuit guttur ſerpentis tota ſerpens extenditur: quæ cum ui uit in ſpiram circunuoluitur. Exprimitur: explicatur. Fortuna: quia prima pugna hoſtes fuderat curio. Euen tum: ſucceſſionem in fraudibus: nam quia uicerat ideo audatior factus erat. Ferox: ob uictoriam. Non explo ratoribus: de more nullis exploratoribus præmiſſis. Nocturnum: notatur curionis imperitia: & temeritas: q per ignotos campos equites miſerit. Sub auroræ mo. ideſt ſimulatq; illuxit ſub ortu ſolis ſigna mouit: quæ de niq; exercitus ſequeretur: Fruſtra rogatus: a militibus ſuis ut cautus incederet. Lybicas fraudes: nam punici na tura ſolent eſſe uerſuti unde Liuius de hannibale. in humana crudelitas: perfida pluſquam punica. Infecta. ideſt ualde ſecta hoc loco auget: ſicut Vir. Turnus ut infractos aduerſo: uel infecta: ideſt immixta.

Punica bella dolis: lethi fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem: bellūq; trahebat
Auctorem ciuile ſuum: ſuper ardua ducit
Saxa ſuper cautes abrupto limite ſigna
Quū pcul e ſūmus cōſpecti collibꝰ hoſtes
Fraude ſua ceſſere parū: dum colle relicto
Effuſum patulis aciem committeret aruis.
Ille fugam credens ſimulatæ neſcius artis
Vt uictor medios aciem deiecit in agros
Tūc primū patuere doli: nūidæq; fugaces
Vndiq; cōplectis clauſerūt mōtibus agmē
Obſtupuit dux ipſe ſimul perituraq; turba
Nō timidi petiere fugam: nō prælia fortes
Quippe ubi ñ ſōipeſ motꝰ clāgore tubaꝝ
Saxa quatit pulſu: rigidos uexantia frenos
Ora terens ſpgitq; iubas & ſubrigit aureſ,
Incertoq; pedum pugnat nō ſtare tumultu
Feſſa iacet ceruix fumant ſudoribus artus
Oraq; proiecta ſqualent arentia lingua
Pectora rauca gēunt: q̄ creber āhelitꝰ urget
Et defecta grauis longe trahit ilia pulſus

SVLPI. Lethi fortuna propinqui: ſors uicinæ mortis iam fatis curionem adduxerat. Trahebat: ducebat ad mor tem. Auctorem ſuum: Curio enim qui tutatuſ fuerat incita rat Cæſarem: dederat cauſam belli ciuilis. Ardua ſaxa: montes. Cautes: ſaxa dura. Abrupto limite: præterito ter mino & non ſeruata uia. Ceſſere: pedem rettullere. Sabu ra enim iubæ iuſſu præceperat ſuis ut ſimilitudine timoris paulatim cederent. Dum colle: quoad ex locis ſuperiori bus copias in campum deducit. Patulis: in diuerſum & la te patentibus. Ille: Curio. Artis: fraudis ut arte tractauit ui rum græce Tecni dicitur. Victor: hactenus enim uicerat:

Deiecit: præcipitauit. Doli: inſidiæ hoſtiles. Fugaces: ce leres. Agmen: curionis exercitum. Complectis. occupa tis. Quippe: ideo neq; fugere neq; pugnare ſunt auſi quia habebant equos ex itinere defatigatos. Sonipes: eques:

Non motus: non excitatus. Quatit: repetatur non & in ſe quentibus. Non quatit ſaxa pulſu: non pulſat ſolum ictu pedum cupitq; ire. Terens: atterens & mandens ut ſolet de feſſus equus. Vexantia: lege per hypallagem uexantes.

Spargit: non excutit collum capu.q; erigit: & non cona tur ire ut ſolet recens & fortis equus qui audito ſigno ſtare loco neſcit. Iubas: crines. Subrigit: arrigit. Incerto: inor dinato motu. Non ſtare: proſternere ſe. Iacet: languet.

Arētia: ſitientia. Squalent: deformia ſunt. Proiecta: emiſ ſa. Gemunt: ſonitum reddunt. Vrget: uexat. erant enim ſuſpitioſi. Pulſus grauis: ſpiratio & reſpiratio moleſta quia alia pulſantur cum retractione. Trahit: contrahit. Illa de fecta: ultima latera debilitata & attenuata.

OMNIBO. Lethi fortuna: ſic facta uolebant. ut hic ſponte in perniciem ſuam curio rueret: & qui belli ciuilis au ctor eſſet ipſe inter primos periet. Lethi: propinquæ mor tis. fata enim appropinquabant curioni. Auctorem: curionem qui ipſius belli ciuilis auctor extiterat: nam tribu nus plæbis interceſſerat: quo minus ſenatuſconſultum fieret in ſententiam conſulum qui cenſebant mitten dum ſucceſſorem cæſari: & ne cum exercitu: ſed priuatus in italiam rediret: ideo partes cæſaris defenderat in ſe natu: ut ille ciuilis belli auctor dici poſſet: auctorem belli ciuilis fuiſſe curionem memorat etiam plinius. nec fuit rex curio aut gētiuum imperator: non opibus inſignis uti qui nihil habuerit in cenſu præter diſcordiam principum. Super ardua ducit ille nulla montis aſperitate deteritus ſuper omnia abrupta ducit exercitum. Ab rupto milite: ideſt non ſeruata uia. uel aſpero: nam ab rupta loca aſpera dicimus. Cum procul: & ubi uiderunt temere exercitum a Curione duci hoſtes ſublata fuga retulere pedem ut audatiam curionis augerent. Cum per ardua loca multo ſeruato limite ducebat exercitum curio: cum procul e ſpecula montis ab hoſte conſpe ctus eſt: & illi non nihil retulere pedem: ut ille audatius procederet. Sua: ideſt prouincia. Dum donec. in pla num duceret exercitum. Ille fugam: curio ubi uidit illos recedentes quantam uictor eſſet ſine ullo ordine exer citum duxit in planum. Patuere do. uix in planum deſcenderet: eum undiq; ex inſidiis exorti eſſent hoſtes: & non prius ſenſit illos q̄ ſe circūdatum aſpiceret. Numidæq; fugaces: qui fugam ſimulauerant. Agmen. ſ. ro. & curionis. Proiecit: ſine coſideratione. Non timidi petiere: nec licuit timidis fugere nec fortibus pugnare adeo erant undiq; circunuenti: ut nullis ſe uiribus tueri poſſent. Prælia: quia pugnare non poterant incluſi. Fugam nec fugere poterant. quia incluſi. Quippe: nam inter ſaxa & abrupta loca equites impellebantur: q ſi eſſet cal caribus urgerentur equi cum per ſaxa moueri non poſſint: indignabundi frena mandebant. Spargitq; iubas. nam equi cum in locis ſint anguſtis & moueri non poſſint quatiunt colla. Feſſa iacet ceruix. iam cum diu la ctati fuerint. Artus: quia calefacti erant labore. Lingua proiecta: quod ſignum erat laboris. Pectora rauca ge munt. ſic faciunt equi. cum nimio anhelitu ſpiritum trahunt. inde gemitum emitere uiddentur. Vrget: impel lit. Ilia pulſus ſigna. ſunt equi in ſuꝑma delaſſatione. Grauis. pro grauatus diuturno labore. Longe: p ualde



SVLPI. Lupatis: frenis aſperimus Lupata dicta a lupinis dentibus in quorū ſimilitudinē ſunt Virgili Duris parere lupatis. Neq; addunt gradū: nō greſſū accelerant & ocius eunt. Niſi conati propter ſtimulos fer reos qui calcaneis annectunt. Vulneribas: per uulnera. Cogunt: in hoſtē ire. Illi: equiti. Rupiſſemo ras: concitaſſe. Neq; impetus: concitatio breuis: neq; curſuſ longior. Profert: propinquat hoſti & exponit uiciniorbus ictibus. Donat ſpaciū: diminuit diſtatiā telis exponendo ſe ad uulnus excipiendū. At uagus: Sed numide celeres tanto equos impetu immiſerunt ut terra tremeret & puluis immenſus fuerit excitatus.

Siccaq; ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis
Iāq; gradū neq; uerberibꝰ ſtimuliſq; coacti
Nec quanuiſ crebriſ iuſſi calcaribꝰ addunt
Vulneribus cogunt equi. nec profuit ulli
Cornipedis rupiſſe moras. neq; neptꝰ illiſ
Incurſuſq; fuit. tantum profert ad hoſtes
Et ſpatium iaculis oblato uulnere donat.
At uagꝰ apher equoſ ut pmū emiſit i agmē
Tunc campi tremuere ſono. terraq; ſoluta
Quantꝰ biſtonio torquet turbine puluis
Aera nube ſua texit traxitq; tenebras.
Vt uero in pedites fatum miſerabile belli
Incubuit: nullo dubii diſcrimine martis
Ancipites ſteterāt caſus. ſ; tepora pugnæ
Mors tēuit. neq; enim licuit pcurrer cōtra
Et miſcere manus. ſic undiq; ſepta iuuētus
Cominus obliquis & rectis eminus haſtis
Obruit. nō uulneribꝰ nec ſanguine ſolum
Telorum nymbo peritura ac pōdere ferri
Ergo acies tantæ paruū ſpiſſant in orbem
At ſi quis metuēs mediū correpſit i agmē
Vix impune ſuos inter conuertitur enſes.
Dēſat q; globꝰ. quantū pede prima relato
Conſtringit giros acies. nō arma mouēdi
Iam locꝰ eſt preſſis. ſtipataq; mēbra terūt.
Frangit armatum colliſo pectore pectus.
Nō tam læta tulit uictor ſpectacula mauruſ
Quā fortuna dabat. fluuios ñ ille cruoris
Mēbrorumq; uidet lapſus. ferietia terram
Corpora. cōpræſſū turba ſtetit oē cadauer

Soluta: diſſoluta in puluerē & eſt ablatiuus abſolutus ſequit q; ordo tantus puluis texit aera nube ſua & tra xit tenebras quantus torquet turbine biſtonio. Tor quet: excitat & uoluit. Turbine biſtonio: impetu aqui lonis qui flat a thracia que biſtonia appellat. Nube: in uolucro & denſitate. Traxitq; tenebras: induxit. Vt ue ro: poſtquā ad pedites interremptis equitibus uentū eſt nō fuit opus certare in uictoria certa: ſed tantummo do in cedibus faciendis ſe exercere. Dubii martis: in certæ uictoriæ. Nullo diſſoluat in nō ullo & nō iunga tur uerbo. Tempora pugnæ mors tenuit: tempus q in pugnandū conterendū fuiſſet in occidendo conſum ptū eſt. Procurrere: cū impetu ire. Miſcere manus cer tare. Septa: circundata a numidis. Obliquis haſtis: icti bꝰ tranſuerſis. Obruit: opprimit. Rectis: recto ictu & punctim. Nymbo: multitudine tranſlatio. Ferri: telo rū ferratorū. Ergo acies: circunuenti undiq; romani in rotunditatē ſe ſe collegerunt. ſed adeo denſierant ut ſe nequirent conuertere: & paulatim magis ac magis conſtringendo & collidendo ſtantes moriebant. Cor repſit: immiſit ſe quaſi rependo. Globus: multitudo col lecta. Denſat: reſtringit quantū primi præ metu pedē referebant. Giros: circulū orbis. Preſſis: compræſſis & ſtrictis. Pectore: armato. Nō tā læta: nō eā uolupta tē numidæ acceperunt ex romanorū cede quā fortuna uidebat offerre: quia riuos ſanguinis nō uidebat: nec trunca nec cadenda corpora. Spectacula: cedis aſpectū

Lapſus membrorū: membra cadentia & mutilata.

Compræſſū. turba ſtetit omne cadauer omnia mor tuorū corpora multitudinis denſitate compræſſa tecta erant.

OMNIBO. Sicca: ſcilicet præ nimia ſiti. Lupatis ſanguineis: ideſt cruentatis frenis. Lupatū genus freno rū eſt ad ſimilitudinē dētiū luporū. Virg. Et duris pare re lupatis. Iāq; gradū: & ſeu uirga: ſeu calcaribus urge rent equi tamē nō poterant augere gradū præ nimia laboris laſſitudine. Addunt: addere gradū eſt augere.

Rupiſſe moras cor. ideſt equū impuliſſe. Impetus: curſus bis idē dicit. Tātum proſequit: tantū inquit ap proquinquabat hoſtibus ut tella in eos torqueri poſſint. Oblato uulnere. ideſt oblato milite ad uulnera.

At uagus apher: at uero equites hoſtiū poſtquā ſemel adepti ſunt campum: tū uero toto curſu & impetu in hoſtē delati ſunt: ut puluerē excuſerint: quo tanquā nube cœlū tegi uidebat. In agmē. ideſt in impetū ut in uaderēt hoſtes. Virg. Illi agmie facto Laocoōta petūt. Sono: ſcilicet cornipedū & tubæ. Terraq; ſoluta: dif finitio eſt pulueris: Torquet: excitat. Turbine biſtonio. ſcilicet borrea flante per thraciā: nā biſtones po puli ſunt inter thraces Pli. Vt uero in pedites: primo equeſtre certamē fuit: cū ad pedites ueniſſent: tū uero apparuit: q̄ inferiores eſſent ro. uiribus nā cū eos hoſtes incurrerent: quos iā circunuenerant. quanto propi us; tanto denſiorē orbē in auguſtū coarctabant: adeo ut unde ferme telis aut gladis occiderent ſed corpo rū dēſatiōe ita urgerēt: ut multi ſuffocarēt. Incubuit: in uaſit in pedites: Miſerabile: quia quadā miſeratio ne opprimebāt: cū nulla parte ſe defēderēt. Nullo: pro nō. Diſcrimine: dubitatiōe. quia iā uictoria inclina uerat ad hoſtes: nec dubitare quiſq̄ poſſet qui oppreſſi eſſēt ro. Ancipites ca. quia nō dubius erat mars. ap parebat. n. māifeſte curionē uictū eſſe cū ſuis. Sed tēpora pugnæ mors tenuit. i. prorogatū fuit tēpus prælii nō propter fortitudinē ro. ſed quia nō breui ſpacio poterat tāta multitudo trucidari. Sit undiq; ſepta: adeo ab hoſtibus præmebāt ut ſe in eos cōuertere nō poſſēt. Obliquis haſtis: quia: in gyro dēſos ro. nō poterāt ex directo: adeo ex obliquo neceſſe erat ferire. Eminus: quia qui paulo longius erant rectis tellis petebant



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Nimbo:multitudinē telorū comparat nimbo:nōtā denſus imber cadere ſolet:quā tela in ro. coniecta ceciderunt. Ponderē:ferri:nedū acie ferri:ſed pondere ipſo ro.cadebant: Ergo acies:ergo quia undiq; circumuenti erant ro.ut ſenſim in eos hoſtes ruerent effectū eſt ut quanto magis eos inuaderent : tanto denſiori orbe in anguſtū coarctarentur. Ac ſiquis: is qui metu perculſus ex militibus Curionis ſe intra ſuos recepiſſet uulnerabat̃ a ſuis: Vix in:adeo denſi & ſuffocati erant. Metuens:metu perculſus. Correpſit:ideſt recepit ſe intra ſuos. Denſant̃q;.g.ſicuti denſabant̃ hoſtes qui circumuenerant. Gyros quanto magis primi referebant pedē a medio:tanto orbis breuior & denſior efficiebat̃. Terunt̃:premunt̃ab hoſtibus & ipſi iter ſe Pectus:ro. Pectore:hoſtiū. Nō tā læta tulit : dicit magnū uictoriæ fructū amiſiſſe iubā cū præſtringerent̃ ac ſuffocarent̃ potius quā uulnerarent̃ occiſi quod hoſtiū ſanguinē fluentē uidere nequiuerit. Fluuios nō ille:uincit quidē iuba:ſed nō potuit ſpectare uictoriā: ut ex ea læticiā caperet. Ferientia terrā : quia opræſſi & ſuffocati moriebant̃. Compræſſū in media terra condenſatū ab hoſtibus. Stetit:nō cecidit. Excitet inuiſas : nunc poeta quaſi deteſtat̃ hanc uictoriā regis iubæ:quæ nō uidebat̃ eſſe pro.S.P.q.R. dicit.n. ex hac uictoria ro.nihil capiunt utilitatis : ſed fiunt quaſi quædā inferiæ carthaginenſiū & Hannibalis : ut umbræ eorū quia ro.cæſi fuerunt:ex hac uictoria læticiā capiant:& pars nulla ad Pompeiū perueniat:nec ad ſenatū populūq;ro.pro quorū partibus nunc rex iuba pugnare uidebat̃. Inferiæ:propriæ dicunt̃ſacrificia quæ dis manibus:exhibent̃:& pro mortuis fieri conſueuerunt unde in feriæ quaſi diis inferis dicebant̃.

Excitet inuíſas díræ carthaginis unbras
lnferriiſ fortuna nouís,ferat iſta cruentus
Hannibal . & pœní tā díra piacula manes.
Romanam ſuperi libyca tellure ruínam
Pompeio prodeſſe neſas uotiſq; ſenatus.
Aphríca nos poti⁹ uincat ſibí curio fuſas
Vt uidit campis acies:& cernere tantas
Permíſit clades cōpreſſus ſāguine puluís.
Nō tulit afflíctis animā producere rebus.
Aut ſperare fugā:ceciditq; in ſtrage ſuorū
lmpíger ad lethū & fortis uirtute coacta.
Q uid nūc roſtra tibi poſſūt turbata foroq;
Vnde tribunitía plæbeius ſignifer arte
Arma dabas populís:qd ꝓdita iura ſenat⁹
Et gener atq; ſocer bello concurrerē iuſſi
Ante íaces q̄ díra duces pharſalía confert
Spectandūq; tibi bellū ciuile negatū eſt.

SVLPI. Excitet inuiſa : præ dolore hoſti læticiā elicit:& ad inſultandā inuitat. Excitet:eliceat uelut ad ſacrū : In uiſas umbras : inimicas carthaginenſiū animas . Inferis : ſacris & harū uictimarū piaculis . Ferat piacula:accipiat purgationes & ſacra. Romanā ſuperi:in deos exclamat quod tantā cedē paſſi ſunt fieri nulla reip. utilitate melius enim aphri romā ſubiugauiſſent:quā quod libertate amiſſa perpetuo ſub cæſaribus ſeruiamus: Compræſſus:ſedatus cruoris copia nā antea per puluerē cedes uideri nō poterat. Producere animā:ulterius uiuere. Afflictis:aduerſis miſeris. Cedit: nō quod ſe percuſſerit:ſed cū oraret̃ a Gn. Domitio ut ſuæ ſaluti parceret & in caſtra confugeret . Curio nunquā amiſſo exercitu quē a Cæſare fidei commiſſū acceperat ſe in eius conſpectū reuerſurū confirmat : atq; ita prælians interficit̃. Coacta : conpulſa a neceſſitate uel coacta collecta. Quid nunc: epicœdiō ſiue nænia qua per uariā conmiſerationē accuſatur Curio & laudat̃ . Roſtra turbata:forū & pulpita unde populū tribunus alloquebaris & collegis te apponebas. Plæbeius ſignifer: Tribunus cū inſignibus tribunitiis. Arte: aſtutia: Dabas:concitando. Prodita:tradita cæſari. Ante iaces:ante mortuus es quā in pharſalia confugat̃. Confert : committat in prælium .

OMNIBO. Excitet:ad lætitiā. Inuiſas umbras.ideſt animas iā pridē inimicas ro. Nouis inferiis: id eſt ut ſanguis ro.nunc a iuba effuſus ſit quaſi inferiæ umbratū carthaginis. Hannibal:qui infeſtiſſimus hoſtis ro.fuerat. Iſta:mala quæ nunc ro.occiderunt. Manes.ideſt aphricanæ umbræ. Piacula expiationes uidelicet quod ſanguis ro. fuſus fuit quaſi quoddā piaculū umbrarū carthaginenſiū : ut nunc purgent iniuriā quā a ro.acceperunt. Libyca tullere quæ facta eſt in aphrica. Votiſq; ſenatus.indignū eſt quod ſenatus cupiat hāc ruinā ro.illatā ſibi a iuba rege numidarū. Sibi:ad utilitatē ſuā magis quā Pompei. Curio fuſas:curio poſtquā uidit ſuorū ſtragē nec ſpē ullā eſſe relictā nō potuit ſuperſtes eſſe:ſed in fortiſſimos ruit:& fortiter dimicans occubuit:hiſtoriā ex Appiano ſuperius recitauimus. Fuſas campis:ideſt ſtratas iacere per campos. Sanguine puluis:quia ipſe ſanguis præ nimia multitudine puluerē humore ſuo compreſſerat. Compreſſus:congelatus cū puluere. Afflictis rebus:poſt cædē ſuorū. Sperare fugā:ideſt ſpē ponere in fuga & uitæ ſuæ contulere. Fortis:quia ipſa in deſperatione factus eſt fortis. Q uid nunc roſtra tibi: nunc apoſtrophat ad Curionē dicens o curio:quid utilitatis aut quē fructū cœpiſti ex tribunita poteſtate: i qua te geſiſti ut auctor bellorū ciuiliū fieres. Ecce nunc pœnas meritas dediſti:ut te mors præueniret:antequā bellū ciuile uidere potueris. Roſtra turbata.cū populū conuocata contione contra ſenatū concitabas:roſtra ſunt ſedilia populi in quæ concionabundi tribuni plebis ſedere ſolebant:ſic dicta quod deuictis bello nauali anciatibus.C.Mēio conſule:anno urbis.cccc.xvi. ex roſtris captarū nauiū ſedilia in ſuggeſtu populi ro. ſunt ornata:unde a roſtris nauiū ſedilia & forū roſtra appellata ſūt. Vnde:a quo foro. Plæbeius ſignifer ideſt tanquā ſignifer:quia tribunus plæbis erat: Arte tribunitia:ideſt tribunitia poteſtate. Arma dabas po. ideſt armabas populū contra ſenatū: Prodita:ſcilicet plebi. Bello concurrere : quia ipſe auctor fuerat ciuilis belli nā ſemper interceſſerat ſenatus conſulto:ne ſucceſſor mitteretur cæſari . Pharſalia : ideſt campi philippici in quibus bellum ciuile geſtū eſt. Dira: in qua bellū dirū inter parentes & affines geſtū fuerit. Spectandū q; tibi : ideſt negatū eſt ne belli ciuilis ſpectator fieres.



SVLPI. Has ubi:deterret potētes a ſeditionibus quātū ſolēt eſſe primi qui pereāt. Luitis arma iugulo datis pœnas mortis ex bellis ciuilibus . Felix rōa : beata eſſet rōa cū ciuibus ſuis ſi dii tātā curā haberēt libertatis ſeruādæ:quāta ulciſcēdi illos qui in libertatē inſurgūt: Vindicta : ultio nocētiū patriæ. Libycas en.en e diuerſis cauſis affect⁹ miſerationēq; elicit. Corpus:curiōis. Paſcit aues:inſepultus enim fuit & uolucrū præda. At tibi:nos uero te o iuuenis laude proſequimur immortalitatiq; cōmēdāus nā ſilētio prætertre uirtutes tuas nihil prodeſſet. Præcōia digna:hypallage ſi uis merita præcōia dignæ uite. Præcōia:laudatiōes. Aqu bus:precōiis. Repellit omne ſeniū:tollit ſitū & obliuionē ac gloriā immortalē & nō ſeneſcētē affert quātū ut ait Ouidius Carmina morte carēt. & Horatius. Virtus & fauor & lingua potētiū Vatū diuitibus cōſecrat inſulis. Dignū laude uirū muſa uetat mori. Cœlo muſa beat. Nō proderit : nocet enim ciuitati egregiorū laudes ciuiū ignorari. Indole : inditio probitatis & incremēto. Deberēt: illis debēt leges qui iuſti ſūt & optimi interprætes legū ut de Seruo Sulpitio Ciiſcribit. Recta: iuſtitiā. Perdita ſæ. Corruptorū tēporū culpa uitioſus euaſit . Perdita : de quibus nulla ſpes. Vrbi:quæ aucta fuiſſet & potuiſſet multū de Curione ſperare. Ambitus luxus:ambitio & luxuria. Opū facultas:auaritia cū ſuperbia inuaſcere quæ ſūt ciuibuſ metuēdæ: Tulerūt:abſtulerūt. Torrēte trāſuerſo:im obliquo & cōtrario iuſtitiæ trāſlatio eſt . Curio mutatatus.Corrupt⁹ a Cæſare magna mercede & a recto deſiſtēs. Fuit momētū:impulſio motus & cauſa bellorū. Spoliis gallorū : præda Cæſaris. Et auro : ſuetonius ait æmilio paulū.C.q;. Curionē uiolētiſſimū tribunoq; ingēti mercede Cæſar defenſores parauit . Ius licet : Curionē omnibus tyrānis urbis potētiorē fuiſſe eo argumēto demōſtrat quia uēdidit urbē . Fecerit uis in noſtros iugulos:ui libertatē occupauerit ita ut arbitrio ſuo iugulare nō poſſet minus tamē quā Curio potuit. Series dōus Cæ.cōtiuus ordo Cæ. ut auguſtus Tyberius Caius Claudius Nero. Tāta ſumma eſt enim cū imperiū reliquāt hereditariū. Emere: largionibus & cladibus accept s. Hic uēdidit Curionē uēdiſſe urbē cæ. ſcribūt ſeptē &.xx.milia aureorū ad q; alluſit. Vir. quū dixit. Vēdidit hic auro patriā dn̄umq; potētē īpoſuit:

Has ubi míſeræ ueſtro de ſanguine pœnaſ
Ferre datís,luitis iugulo ſic arma potentes
Fælíx roma quidē ciueſq; habitura beatos
Si libertatís ſuperís tā cura placeret pus
Q uā uídícta placet lybicaſ en nobile cor/
Paſcít aues nullo contentus curio buſto.
At tibi nos quando nō proderít iſta ſilere
Aquibus omne æui ſeniū ſua fama repellit
Digna dāus iuuenís meritæ præcōia uitæ.
Haud alium tanta cíuem tulít índole roma
Aut cui plus leges deberent recta ſequētí.
Perdíta tunc urbi nocuerūt ſæcula:poſtq̄
Ambítus & lux⁹ & opū metuēda facultas
Trāſuerſo mētem dubiā torrente tulerunt.
Momētūq; fuit mutatus curio rerum.
Gallorum captus ſpoliis & cæſaris aruo
Ius licet ín noſtros íugulos ſibi fecerít enſe
Sylla potēs.marí⁹q; ferox.& cinna cruēt⁹
Cæſareæq; domus ſeríes cuí tanta poteſtaſ
Cōceſſa ē.emere omnes.hic uēdídit urbē

OMNIBO. Has ubi miſeræ:nunc alloquit̃ generaliter poeta omnes principes ciuitatū:qui ſtatū reip. perturbant.dicit.n.ita contigere ſolere ut patriæ dent pœnas quas etiā ipſa patria nō mediocriter paſſa eſt ſicut nūc cōtingit curiōi:qui quia auctor belli ciuilis extiterat dedit pœnas patriæ ex quibus ipſa quoq; patria nō mediocrē dolorē & iniuriā accepit. Ferre datis:ut ferat: quia hoc ipſo patria dolet q; quāuis iniuriā accepit a uobis tamē uos perdere nollet. Luitis arma.i. pœnas datis bellorū quorū auctores fuiſtis. Libertatis .ſ.tuēdæ. Quā uindicta.ſ.offēſæ libertatis:ſi ita dii libertatē Po. Ro. defēdere uoluiſſēt ſicuti uindictā ſumpſerūt de his qui libertatē offēderūt: i perpetuū reſp.māeret ſed qui cōtra libertatē fecerūt pœna quidē dederūt:nā marius & Sylla & Cina:& pauloāte ſaturninus tr.pl.poſtea cæ.& .M.anto.crudeli morte perierūt dicit ergo q; dii uindicāt eos qui cōtra libertatē faciūt:& rēp. peruertūt probās exēplo curiōis. Paſcit:quia iacet in ſepultū. At tibi nos:& ne quis forte exiſtimet hoc me de curiōe dixiſſe q; ſeditioſus fuerit: & auctor bellorū ciuiliū:quaſi cōtra eū inuehi uoluerim tamē nō fraudabo eū meritis laudibus nā etiā ſi ego tacuiſſē quæ pauloāte expoſui tamē fama ipſa uulgaſſet:unde q; ad laudē eius pertinet:nō præteribo . Nos:ego lucāus niſi iſta narrarē:fama ipſa uulgaſſet. Iſta.i.facta tua o curio: Omne ſēiū.i.omnē uetuſtatē:quæ nūc etiam poſt tot annos narrat̃ quaſi recēs fuerit clades curiōis. Meritæ uitæ:quia multa tibi bōa partim fortuna partim natura data fuerūt:ſi modo bōis in meliorē partē uti uoluiſſes: nō omnino tibi culpa eſt aſcribēda ſed tēporibus: nā illis tēporibus natus es quibus diſciplina bene uiuēdi de ſuo curriculo labi cœperat.

Haud aliū tāta laus maxima curiōi . dicit nullū unquā in urbe ro. adoleſcētē tātæ indolis fuiſſe quā curio ſi recta ſecutus fuiſſet:fuit enim eloquētiſſima curionū familia:& in ea tres cōtinua ſerie oratores claruerūt Solinus. Indoles:proprie eſt ſpecies futuræ probitatis. Leges deberēt:ſi ipſe ingenii acumine leges ciuitatis defēdere uoluiſſet. Nunc enim fruſtra ſperauit Cicero rēp.aphricā & oppreſſā miſeris temporibus & perditis moribus in ueterē libertatē uendicaturū. Perdita.i.pernicioſa:nā corrupti mores ciuitatis nocuere tibi o curio:neq; ab his te cauere didiciſti:ſed aliorū conſuetudinē ſecutus es. Ambitus.i. ſuperflua cupiditas honorū: Luxus: luxurioſe uiuendi conſuetudo quæ ciuitatē omnē corrumpebat. Metuenda facultas: quia diuites uſque adeo facti erant potentes ut formidoloſi eſſent reipublicæ: Dubiam : incertam : quia hinc te trahebat reipublicæ amor : inde uero cupiditas honorum ſed tandem parua cupiditas . Tulerunt tor.quaſi excuſat eum:quod illa conſuetudo admalum omnes contrhaeret nimia cupiditate incenſos:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tanquã torrens. qui liquefactis nubibus & effuſis Imbribus tanto impetu fertur:ut nullũ prorſus obſtaculũ reſiſtere poſſit. Mutatus:ſcilicet a propoſito honeſto. Fuit momentũ: ideſt inclinatio rerũ. Gallorũ captus ſpoliis: quia magna munera a cæſare accepit curio ut partes ſuas defenderet: cũ tr. plæ. eſſet. Cæſaris auro quod ingens ex prouincia quã delectauerat ſecũ attullerat: Nã auctore Appiano curionẽ ut pro ſe ageret. plurimo ære alieno oppreſſũ facile adegit cæſar: Ius licet: nõ parua eũ nunc uituperatione onerat. dicit .n. quis alii pricipeſ q bella ciuilia moueſt priæ libertatẽ emerint tñ cũ cæteri emerit libertatẽ hic ſol⁹ inuẽt⁹ eſt qui uenderet. Licet intelligitur tamẽ. Ius: ideſt poteſtatẽ ſibi fecerunt armis. In.c.o.iug. ideſt in ciues. Sylla marius: quia marius ſylla de imperio paribus uiribus decertarunt. Cinna: qui Octauiũ collegã ſuum trucidauit ipſũ Mariũ e Libya uocauit ad perdendã urbẽ. Cæſareæ domus ſeries: quia ad neronẽ uſq; cæſares imperauerant nã omnes imperatores cæſares dicti ſunt a iulio cæſare primo. Tanta poteſtas: ut ipſi imperiũ romanũ teneant in quo totus terrarũ urbis continetur. Emere omnes urbẽ quanuis iſti libertatẽ noſtram uſurpauerint tamẽ emere eã. Hic: ſcilicet curio uendidit urbẽ quod intellexiſſe creditur Virgilius in æneide Vendidit hic auro patriã acceptis. ſcilicet muneribus a cæſare nã plurimo ære alieno oppreſſũ facile adegit cæſar ut pro ſe pugnaret.

Io. Sulpi. Verulani in Quintũ Lucani interpretatio:

S Ic alterna duces: Acceptis mutuis in bello calamitatibus duces. Nã Pompeius italia pulſus fuerat & exercitũ cũ hiſpania maſſiliaque amiſerat: & cæſar in adriaco claſſẽ ꝙ exercitũ cũ Curione in aphrica reſeruati ſunt pares ut mox confligerent in epyro. ubi cũ inſtaret ianuarius menſis Lentulus Conſul apud ſenatores undiq; conuocatos orauit alterna uulnera: mutua damna. In terras macedũ: in pugnã theſſalicã Methonymia eſt locũ enim pro negocio ponit. Iã bruma: iã hyems uenerat. Hæmo: monte theſſaliæ. Atlantis cadens: atlantides occidentes iã inquit prætierat nouember & erat finiſ decembris atlantideſ enim quæ & Vergiliæ appellant͛ tertio idus nouembris apud Pliniũ quinto apud columellã occidunt. & brumale ſolſtitiũ eſt octauo fere calendas ianuarii.

S Ic alterna duces: hic continetur quomodo cæſar atq; Pompeius ſe in epirũ receperunt: nec procul alter ab altero erat. Primũ quidẽ conatus eſt cæſar Pompeiũ obſidere & eũ magno uallo & foſſa intercludere: quod fecit ſed ita ut maiorẽ inopiã obſidentes pateretur quã obſeſſi. Cũ interim cæſar cũ ſuis fame maxima laboraret: adeo ut radices herbarũ in uſũ conuerteret. Tandẽ Pompeius tametſi omnia abunde ſibi ſuppeditarentur indignatus quod a cæſare intercluderetur. cũ bene gerendæ rei occaſionẽ cepiſſet adhortatus ſuos: uenit extra uallũ ubi aliquandiu pugnatũ eſt tandẽ in fugã conuerſis cæſarianis Ponpeius eos proſecutus eſt uſq; ad uallũ: & niſi Pompei humanitas & cõmiſeratio fuiſſe eo die actũ erat de cæſare: ſed iuſſit militibus ſuis ut ciuibus parcerẽt. Appiãus tamẽ dicit Põpeiũ cõuerſis militibus cæſaris i fugã uoluiſſe bellũ uno opere cõficere niſi a labiẽo prohibitus fuiſſet cæſarẽq; dixiſſe: bellũ ea die finẽ habiturũ fuiſſe: ſi hoſtes ducẽ qui uictoria uti ſciuiſſet habuiſſet. poſt hãc pugnã ſe in theſſaliã uterq; recepit. ibiq; rurſus cũ cæſar magna inopia laboraret: nec dubiũ eſſet quin neceſſitate ipſa cogẽte ad omnes cõditiões pacis accipiẽdas uẽturus eſſet: qui: cũ Pompeio erãt quaſi uictoriã in mãibus haberẽt nõ prius deſtiterũt q̃ ipſũ impulerũt: ut in cæ. bellũ moueret: ꝙ ubi præſẽſit cæ. licet fame ingẽti laboraret: tamẽ magna lætitia effectus eſt: & uniuerſos milites ſuos ad pugnã adhortatus. Sic fortuna ſeruauit pares duces: actẽus fortũa nõ magnopere: aut cæ. aut Põpeio fauit: ideo pares. Alterna uulnera quia in hiſpãia Põpeius cladẽ acceperat amiſſis Petrei & afrãii exercitibus in illyrico mari cladẽ perpeſſus erat cæ. amiſſa naue opiterginorũ in aphrica amiſſo curiõe cũ exercitu. In macedũ terras. i. fortũa dubiã ſe præſtitit uſq; dõec peruẽtũ eſt in Macedõiã & a uicinitate Theſſalia intelligit in qua nũc cæ. fortũa ſe totã cõceſſit. aut macedũ terras uocat epirũ: nã macedõia epiroticas terras in ſolis occaſũ recedit auctore. Pli. Iã ſparſerat hẽo iã inquit appropinquabat principiũ anni: quo noui magiſtratus creari ſolẽt. & noui cõſules inire magiſtratũ: ante q̃ magiſtratus cõſulũ exieret uidelicet Lẽtuli & Marcelli curiã habuere in epiro ut de ſumma rerũ cõſultarẽt. Hæmo: mõte Theſſaliæ cuius eſt ſex miliũ paſſuũ excelſitas Pli. Cadẽs atlãtis: ſcilicet ſparſerat. ideſt occidẽs: ſumit tẽpus quo res geſta fuerit uidelicet in fine nouẽbris. nã ſtellæ quæ ſũt inter finitionem tauri & caueam arietiſ pleiades dicuntur. Iã antem uergiliæ hæ. xi. nouembris ocidere incipiunt. & .ix die gladius oratiõis occidere incipit Per atlãticas ergo. i. per pleiadas filias atlãtis ex pleiõe ſignificat nouenbrẽ: in decembri autẽ finis ẽ magiſtratuũ: nã calendis Ianuarii noui conſules magiſtratũ inibant. Gelido olympo: quia incipiebat hyems. Atlantis patronymicũ eſt fœ. & unã pro omnibus poſuit.

Io. Sulpi. argumentum i quintum Lucani Volumen

Q Vit⁹ i epyro narrat te magne ſẽatũ
Conſtituiſſe. ducem tum delphica conſulit antra
Appius & domitis rediẽs iã cæſar iberis
Cõponit ſæuos intra ſua caſtra tumultus.
Et dictator abit nec non & cõſul ab urbe
Brunduxiũ: claſſẽ recepit pharſalia cymba
Pene ducis periit temeraria. nauigat inde
Marcus. & in leſbũ te uir cornelia mittit.

M. Annei Lucani Pharſaliæ Liber Quintus.

S Ic altẽna duceſ bello⁊ uulnera paſſoſ
In macedum terris miſcens aduerſa ſecundis
Seruauit fortuna pares. iã ſparſerat hæmo
Brũa niues gelidoq; cadẽs atlãtis olympo
Inſtabatq; dies qui dat noua nomina faſtis
Quiq; colit primus ducẽtẽ tẽpora ianũ.
Dũ tamẽ emeriti rẽanet pars ultima iuris
Cõſul uterq; uagos belli per munia patres
Elicit epyrum. peregrina ac ſordida ſedes.
Romanos cœpit proceres. ſecretaq; rerũ
Hoſpes in externis audiuit curia tectis
Nã qs caſtra uocet tot ſtrictas iur͛ ſecures
Tot faſces. docuit pp̃los uenerabilis ordo
Nõ magni partes ſed magnũ in partib⁹ eẽ.
Vt primũ mœſtum tenuere ſilentia cœtũ
Lentulus excelſa ſublimis ſede profatur.
Indole ſi dignum latia: ſi ſanguine priſco
Robur ineſt animis. nõ qua tellure coacti
Quãq; ꝓcul tectis captæ ſedeãus ab urbis
Cernite. ſed ueſtræ faciẽ cognoſcite turbæ
Cũctaq; iuſſuri primũ hoc decernite patreſ
Quͦd regnis populiſq; liquet nos eſſe ſẽatũ
Nã uł hypboreæ plauſtrũ glaciale ſub urſæ

SVLPI. Dies: calendæ ianuari in quibus creant͛ noui magiſtratus: quorũ nomina affigunt͛ in faſtis ideſt in libris quibus anni deſcriptio contine͛ & in ipſis annalibus. Quiq; colit primus primo ianuarii anniq; die celebrat͛ feſtũ iani dei principiorũ. Ducentũ tempora eſt enim caput anni & eũ reliqui menſes ſequunt͛. Vterq; lentulus & marcellus. Pars ultima: ultimũ tempus magiſtratus quaſi peracti. Iuris emeriti: conſulatus iã iã finiti. Elicit: educit & conuocat in epyrũ. Vagos patres ſenatores diſperſos. Munia: officia. Sordida: reſpectu romanæ. Cœpit. continuit. Curia: hoſpes ſenatores hoſpites in alienigenis urbibus. Nã quis caſtra: antipophora ꝙ potius tecta q̃ caſtra appellauerit. Tot ſecureſ tot legitimos magiſtratũ cũ ſecuribus lictoribus & faſcibus. Ordo: ſenatorũ. Nõ magni partes: hoc eſt ſenatũ nõ eſſe ex factione Pompeii eũq; ſequi: ſed pompeiũ eſſe unũ ex fautoribus ſenatus. Silentia tenuerunt: hypallagæ hoc ẽſt cœtus mœſtus tenuit ſilentia. Indole oratio ſuaſoria qua primũ adhortat͛ ſenatũ lentulus ut decernat eos qui in epyro ſunt uerũ ſenatũ cõficere: nã qui cæ. fauent hoſtes ſunt patriæ. Confirmatq; animos hominũ ab auxiliũ magnitudine & fortiter pugnandũ fore cenſet: proponitq; Pompeiũ belli ducẽ eſſe continendũ. Indole ſi dignũ: ſenſus eſt ſi ea magnanimitas eſt in uobis q̃ in ro. eſſe debet: nõ aduertendũ eſt qua ſimuſ in terra: ubicũq; .n. ſumus ſenatũ referimus. Indole: inditio & in cremento uirtutis. Nõ cernite: nolite aduertere. Coacti: coadunati: Faciẽ: habitũ & apparentiã ſenatorũ. Liquet. manifeſtũ eſt. Ferat ſub plauſtrũ: extrahat in ultimũ ſeptentrionẽ in ſcythia ubi ſunt montes & populi hyperborei. ideſt ſupra boreã. Plauſtrũ glaciale. frigidos ſeptentriones:

OMNIBO. Inſtabat: quia menſis unus cũ dimidio erat ab occaſu nouembris uſq; ad principiũ ſequentis anni quo magiſtratũ noui conſules ineunt. Faſtis: faſtis libri ſunt quibus nomina conſulũ continent͛: bene ergo nomina faſtis dicit: quia cũ noui conſules creant͛ etiã eorũ nomina faſtis inſcribunt͛. Colit: obſeruat tanquã diẽ feſtũ. Ianũ: menſẽ ianuariũ a iano dictũ. Dũ: tamẽ quanuis inſtaret finiſ: conſulatuſ anni illius: tamẽ antequã finirent magiſtratũ ſuũ conſules ſenatũ uocarunt in epirũ: & ibi curiã ro. ſtatuerunt. Conſul uterq;. ſ. Lentulus & Marcellus. Epirũ: ſubaudi in: Pars ultima. ſ. menſis unius cũ dimidio. Emeriti iuris: i. poteſtatis ſuæ prope iã finite: emeritus dicit͛ qui ſui officii debita officia peregit: ſicut emeriti milites: Per mu. i. uagos propter diuerſa belli officia: quia alii in alterã promiſſã miſſi fuerant. Peregrina ac. ſ. quaſi conmiſeratio eſt quã miſera conditione fuit nunc temporis po. ro. quia coactus eſt in epirũ miſera ac ſordida ſede curiã ponere. Sordida: comparatione urbis ro. Hoſpes curia: pro hoſpita quia in aliena regione. inuenit͛ hic & hæc hoſpes: & hic hoſpes & hæc hoſpita. Secreta. i. conſilia quæ ſecreta eſſe conſueuerũt. Nã quis: quis. n. appellare auſus fuerit caſtra: ubi ſenatus fuit omnis. Tot faſces: uidelicet .xxiiii. ſecures: nã duo conſules erant: & uterq; habebat. xii. lictores qui præcedebant geſtantes manibus ſecures. ut reos punirent. Quis uocet. q. d. nemo appellaret caſtra. Venerabilis ordo: ſenatus ille ueredus facile declarauit omnibus nõ ſe eſſe in partibus Põ. ſed põ. eſſe in partibus ſenatus: quia Põ. eſt ſub ſenatu. Vt primũ mœſtũ hæc Lentuli q̃ ad ſenatũ habet in deliberatiuo genere eſt conſtituta refert. n. de bello contra cæ. gerendo & ſententiã ſuã dicit pro libertate aduerſus eos qui hoſtes patriæ facti & iudicati ſunt habet etiã ſuaſionẽ. Suadet enim pro patria fortiter pugnandũ: & nihil omnino omittendũ quod ad libertatẽ tuendã & conſeruandã pertineat: deĩde argumẽtũ ſumit ab honeſto: poſtea a poſſibili quod uidelicet etiã uiribus ſuperiores ſint ſenatores: cũ maior pars ſenatus & ciuitatis cũ ea parte ſentiat quæ libertatẽ tue͛ deinde etiã imperiũ magna ex parte populi romani cũ eo ſentiat ut iã prope uictoriã certã in manibus habere uideant͛: primũ igi͛ lentulus hortatur patres conſules: ut magno animo eſſe uelint: nec poteſtatẽ & ius ſuum ex loci qualitate intueri: ſed ex dignitate ipſorum qui ubicunq; fuerint eandem poteſtatem habent. Lentulus: alter conſul. Vt: p. m: quam primũ partes mœſti ſiluerunt: ſtatim in excelſũ locũ Lẽ. conſcendit: ut eius ſententiã omnes audire poſſent. Tenuere ſil. c. hypallage: pro mœſtus cœtus ſilentium tenuit. Indole ſi. d. & quia mœſti erant pa. quod in alterna ac peregrina ſede curiam habebant ipſos conſolatur: ut propterea non uelint maieſtatem ſuam diminutam credere: quod procul a patria in aliena regione ſedem profuerit: ordo tendit uſq; ad eum locum partes cernite. Indole: ideſt incremento uirtutis quia indoles non ſolum ſignificat ſpeciem futuræ probitatis in adoleſcente: ſed etiam in adulto uirtutis crementũ: ut apud Liuium: tanta indoles in Lauinia erat. Robur ineſt. i. ſi uirtutis aliquid ueſtigium maiorem ueſtigium ĩ uobis remanet. Coacto:





VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

congregati. Captæ ſedeamus:a.n.beniuolentiá comparat a perſona aduerſariorū cū eos dicat impios qui contra patriá arma tulerint & eá quaſi ab hoſte captá teneant. Primū hoc: ut nos pro arbitrio noſtro quicquid in remp.uſū fuerit:ſtatuere ac decerneř poſſimus. Ná uel hy.in eo perſiſtit ut oſtendat eos ius & poteſtaté habere imperandi populis cū cauſá ſuá honeſtá oſtendit:a cauſa noſtra beniuolentiá captamus ſi eá laudando extollemus : aduerſariorūq; per contemptioné deprimemus extollit cauſá ſuá quod arma pro patria:pro libertate:pro diis penatibus : pro rep.ſumpſerunt.ideoq; ubicūq; fuerint : exiſtiment ſe eos eſſe qui poteſtaté habeant recte & pie gerendi bellū aduerſus hoſtes patriæ ſiue ſub frigida: ſiue ſub torrida zona fuerint:deniq; in remotiſſimis orbis terrarū partibus conſtituti ibi curia eſſe intelligeř. nō enim locus ſenatū facit:ſed ſenatus curiá. Ná uel hy.ſiue ſub frigidá : ſiue ſub torridá zoná delati fuerimus ibi & curia & ſenatus erit. Hiper.urſæ.ideſt ſeptentriōalis ná hyperborei montes dicunř a ſeptentrione quaſi ſupra boreá:Hyperborei incolunt penepteraphorō que ultra Aquiloné dicunt iacere: gens beatiſſima : eá Aſiæ magis quá Europæ quidá dederunt : ſunt Europa auctore Solino apud quos mundi cardines eſſe credunt :& extimos ſyderū ambitus:ſunt qui putent nō quotidie ibi ſolé ut nobis:ſed uernali æquinoctio exoriri :autunnali occidere:ita ſex menſibus infinitū dié:ſex aliis continuá eſſe nocté de cœlo magna clæmentia auræ ſpirant ſalubriter:nihil noxiū flatus habent.domus ſunt nemora uel luci in dié uictis arbores ſumminiſtrant:diſcordiá neſciunt:ægritudine nō inquietanř. Plauſtrū glatiale: quia regio frigidiſſima & rigeſcit. Vrſæ quæ circa polū arcticū uergiř ad ſimilitudiné rotæ & ſtellæ quæ præcedunt Bootes appellař quaſi dux & gubernator plauſtri.

Vel plaga,q̄ torrés clauſuſq; uaporib⁹ axis
Nec patiř noctes,nec iniquos creſceř ſoles
Si fortuna ferat.rerū nos ſumma ſequetur,
Imperiumq; comes. tarpeia ſede peruſta
Gallorum facib⁹,ueioſq; habitante camillo
Illic roma fuit.nō unquam perdidit ordo
Mutato ſua iura loco:mœrentia tecta
Cæſar habet.uacuaſq; domos legeſq; ſilétes
Clauſaq; iuſtitio triſti fora.curia ſolos
Illa uidet patres plena quos urbe fugauit
Ordine de tāto quiſquis nō exulat hic eſt,
Ignaros ſcelerum longaq; in pace quietos
Bellorū primus ſparſit furor. oia rurſus

¶SVLPI. Plaga:regio zona. Axis.torrés & clauſus uaporibus.ideſt torrida zona ubi ſemper eſt equinoctium & dies ſunt pares ut apud Meroen in ægypro ſumma poteſtas. Tarpeia ſede peruſta . Confirmat exemplo loci mutationé nō tollere poteſtaté ſenatus. Ná cū Galli Senones romá combuſſiſſent Veioſq; Senatores ſe contuliſſent.Illic erat ſenatus& illic camillus dictator eſt conſtitutus. Sede tarpeia: urbe roma ná re uera Capitoliū combuſtū nō fuit. Camillo:furio: Veios:oppidū etruria nō procul ab urbe. Illic: ueiis. Iura : poteſtaté. Mœrentia tecta:Cæſar poſſidet urbé mœſtá. Silentes:Tunc ſilere leges dicunř quū nō ſeruanř& nō adminiſtranř iuſtitia: Fora:iudicialia. Iuſtitio:iuris dicendi intermiſſione. Illa.in ſenatu cæſariano ſoli illi ſunt qui exulauerunt:& iudicati ſunt hoſtes ante quá ſenatus ex urbe diſceſſiſſet. Ordine:ſenatorio. Prius furor : nos pios & abhorrentes a bellis quo primus armorū motus in diuerſa ſparſerat in unū locū conuenimus. Ignaros ſcelerū:inocentes & pios.

¶OMNIBO. Torrens pla,feruida zona. Axis:antarcticus axis. Vaporib⁹:feruoribus zonæ torentis: Nec patitur noctes:quia ibi ſemper in eodé ſtatu nox & ſol permanent:ideſt ſemper æquinoctiū eſt. Iniquos:intemperatos Virg.dirimit plaga ſolis iniqui. Summa rerū.ideſt imperiū. Tarpæia ſede:probat a ſimili: ná ſicuti capta reliqua urbe capitolio incolumi ibi ſenatus permanebat : & ideo curia in capitolio erat . idé etiá nunc dicit capta urbe ab hoſtibus hic nos habitantes curiá facimus:Nota é hiſtoria: an Alliá fluuiū Galli fabiū conſulé cū exercitu fuderunt:& ad urbé ro. contenderunt:& primo quidé metuentes inſidias nonnullos præmiſerunt:qui diligenter omnia ſcrutarentur:quibus exploratis neminé exire uidentes ſtatim ingreſſi ſunt mœnia : & uaſtá urbé atq; deſertá reliquerunt:ná ro.relictis ſenibus & imbelli turba cæteriſq; qui arma per ætaté ferre nō poſſent capitoliū conſcenderant: ſed eo tempore camillus qui ardeæ exulabat propter prædá ueientá ná male diuiſá Dictator abſens creatus poſtquá audiuit urbé captá a galls miſertus eſt patriæ : & cū aliquot copiis gallos ꝑpter uictoriá negligentiores inuaſit & eos partim ſopitos ac temulentia oppreſſos occidit. Illic roma fuit:ubi ergo fuit camillus Dictator cū exercitu romano illic roma eſſe conſueuit: pari ratione & nos hic romá eſſe putemus.

Mutato ſolo:ideſt regione: Mœrentia tecta:hactenus beniuolentiá auditorū comparauit a ſapientia eorū quia ſenatus ſapienter iudicauit & ubicūq; eſſent:ſe ius imperii tenere decreuerit.nunc beniuolentiá captat a perſona aduerſariorū cū adducit eoſ in inuidiá oſtendens eorū uim potentiá:nobilitates:affinitateſ oſtendit potentiá & uim cæ. qui patriá tanquá hoſtilé occupauerit armis. Tecta cæ.habet:nō eſt dicendū ro. ſenatū eſſe & curiá:cū in poteſtate cæ. ſit deliberare quicquid uoluerit: Vacuas.ſ.ſēatorib⁹. Legeſq;:quia nō poſſunt uim ſuá obtinere.poſtquá ſemel armis oppreſſæ ſunt. Triſti iuſtitio:qua ſemper iuſtitiū triſtitiá ſignificat:quaſi iuris ſtatiū. Curia:in qua nos ſenatores cōſiſtimus. Ordine de tanto.adhuc in eo perſiſtit ut in inuidiá adducat de tanto ordine ſenatorio nemo abeſt a nobis : niſi qui exul eſt cū cæ. ná qui hoſtes patriæ adiudicati ſunt:hi etiá exules ſunt. Nō exulat:cū cæ. Hic:apud nos. Ignaros ſcelerū: ante inquit cū maxima trepidatione ciuitas plena eſſet:ſparſi fuimus in diuerſa loca : prout quéq; impetus tulit nunc deniq; cū reſpirauimus in unū eundéq; locū omnes conuenimus. Ignaros.ſcilicet ſenatores:qui diu a ſceleribus huiuſmodi alieni fuimuſ uel ignaroſ:ideſt qui nunquá timere potuerunt tantū ſcelus ut cōtra:patriá Cæ



ſar arma ſumere:poſtquá audiuerunt ꝙ rubiconé tranſiuit contra leges & iura ciuitatis: Longa pace:quia oés qui diu in pace cōſtiterūt omni tumultu facile cōmoueuř atq; perturbanř. Rurſus:poſtq̄ reſpirauim⁹.

Membra loco redeūt:en totis uirib⁹ orbis
Heſperiá ſuperi penſát.iacet hoſtis in ūdis
Obrutus illyricis. libyæ ſqualentis in aruis
Curio cæſarei cecidit pars magna ſenatus.
Tollite ſigna duces fatoꝶ impellite curſum
Spem ueſtrá præſtate deis.fortunaq; tátos
Det uobis animos quátos fugiétibus hoſté
Cá dabat.noſtꝶ exhauſto uis claudiř anno
Vos quoꝶ finem noneſt ſenſura poteſtas
Cōſulite in mediū patres.magnūq; iubete
Eſſe ducem læto nomen clamore ſenatus
Excipit. & magno fatum patriæq; ſuumq;
Impoſuit.tūc in reges populoſq; merétes
Spſus honor,pelagiq; potés phœbeia dōiſ
Exornata rhodos.gelidiq; inculta iuuentus
Taygeti fama ueteres laudantur athenæ
Maſſiliæq; ſuæ donatur libera phocis
Tunc ſadalé fortéq; cotim fidūq; per arma
Deiorarū.& gelidæ dominū.racipalin ore
Collaudant,libyamq; iubét auctoř ſenatu.

¶SVLPI. Membra:nos ipſi ſenatores. En totiſ:confirmat ſenatū a ſpe uictoriæ & damnorū compéſationé ná pro amiſſa italia & hiſpania reliquū orbé deorū beneficio obtinent. Penſant: compenſant. Iacet hoſtis propter opiterginorū raté hoc dicit. Squalentibus: ſiccis deſertis. Impellite curſū : nolite deſerere propitios deos:& bene ſperare. Fortunaq; tantos: ideſt & ſucceſſus rerū ſic uos animet ad perſequendū hoſté ut iuſta cauſa animabat ad fugiendū ex urbe. Ius : conſularis poteſtas. Claudiř:finiř. Exhauſto: cōſumpto. Vos quorū finé:uos qui eritis perpetuo ſenatores. In mediū : in commune. Læto nomé : magna cū lætitia pompeius eſt dux declaratus. Suū & patriæ : priuatū & publicū.

Impoſuit:commiſit. Tunc in reges:deinde reges amici laudati ſunt & eis honos eſt habitus populiq; liberi facti. Merentes :quia miſerant auxilia. Rhodos : inſula in mari carpathio in qua coliř phœbus ſic appellata a capulo roſæ quod in fundamentis inuentū ferř. Potens pelago : quæ claſſe plurimū ualet. Taygeti : taygetus mons lachonū inter lacedemona & mare. Iuuentus inculta:lacedemones nō ſumptuoſi in ueſte ex ueteri inſtituto lycurgi. Phocis libera : phocis regio in boetia a qua maſſylienſes ſunt oriundi donata eſt libertate. Sadalé:regé ponti qui miſerat equites. Cotim : regé thraciæ. Deiotarū:regé œthe ut ait ruffus: ſed poſtea gallaciá ideſt gallogræciá tenuit. Racipalim : qui preerat ei parti macedoniæ : quæ in thraciá uergit & frigidiſſima eſt. Libyáq; iubet:& iubá regé toti libyæ præfecere.

¶OMNIBO. Membra:ſcilicet totius ſenatorii ordinis. En totis uiribus:ideſt pro toto orbe terrarū ſuperi compenſant italiá : bene dixit:ná omnis terrarū orbis commotus eſt italiæ gratia. Iacet hoſtis : poſtquá cauſá ſuá honeſtá oſtendit extollendoq; illá habuerit :& aduerſariorū per contemptioné deprimendo: nunc arguit a poſſibili:ná oſtendit totius terrarū orbis uires cū ſenatu Po. q; Ro. conſenſiſſe:ut dubitari nō poſſit quin ab ea parte conſecuturi ſint uictoria & commemorat uictorias quaſ pauloante in illyrico & aphrica partes ſenatus habuerunt:ſed nullá mentioné facit cladiū:quas habuere præſertim amiſſorū exercituū in hiſpania:oratione enim facit:ut ea quæ cauſæ ſuæ proſunt commemoret:quæ auté obſunt pretereat. Hoſtis in undis obrutis:quos Octauius Libro uicerat:& opiterginos præcipue qui ſe ipſos occiderunt. Curio: a rege iuba cū exercitu deletus. Squallentibus:ſterilibus aridis app. Pars ma.ſe quia curio erat patricius nobili & magna indole fax & caput bellorū. Tollite ſigna duces:poſtquá ſemel fortuna nobis obſequi cœpit ſequamur eá. Fatorū impellite curſū : urgete fata ut feſtinantius uictoriá ex hoſte obtineamus. Fortunaq; tantos:ſi magno animo patriá deſeruimus maiore nunc animo retentéus:quádo aſpirař fortuna nobis cœpit:& eſt argumentū a minori ad maius. Cauſa. ſcilicet melior . quia melioré cauſá uoluimus ſequi potius deſerendo patriá:quá contra libertaté aliquid & dignitaté ueſtrá facere. Noſtrū ius.ideſt poteſtas conſularis:nos iá inquit uenimus ad finé magiſtratus noſtri. Vos quorū:uos o patres conſcripti qui perpetuo duratis(nō enim ad tempus ſenatores erant)conſulite in mediū:& in commune quid uobis de rep.uideař. Læto no.c.nunc dicit quomodo in ſententiá Lentuli conſulis factū eſt ſenatuſcon.ut magnus Pom . exercitus imperator decerneret:tunc enim omneſ maximo clamore læticiá ſuá ſignificabant:deinde decretū eſt ut honor habereř his ciuitatibus & populis:qui ſenatū populūq; Romanū ſequerenř. Magno fatū:& ſummá rerū Pompeio demandauit ſenatus. Fatū:fortuná. Tunc in reges:deinde decreuerunt ut honores habereř his qui in fide & officio ſenatus populiq; Romani permanerent. Sparſus:diuiſus. Mœrentes:bene de populo romano: Rhodos phœbeia:quia ibi fuit coloſſus Apollinis miræ magnitudinis a chare lydio tanta arte fabrefactus ut inter.xii. mirabilia mundi connumereř quanuis Strabo hanc ſtatuá iouis fuiſſe dicat : aut phœbeiam appellat ꝙ cœlū nunquá ita nubilū eſt : ut in ſole rhodos nō fit : ut oſtendit Solinus. Potens : quæ potentiſſima fuit claſſe & nauali bello: Iuuentus taygeti:ideſt laconica.ná taygeti montes ſunt laconicæ regionis. Inculta.ideſt modico cultu contenta:utpote: quæ legibus Ligurgi ad rigiditaté inſtituta fuerat. Fama ueteres laudantur:ꝙ non ſolū ciuitas fuit bonarū artium inuentrix ſed etiam fama ꝙ in officio populi romani permanebat: Athenienſes enim ut libro nono oſtendit Strabo regali prius gubernabantur imperio in popularem poſtmodum tranſire ſtatum. Romanus ſenatus eos popularem ſtatum agentes accipiens proprias ipſis leges inſtitutaq; ſeruauit & libertate donauit. Veteres athenæ:ideſt uetuſtate ipſa nobilis ná ex Aſia.ciuibus.athenis.corcyra ponto..& bithinia magná claſſé coegerat pōpeius. Phocis:unde uenerant qui in Gallia Maſſiliá condiderunt : donař libertate in gratiá Maſſiliæ. Suæ maſſiliæ : quia ex pho



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cenſibus originē traxerunt maſſilienſes.Phocis auctore Strabone libro nono appoſita eſt Boetiæ.phocenſiū ædificium eſt Maſſilia: ut idē refert:petroſo in loco ſita:cui quidē pontus ſubiacet de qua plura ſuperius.

Tunc ſadalim:ſadalis & cothis ex thracia duces auxilia cū equitibus ſuis miſerant. Deiotarū:quia cū ſeptē mila equitū haberet Pompeius deiotarus quia pedibus plurimū utebant̄ antiqui: milia multa peditū ei miſit.Ariobarzanes ex Cappadocia ad eundē numerū miſerat equites & Rhaſipolis ex Macedonia pæerat ducentis equitibus:qui cū Pompeio militabant.Deiotarus orientaliū Galatharū Tetarcha.Ariarathes Cappadociū Rex:Armeniorū intra Euphratē incolentiū taxileſ princeps:Armēiorū uero ſupra Euphratē Megabates:alii pæterea inferiores potentia dynaſtæ ad belli ciuilis laborē ſub Pompeio militauerunt:ut refert Appianus libro ſecundo & quicūq; in circuitu maris orientē uerſus incolunt fere omnes ad eū uenerant:

Collaudant ſenatores. Fidū deiotarū: quia donec bella ciuilia durarunt ſemper fideliſſimus Populo Romano fuit. Gelidæ oræ.ſcilicet Macedonū. Rhaſipolis enim ex Macedonia equitibus ducenbus preerat Libyāq; iubent:etiā iubā regē eſſe Numidiæ quia pauloante pro ſenatu curionē cū exercitu deleuerat.

Sceptifero parere iubæ.proh triſtia fata
En tibi non fidæ gentis digniſſime regno
Fortunæ ptolomee pudor.crimenq; deoꝝ
Cingere pellæo preſſos diademate crines
Permiſſū ē. ſæuū ī pplos puer accipis enſē
Atq; utinā in populos. dōata eſt regia lagi
Acceſſit magni iugulus. regnumq; ſorori
Ereptū eſt;ſoceroq; nefas.tā turba ſoluto
Arma petit cœtu.quæ cū populiq; duceſq;
Caſibus incertis & cœca ſorte pararent
Solus in ancipites metuit deſcēder̄ martis
Appius euentus,finemq; expromere rerū

ℭSVLPI. En tibi: inueit̄ poeta in ptolomeū ingratū pompeio quē iuſſit interfici quanquā eius eſſet beneficio in regno confirmatus ipſūq; regno fuiſſe indignū ob multa ſcelera quæ factitauit exclamat.Fuit autē hic eius Aulethæ filius quē Alexandrini e regno eiecerāt & Gabinius reduxit.Sororē Cleopatrā habuit. Pudor fortunæ poterat .n. pudere fortunā quod indignū illū in dignitaaē regiā euexiſſet:eratq; id ſuperis crimini & culpæ. Diademate pelleo:corona regia alexandrina Pelleus enim Alexander magnus a pella patria dictus eſt:cui ſucceſſit in regno ægypti Ptolomeus lagi militis gregarii filius:a quo reliqui Ptolomei deducti ſunt: hic enim filios habuit Ptolomeū Ceraunū & philadelphū doctiſſimū qui ei ſucceſſit & conſtituit in Alexandria bibliothecā egregiā Hunc euergetes quē philopater ſecutus eſt. inde epiphanes: poſt quē philopater Tū ſecundus euergetes quē phyſconē dicunt.Cui ptolomeus cognomento lathurus ſucceſſit.Quē quidē ſecutus eſt Aulethes huius Dioniſii pueri pater.ut ſtrabo libro:xvii: tradit.

Sæuū:nā crudeliter imperauit. Vtinam in populos:uidelicet ſolos. Regia lagi:imperiū quod obtinuit lagi filius. Magni iugulus:mors pom. Sorori:cleopatræ quæ ex dimidia regni parte relicta fuerat hæres a patre. Soceroq; nefas: cedes pom. ſubtracta Cæ. Soluto cœtu:dimiſſo ſenatu & congregatione: Cœca ſorte:ignoto & obſcuro euentu. Appius:huius meminit Ci.in tuſculanis his uerbis. Inde ea quæ meus amicus Appius Necromantia faciebat. In uentus ancipites: in caſus dubios nā uoluit ea apollinis oraculo certior eſſe. Expromere finē:aperire futura.

ℭOMNIBO. Proh triſtia fata:in exclamationē prorumpit:quod inter cæteros Reges Ptolomeus quoq̄ rex declaratus ſit qui deinde magni Pompei cauſa fuit mortis.& auctor cuius caput obtruncatū cæſari obtulit. Triſtia: ideſt miſerima & aduerſa populo romano. Digniſſime regno. digniſſimus prope Rex eras gentis. Nō fidæ.ideſt perfidæ.quæ tibi ſimilima eſſet: Pudor fortunæ:nā fortunā pudere debuit: quod ad regiā maieſtatē te peruexerit. Crimēq; deorū:quia dii in hoc peccaſſe uidentur quod ipſū Regē dici paſſi fuerit. Pellæo diademate:ideſt Alexandrino:nā pella (ut refert Strabo) Macedonū metropolis fuit philippi & Alexandri patria:unde pellæ⁹ ideſt ægyptius:Alexandriā enim de nomine ſuo condidit Alexander.iuuenalis.Vnus pellæo iuueni ſufficit orbis pellæ igitur.ideſt Alexandrino quia urbē ipſā amplificauit. Puer accipis enſem: adhuc puer ſub tutela aliorum uiuebat.Principes autem erant Photinus & Achillas: quorum conſilio res omnes Ptolomeus gerebat. Atq; utinam: ſcilicet accipias in populo & non in Pompeium. Donata:ſcilicet patri tuo ſenatuſconſulto: quo pater acceperat regnum ægypti :in eum poſtea tantū nefas auſus es perpetrare. Regia lagi: quia primus inter Aegypti Reges lagus fuit nam cum multos annos permanſiſſet lagidarum imperium tandem euerſum eſt:nam Ptolomeus lagi filius Alexandro ſucceſſit Ptolomeo autem(ut refert Stabo)philadelphus. philadelpho euergetes: poſtea philopater agatocliæ: poſtea Epiphanes:poſtea philomator filio a patre imperium accipiente:hinc uero frater ſucceſſit ſecundus Euergetes nominatus:hunc phyſconem dicunt:cui Ptolomeus Cognomento lathurus ſucceſſit.Lathuro auletes Cleopatræ pater qui præter alia flagitia: etiam choraulum exercuit hic eſt quem Alexandrini exegerunt.quem Romam profectum Pompeius ſuſcepit:& Senatui commendauit: Ptolomeus itaq; a Gabinio reductus, non multo poſt morbo abſumptus: relictis duobus filiis & totidem filiabus: quarum grandior erat Cleopatra: Alexādrini & puerum natu grandiorem & Cleopatram regno præfecerunt ſed pueri familiares.mota ſeditione Cleopatram eiecerunt:Cæſar adoleſcentulum interemit:& Cleopatram ab exilio reuocatam ægypti Reginam conſtituit: Iugulus magni:quia ſimul cum regno factus es potens Cædi Pompeii. Acceſſit:ſ. poteſtati tuæ. Regnumq; ſorori:& quia te regem ſenatus Po.q; ro.declarauit:ereptum eſt regnū ſorori tuæ Claopatræ. Soceroq; nefas:quia ꝙ nefas erat Cæ. occidere generū.eripuiſti tu o Ptololemeæ. Túc tu:nūc dicit quōdo ſēatu dimiſſo oēs ſe ad arma parabāt.ſed appi⁹unus ex omnb⁹oraculū ſciſci



tari cōſtituit:quid nā factus eſſet:an bello ciuili intereſſet:an a bellis ſegregatus receſſū aliquē eligeret: ubi quietus ab omni cura & periculo redderet̄. Vēit igit̄ delphos ; & oraculū illud auſus eſt mouere quod per multos annos tacuerat.Diuinū ipſū domiciliū:auctores certi mēorāt profūdā & curuā eſſe ſpelūcā:nō admodū lato ore patētē:unde aurū quidē referri ſacro efflāte nūine:excelſū autē oſtio imminere tripodē. quē cū Pythia uates inſcēderit hauſto diuinatiōis ſpiritu.dei reſpōſa referre:& metro & oratiōe ſoluta:auctore Strabōe:ſed anteq̄ narret:quid agnouerit in antro delphici apollinis:deſcribit primo locū ubi ante thēis reſpōſa dare cōſueuerat deinde Apollo delphicus. Soluto cœtu. ideſt dimiſſo ſenatu. Ancipites euentus. quia martis euentus ſemper incertus eſt.

Sollicitat ſupos.multoſq; obducta p annos
Delphica fatidici reſerat penetralia phœbi
Heſperio tantum quantum ſemotus eoo
Cardine parnaſus gēino petit æthera colle
Mōs phœbo brōioq; ſacer.cui nūie miſto
Delphica thebāæ reſerūt triaterica bacchæ
Hoc ſolū fluctu terras mergente. cacumē
Eminuit pontoq; fuit diſcrimen & aſtris
Tu quoq; uix ſūmā ſeduct⁹ab æquor̄ rupē
Extuleras unoq; iugo parnaſe latebas.
Vltor ibi expulſæ p̄meret quū uiſcera pt⁹

ℭSVLPI. Reſerat penetralia: aperit apollinis tēplū: ꝙ multis fuerat clauſū & ſine oraculo. Quadrageſimo .n.ab hinc anno fuerat a thracibus cōbuſtū & Iuuēalis ait Quomodo delphis oracula ceſſāt & gēus hūanū dānat caligo futuri. Delphica: quæ in parnaſi radicibus apud delphos oppidū ſūt. Heſperio: parnaſū boetiæ mōtē in medio mūdi eſſe ait:ſic & Statius Audiit & medius cœli ſparnaſus:Strabo libro.viiii. refert miſſas duas a ioue aquilas alterā ab occidēte alterā ad illic recta linea coiuiſſe. Brōio:baccho a brōi ꝙ eſt cōſūmere.Vinū nāq; modeſte ſūptū hūorū ſupe fluitates imminuit: immodeſte uero bonā hūiditatē deſiccat:& atterit uireſ ſūt q̄ dicāt a ſōitu ductū nomē q̄ βρῶμιος dicit̄. Bacche ſacerdotes coēs. Triaterica delphica:ſacra apollīea delphis in triēniū repetita Ouidius Hiſmariæ celebrāt repetita triēnia bacchæ. Miſto nūine:cōi cultu Apollinē & bacchū eūdē eſſe Erupides tradit & Ariſtoteles in Teloguinis & Varro & Grāius flaccus cōfirmāt auctore Macrobio. Cui:brōio: Hoc ſo.ſolā parnaſi ſūmitas diluuii tēpore ſubmerſa nō eſt: Fluctu: aquis:

Diſcrimē:interſtitio & medius terminus inter aquas & cœlū: Seductus ab. eminēs ſuper equor uix ſūmo cacūine alterius iugi extabas. Vbero. altero laudauitq; ipſū & altitudine Sic Ouidi. Mōs ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus Nōine parnaſus ſuperatq; cacūine nubes. Ibi:apud parnaſū.Phœb⁹ puer pythōa ſerpētē dēogorgōis terræq; filiū qui matrē latonā iunonis iuſſu fuerat perſecutus ne pareret: intremit. Pean: apollo ordo eſt pean ultor matris expulſæ partus. Quū præmeret par. uiſce. cū eſſet uicina partui:

ℭOMNIBO. Sollicitat:cū ſolicitudie inquirit. Expromere finē rerū.i.ut exprimāt & aperiāt quē finē res habituræ ſint. Multoſq; obducta:quia īter cætera ſigna aduētus dōini Ieſu chriſti:hoc etiā præcipuū fuit ꝙ ſtatim omnia oracula tacuerūt. Heſperio:dicit autē petiſſe antrū cyrrheū.ubi colebat̄ apollo:in quo adytū erat illud nobile quo phœbas cū aduēiſſet nūine apollinis aflata futura omnia reſiſceret: atq; ex his quæ cōſulētes ſcire uolebāt aperire: dicit autē locū eſſe in umbilico orbis terrarū. Heſperio eoo: nā parnaſus mōs eſt in medio orbis terrarū.nā(ut refert pindarus)cū iuppiter ſcire uellet: ut nā eſſet mediū orbis terrarū aquilas duas alterā ab oriēte alterā ab occidēte miſit:& ubi iuicē occurrerēt:ibi mediū orbis terrarū eē itelligeret:occurrerūt:autē in parnaſo mōte:hinc appellat̄ umbilicus orbis:ꝙ & ſi Varro plāe inficiat̄.Vir. tamē ait: Delphos phytius orbis umbilicū. Hic mōs ut libro nono refert ſtrabo uſq; adocciduos phocidis mōtes locatus eſt eius latus in occaſū proſpectās Locri & Azolæ poſſidēt:auſtrale uero Delphi: locus ſāe petroſus: ſpectaculi formā habēs in eius cacūine tēplū ſurgit & oppidū:in circuitu ſtadia.vii. ac.x. cōplectēs ſupra illud lycorica ſita eſt quo in loco antiquitus delphi ſupra tēplū cōſiſtebāt hoc autē tēpore circa ipſū affines caſtalii fōtis ſua locarūt dōicilia.ante urbē autē cirphis ex auſtrali parte periacet rupes ſāe prærupta. at ſub cirphim urbs uetuſta iacet cyrrha ad mare locata: ab ea incipit ad delphos aſcēſio ſtadia fere .lxxx. Gēino colle eſt enim parnaſus biceps(ut antea dictū eſt)parnaſuſq; iugo miſit deſertus utroq;. Nā ab auſtrali parte habet cirphim præruptā rupē:cū profunda ualle per quā plurimus annis effundit̄. A qua diuerſione biceps cognominat̄.illic phœbus & bacchus colebant̄ ut aſſerit Macrobius: qui tamē eiuſdē numinis ſunt & poteſtatis:auctore diodoro. Bromio:baecho βρῶμιος ſignificat impetū uel ſonitū uel ꝙ ebrii impetuoſi ſint & uocē incompoſitā emittant:aut quomodo in bacchi ortu tonitru inſonuit. Numine:ipſius bacchi: quia propter uinū in furorē uerſæ ſacrificia bacchi colebant.Mixto: inſerto ipſis bacchis. Bacchæ: ſacerdotes bacchi græce.Mœnades: dicit̄ quaſi inſanientes: μαίνομαι inſanio. Referunt: repræſentant. Trieterica:ſacricia bacchi triennalia quæ ternis quibuſq; annis celebrantur:a τρεῖς:& ἔτος annus. Thebanæ:nā thebanæ mulieres hæc ſactificia colebant ſicut delphicæ. Solū eminuit: ideſt apparuit ſupra terras tempore diluuii quo omnes terræ obrutæ ſunt. Pontoq; fuit:qui mare a cœlo diſcerneret. Diſcrimen: interuallum & ſeparatio. Extuleras.extra diluuium. Summam rupem: cacumina. Vno: alterum quidem iugum obrutum erat:alterum apparebat. Vltor ibi:dicit ibi phytonem ſerpentem ab Apolline occiſum fuiſſe cum primum e uentre matris eductus eſt.nam ut in fabulis eſt iuno irata ꝙ latona grauida eſſet ex ioue: ipſam per totam orbem perſecuta eſt quæ terram nullam inuenit a qua exciperet̄:timebant enim omneſ rem ingratam facer̄ iunoni ſed cum ad Ortigiam ueniſſet(Sic enim tunc appellabatur)cogouit ſororem ſuam Latonam:& eam beningniſſime accepit:ortygia enim fuerat ſoror Latonæ:quam cum iuppiter uitare uellet illa aueriata eſſet aufugere cœpit: cunq; ad mare perueniſſet deos petit ut miſerentur: quæ ſtatim conuerſa eſt in coturni

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cé(οp τ ΰξ enim græce coturnix dicit͛ Iuppiter autē conuerſus in accipitē inſequi cœpit auē: & cū in medio mari eſſet: nec diutius poſſet ex unguibus Iouis euadere. Rurſus mente ſua precata eſt deos: & ſtatim conuerſa eſt in lapidē: lapis ſtatim creſcere cœpit i inſulā: & excepit ſororē ſuā latonā Ortygia: quæ ibi gemellos peperit apollinē & Dianā. Apollo igit͛ loco beneficii ꝙ matrem excepiſſet: eā duabus inſulis illigatā ſtabilē fecit ſcilicet Gyaro & Mycone: & phytonē ſerpentē: que Latonæ iuno immiſerat: ſagittis occidit: & matri ſuæ iā tunc diana obſtetricis præbuit officiū.

¶SVLPI. Explicit: interemit. Adhuc rudibus: nouis & inexpertis. Themis: dea quæ iubebat hominibus peterent quod fas eſſet themis enim fas interpretatur. Eius templū iuxta cephyſū amnē fuit. Vaſtos hiatus: magnā cauernā Nā eſt illic media ſaxi rupes in formā theatri in media fere montis altitudine planitieq; exigua atq; in ea profundū terræ foramē quod oraculo patet: ex quo frigidus ſpiritus ut quadā uelut uento in ſublime expulſus mentes uatis in uecordiā uertit impletāq; deo reſponſa conſulentibus dare cogit: hec iuſtinus libro. xxiiii. & Strabo libro nono inquit Auctores certi memorant diuinū ipſū domiciliū profundā curuā eſſe ſpeluncā: nō tamē lato ore patentē Vnde aurā quidē referri ſacro efflante numine. Excelſū autē hoſtio iminere tripodē: quē quū phytia uates inſcenderit hauſto diuinationis ſpiritu dei reſponſa refert & merito & oratione ſolute. Sperare diuinā fidē: emitere oracula: Ventos loquaces: uentū & ſpiritū qui loquacitatē excitaret Cice. in diuinatione inquit Credo etiā anhelitus quoſdā fuiſſe terrarū quibus inflatæ mentes oracula funderent. Condidit: immiſit. Incubuitq; adyto: inclinauit ſe in locū ſecretū ut uentos exciperet & diuinaret. Factus uates: diuinator & denuntiator futurorū

Quis latet: quoniā ſupradicta fabuloſa ſūt rei ueritatē conat͛ elicere. Quis superū: quis deus. Præſſis ab æthere: manes ſub cœlo nā dii ſupra ethera ſunt. Cœcas cauernas: antrū obſcurū. Quis terrā cœli patit͛ deus: qui cæleſtis uult terrā habitare. Secreta: præterita præſentia & futura. Curſus æterni: fati quod eſt herens rebus mobilibus diſpoſitio per quā prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus ut ait Seuerinus: eſt & fatū ut Cicero definit Ordo serieſq; cauſarū. Cauſa autē eſt ex omni æternitate fluens ueritas ſempiterna. Ferens contactus: patiens tangi ab homine nā ingredit͛ uirgines.

Matris adhuc rudis pean phytona ſagittis
Explicuit. cū regna thēis tripodaſq; teneret
Vt uidit pean uaſtos telluris hiatus
Diuinam ſpirare fidē. uentoſq; loquaces
Exhalare ſolum. ſacris ſe condidit antris
Incubuitq; adyto uates ibi factus apollo.
Quis latet hic ſupū qđ numē ab æthere p̄ſſū
Dignat͛ cœcas incluſū habitar͛ cauernas?
Quis terrā cœli patit͛ deus omnia curſus
Aeterni ſecreta tenens mundiq; futuri
Conſcius ac populis ſeſe proferre paratus.
Cōtactuſq; ferēs hōinū magnuſq; potēſq;
Siue canit fatū. ſeu quod iubet ille canēdo
Fit fatum. forſan terris inſerta regendis
Aere libratum uacuoq; ſuſtinet orbem
Totius pars magna iouis cyrrhæa p antra
Exit. & æthereo trahit͛ cōnexa tonanti.
Hoc ubi uirgineo cōceptū ē pector͛ numē

Siue canit fatū: ſeu dicit futura ſeu quicquid uaticinat͛ eſt fatū neceſſarioq; futurū. Forſan terris: putat poeta mentē iouis ſiue animā mundi: quæ diffuſa eſt per omnia elementa: terraſq; ſubſtinet illinc ſpirat͛ ſpiritus enim dei per omnia uagat͛ omnia nectit omnia continet: ut ſentiunt ſtoici & Cicero docet & Virg. iouis omnia plena: & alibi principio cælū ac terras campoſq; liquentes Lucenteſq; globū lunæ titaniaq; aſtra ſpiritus intus alit & poeta noſter iuppiter eſt quodcūq; uides. Inſerta: immiſta. Orbē. libratū terrā penſilē.

Exit: egreditur & ſpirat. per antra cyrrhea: per antrū delphicū a cyrrha oppido dictū. Connexa tonanti æthereo: coniuncta & quæ reſpondet menti diuinæ quæ eſt in cœlo. Numen: mens dei. Eſt conceptū pectore: ingreſſum eſt pectus.

¶OMNIBO. Pæan: apollo qui a ſagittatione phytonis nomē conſecutus eſt. nā παίω ſignificat ferio pæanes proprie dicunt͛ laudes apollinis. Matris: quā ſerpens a iunone miſſus perſecutus fuerat. Præmeret uiſcera: cū in eo eſſet: ut pareret Latona. Expulſæ: a iunone. Rudibus ſagittis: quia tū primū natuſ erat: nec unquā ſagittas exercuerat. Explicuit: occidit a præcedenti id quod ſequit͛. Cū regna themis teneret. ideſt cū themis oracula daret. Vt uidit pæan ſequit͛ dicere originē oraculi apollinis quomodo ſedē ſibi delegerit: dicit enim cū ibi natus eſſet: & phytonē ſagittis occidiſſet: poſt quā uidit ex eo antro uentū cū humana uoce erumpere: iucunditate habitandi in eo loco ductus eſt: ut ipſe futura ſiſcitantibus prædiceret. nā ibi templū themidis fuerat antequa reſideret Apollo. Vaſtos hiatus. antrū illud cyrrheū. Fidē diuinā: hoc eſt oracula & reſponſa dare. Spirare: ideſt emittere. Ventoſq; loquaces: quia ſpiritus inde erumpebat ut humanas uoces & uerba perfecta emitteret: Sacris ſe antris. ideſt in illis penetralibus unde reſponſa darentur. Incumbuit. a ibi fatidicus eſſe cœpit Apollo. Adyto nomē græ. & neutri generis: ſignificat locū templi ad quam nulli ſacerdoti ingreddi licebat. a priuatiuū eſt & χύω ingredior. Factus uates. diuinator & oraculorū reſponſor. Quis: latet hic nunc quaſi cū admiratione quadam loquit͛ poeta dicens: quis potuit deorū eſſe: qui primū ibi habitauerit ubi poſtea locū deleuerit apollo: & deus ab æthere delatus huic loco includi uoluerit: & has cauernas collere: eſt ne aliquis deorū qui deſerto cœlo terrā in habitare malit. Preſſū: depoſitū: præmere deponere. Virgilius Quod ſupereſt quæcūq; præmes uirgulta per agros. Cæcas: obſcuras. Aeterni curſus tenens. ideſt ſeries fatorū: quia cauſa cauſam generat: nam nihil aliud eſt fatū niſi ſeries cauſarum. Mundiq; futuri conſcius: ideſt conſcius eorū quæ in futurum uentura ſunt. Proferre: ape



rire. Cōtatuſq; ferēs hominū. ideſt phœbadē afflās nūine ſuo: hoc eſt pati hominū cōtactus: quia ut in ſequētibus declarabit͛: pugnabit Apolllo ut mētē & pectus phœbadis occupet. & in ea omnia quæ ſunt: quæ fuerūt: quæ futura ſint repōat. Magnus poſſeſus eſt: magnus & potēs eſt ille deus: ſiue quæ futura ſunt ipſe prædicit. ſiue prædicēdo facit eſſe futura fatū enim eſt quod dii fant͛: Forſā terris: an fortaſſe illud eſt: quod cū magna anima mūdi per omnes partes diffuſa ſit cæli: ibi maiorē partē ſui eſſe uoluerit: ut futura omnia reſpōderet: quia Stoici dicebāt unā tātūmodō eſſe animā: & eā per omnes mūdi partes eſſē diffuſā: quā ſētētiā Virg. quoq; expreſſit in. vi. principio cælū ac terras cāpoſq; liquētes. Lucēteq; globū lūæ titāia atq; aſtra Spiritus intus alit. Pars iouis: anima mūdi reſpicit illud quod Stoici diffiniebāt quod deus eſt ignis ſēſibilis: inſertus omnibus elemētis: in hūc errorē cōuenere Stoici quod uidebāt omnia ſūma ratiōe regi: ut propterea uiderēt͛ habere animā intelligibilē & ratiōabilē: & ſine ratiōe putabāt hūc ordinē nō poſſe ſeruare cæleſtia terrēa corpora. ideo cælū: terrā. mare: deniq; elemēta omnia deū eſſe putabāt. Libratū orbē. ideſt ſuſtētatā. terrā ſphæricā hoc loco ſignificat. Aere uacuo. ideſt in cētro uacui aeri nā ſuo pōdere terra in medio orbis in cæli cētro eſt poſita: ideo in nullā partē moueri poteſt: cū terra grauius ſit elemētū cæteris: ſuū propriū ac naturalē locū habet cētrū dimidiū totius orbis: & circūferētiæ cæli a quo pūcto diſcedere nō poteſt. Tonāti: cū æthereo ioue: nā ſignificat ignē cæleſtē reſpicit ad illud ſtoicorū qui dicūt iouē ignē eſſe ſēſibilē hoc Hoc ubi: & cū hoc numē quod in eo loco magis habitat ꝙ alibi inſederit & occupauerit uirgineū pectuſ tūc uero ora mouēſ quicquid dixerit uerū eſt ſiue de præſētibus ſiue de præteritis ſiue de futuris quæſitū fuerit. Virgineo: nō licebat enim adytū illud ingredi niſi uirgini incorruptæ.

Humanā feriens animā ſonat. oraq; uatis
Soluit. ceu ſiculus flāmis urgentibꝰ æthnā
Vndat. campana fremens ceu ſaxa uaporat
Conditus in arimes æterna mole typhoeus
Hoc tamē expoſitū cunctis nulliq; negatū
Numen ab humani ſolum ſe labe furoris
Vidicat. haud illic tacito mala uota ſuſurro
Concipiūt. nam fixa canens mutādaq; nulli
Mortales optare uetat: iuſtiſq; benignus
Sæpe dedit ſedes totas mutantibus urbes
Vt tyriis. dedit ille minas impellere belli

¶SVLPI. Feriens: incitans impellens. Sōat. loquitur eſtq; trāſlatio a cytharredo chordis quæ ſūt ut anima. Soluit ora uatis: puellā loqui coegit. Ceu ſiculus ſimultudo eſt ſecretioris ſonitus & uehemētiæ uerborū: Apex ſiculus: cacumē ætne ardētis. Vndat: abunde corripit ætnā mōtē fumo & flāmis. Typhoeus: qui fulminatus inarimæ ſubiacet Virg. Inarimæ iouis imperiis impoſta typhœo. Vaporat: uaporādo emittit.

Saxa cāpana pūicee & lapides exeſos. Inarimes: inarime mōs eſt prochyte inſulæ in ſinu baiano. Expoſitū cūctis: ꝙ omnibus reſpōdet & nulli ſe negat. Vindicat: liberat ſe. A labe: furoris ab inſāia malignitateq; hominū nā nō uotis & precibus flectit͛ ſed futura prædicit: Mala: inhoneſta. Tacito ſuſurru: ſolēt enim turpia hūmili uoce honeſta uero clare poſci Perſius Haud cui uis promptū eſt murmurq; hūileſq; ſuſurros Tollere de tēplis & aperto uiuere uoto Mēs bōa fama fides & reliqua Hora. Iane pater clare quū clare dixit apollo. Vetat optare: docet nihil petere a deis. Bēignus: liberalis. Dedit: dixit Virg. Præſcia uētuti da nō indebita poſco regna mors fatis. Vt tyriis: iuſtinus lib. xviii. Tyriorū gēs inquit cōdita a phœnicibus fuit qui terræmotu uexati relicto primo ſolo aſſyriū ſtagnū primo mox mari proximū littus incoluerūt cōdita ibi urbe quā a piſciū ubertate Sydonē appellauerūt: Nā piſce Sydō phœnices uocāt poſt multos inde annos a rege aſcāiorū oppugnati nauibus æppulſi tyrū urbē ante annū troiæ cladis cōdiderūt. Cadmus quoq; quū exularet bouē ſequi ab oraculo iuſſus eſt. Dedit ille minas: athenienſibus delphicū apollinē cōſulētibus quid aduerſus perſas agēdū eſſet reſpōdit ligneis mœnibus ſe tuerēt͛: quo intellecto Thēiſtocles iuſſit omnis ciues naues cōſcēdere & in mari Salaminiaco aduerſus xerxē cū certarēt euaſere uictores. Dedit: cōceſſit. Impellere: repellere.

¶OMNIBO. Ferēs animā: pulſās: & cruciās animā corporis quod occupauerit. Sōat. ideſt ſōitū dat: Solit aperit ora ut futura prædicat reſpōdēs ad ea quæ interrogant͛: tāto quidē tumultu & impetu: ut uidet͛ ætna qui globos flāmarū eructat: Siculus apex cacumē ſiculi mōtis. Aetna: mōs eſt ſiciliæ qui ſēper fere euomit globos flāmarū: adeo ut regionē totā depopulet͛ ac uaſtet ipſi quoq; urbi periculū immineat: Loca ſuperiora mōtis. tū nuda tū cineroſa ſūt: & per hyemē niuibus referta. ut Strabo refert. Cæterū inferiora ſyluis & uariis arborū cōſitionibus partita: ipſi uero mōtis cacumina multas ſuſcipiūt mutatiōes: ueſcētibus incēdiis nūc quidē unū i craterē collabēte igne nūc diuiſo eſt luēte: igniti emittūt͛ riui: nūc flāmæ fumoſæ nec fuligēs: nūc exardētes exhalat lapides: nec eſſe eſt meatus ipſos ſubterrāeos cū his pariter accedētibus uariari: & ora ipſa quādoq; ſecūdū circūſtātē ſuperficiē plura eſſe. Vrgētibus: pellētibus mōtē. Inarimes: inſula in ſinu puteolāo: in qua mōs flāmas emittit: unde poetæ finxerūt typhœū unū ex gigātibus qui ioui bella intulere ſub eo mōte poſitū. Aeterna. ideſt perpetua quia perpetuū emittit ignē: Vaporat: calefacit & exurit.

Saxa cāpana: nā maxime quæ & pythecuſa dicit͛ in cāpāo mari eſt. Thiphoeꝰ autē cū oe diuiſo: & eu dipthōgo omnino proferēdꝰ eſt ꝙ ſi quis dubitat græce nihil uidit. Hoc tamē expoſitū: & quāquā reſpōdeat omnibꝰ tamē noſcētibꝰ nō reſpōdet: ſe bōis & hōeſte aliquid ſcire cupiētibꝰ: ſeruat ergo dignitatē numinis.

Expoſitū: ideſt paratū omnibꝰ aliquid ſcire cupiētibꝰ. Vēdicat. liberat. Hūana labe. ideſt uitio flagitioſorū hōinū. Haud illic mala: ꝙ tātūmodo audiat bonos malos uero repellat ꝓbat exēplis. Iuſtiſq; bēignꝰ ideſt his qui patriā & regionē ſuā deſeruere. & aliquē ſibi locū elegere cōſilio nūinis: propitiꝰ fuit: Vrbes: diuerſas patrias. Tiriis. i. cadmo: de quo ſupra dictū: cū cadmus iuſſu patris agēoris europā quæſiuit. Minas im

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pellere:bellū hoc fuit tempoꝛ Xerxis:cū rumor exiſſet xerxē cū uniuerſa Aſia in europā impetū facere:& terræ mariq; bella atq; pernicē minitari. Athenienſes miſerunt qui peterent ex oraculo quomodo hanc pernitiē effugerent: reſpondit oraculum:ita illos reſiſtere poſſe hoſtibus: ſi mœnibus ligneis pugnarent conſilio habito cū alii alia dicerent. Themiſtocles qui prudentiſſimus erat conſuluit: ut claſſe parata occurrerent hoſtibus:& ſuaſu Themiſtoclis quantā claſſē conſtruere potuerunt Athenienſes eā conſcēdere relictis mœnibus patriæ: quo factum eſt ut apud Salaminam xerxes conſilio Themiſtoclis ſit ſuperatus: Impellere: refellere.

Vt ſalāiniacū meminit mare. ſuſtulit iras
Telluris ſterilis. monſtrato fine reſoluit
Aera tabificum. non ullo ſæcula dono
Noſtra carēt maiore deū. q̄ delphica ſedes
Quod ſiluit. poſtq̄ reges timuere futura
Et ſuperos uetuer̄ loqui. nec uoce negata
Cyrrheæ mœrent uates. templiq; fruunt̄.
Iuſtitio. nā ſi qua deus ſub pectora uenit.
Nūinis aut pœna ē mors imatura recepti
Aut p̄tiū quippe ſtimulo fluctuq; furoris
Compages humana labat. pulſuſq; deorū
Cōcutiunt fragiles animas. ſic tēpore lōgo

℄SVLPI. Salamis urbs in euboico mari contra athenas. Suſtulit: quia docuit piare numina: Telluris: ſterilis: hoc propter ægyptū dixit quæ cū nouē annis fuiſſet ſterilitate uexata reſponſū accepit ut thraſiū hoſpitē mactaret: eius rei Ouidius in arte meminit. Dicit̄ ægyptus caruiſſe uiuacibus herbis & reliqua. phryges etiā ſterilitate uexati iuſſi ab apolline corpus athis ſepelire & Cybelē uenerari cū pro illo quod inuenire non poterant adoleſcentis imaginē multis cū lamentis ſepeliſſent:& arcas deæ ac ſacrificia inſtauraſſent liberati ſūt ut meminit Diodorus: eſt & alia ex eodē auctore hiſtoria. Athenienſibus enim ſiccitate laborantibus reſpondit deus. Minoi pro Androgeo mortuo quas uellet pœnas eſſe dandas: cū igit̄ minoiſ iuſſu quotannis ſeptē pueros & totidē puellas minotauro dare cœpiſſent ſiccitate ſunt liberati. Fine. ideſt modo piandi. Aera tabificū. Lucanis peſtilentia laborantibus reſpondit phœbus palinuri manes eſſe placandos ob quā rē nō longe a uelia lucū ei conſecrauerunt. Virg. prodigiis acti celeſtibus oſſa piabunt. Romani quoq; peſtilentia laborantes Eſculapiū in urbē aduehere iuſſi ſunt. Noſtra ſæcula: hæc ætas in qua ego ſū. Quā delphica ſedes quod ſiluit: quā quod nō reddunt̄ delphis oracula: nā reges & principes metu ducti uetuere antiſtites templi ne ad id quenquā admitterent. Nec merent: ideſt gaudent quod nō reſpondent. Littore. Cyhrreæ uates: phœbades. Fruunt̄ iuſtitio: fructū delectationēq; capiunt ex ceſſatione & ſilentio: appellauitq; iuſtitiū reſpondendi intermiſſionē: cū ſit proprie uiris reddendū intermiſſio i publico luctu. Nā ſi quis: ſi quæ enim phœbā concipiebant deorū ira aut beneficio moriebant̄ hinc Valerius ait Vnde ut certæ conſulentibus ſortes pe/tunt̄: ita nimius diuini ſpiritus hauſtus reddentibus peſtifer exiſtit. Immatura: ſubita. Pena numinis recepti: ſuppliciū quod numē concepiſſet. Preciū: præmiū: nil enim morte utilius dii nobis dare poſſūt ut etiā Cice. docet in Tuſculanis per eā enim in cœlū reuertimur uel dii uel cū diis futuri. Compages humana labat: compoſitio humani corporis diſſoluit̄ impetu furoris quē adhibet deus anceptus: qui eſt uelut ex uehementi & peſtifera febere totū corpus diſſoluente. Pulſus: impetus & conciones. Animas: uitas hominū.

℄OMNIBO. Salaminiacū: ideſt mare ſalamines inſulæ: nā auctore Strabone iuxta lepathū Cicero. quæ ſtationē habet & naualia: eſt aphrodiſiū: ad quod inſula per anguſta eſt: ſeptuaginta enim ſtadiorū interuallo Salamina traſit̄: poſtea achiuorū acta quo primū teucer applicuit: qui in Cypro ſalaminā condidit a patre ut fert̄: pulſus & ut libro nono refert: Quū a Nyſea in atticā nauigās quinq; per exiguæ procumbunt inſulæ: dehinc ſtadi. lxx. in longū porrecta: uel ut alii aſſerunt. lxxx. habet autē eiuſdē nominis urbē in ſalamoniaco littore attici & megarici confina ſunt ſoli. Telluris ſterilis: exemplum eſt Calabriæ: nā cū Calabria ſubita telluris ſterilitate laboraret: nec ullus finis inueniretur iræ deorū ad oraculum miſerunt reſponſū eſt ita fertilitatem reparari poſſe. ſi palinuri manes placarentur quo facto ſtatim fertilitas rediit. Monſtrato fine: & ipſe conſilio ſuo peſtilentiam expulit: nam & Ro. cum nullum remediū inuenirent patriæ peſtilentiam laboranti libros ſibyllinos inſpexerunt: qui & ipſi ab apolline originem habuerunt nam ipſe Cumeam ſibyllam docuit uaticinari quæ deinde hos ſcripſit libros: inſpectis igitur libris intellexerunt Romani ita peſtilentiam poſſe ſedari: ſi æſculapium ab epidauro Romam adducerent. legatos igitur miſerunt: qui cum eo ueniſſent & ſimulacrum ignens mirarentur anguis e ſedibus eius elapſus uenerandus & non horribilis per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem Romam conceſſit: & ſe in Vgolini tabernaculo conſpirauit: legati deum uehenteſ Antium prouecti ſunt: ubi anguis proximum æſculapii templum petit: & poſt paucos dies ad nauem rediit & cum aduerſo tybri ſubueheretur: in proximam inſulam deſiliit ubi templum ei coſtitutum: & peſtilentia mira celeritate ſedata eſt. Aera tabificum: peſtilentem. Non ulla ſæcula: ætas noſtra inquit nullo maiore munere deorum priuata eſt: quod ſilet apollo: nec poteſt hominibus ſciſcitantibus reſponſa dare. Poſtquam reges: cauſam huius ſilentii ignarus poeta regibus attribuit: & principibus: qui maluerunt ignorare futura: quam ut ſcientes mala ſua: quibus prouideri nullo modo poſſet: in continuo regni metu uerſarentur. Sſpiraculum igitur clauſum fuit: quod tangit etiam Iuuenalis. Credent a fonte relatum ammonis: quoniam delphis oracula ceſſant. Timuere futura: ideſt petere reſponſa Vates cirrheæ: ideſt placet hoc phœbadibus: Mœrent: quia magno ſibi conſtabat hoc: nam quotiens oraculum peteretur aut moriebatur: aut ſemiuiua iacebat: poſtquam numen a pectore diſceſſerat. Nec mœrent: immo gaudent. Iuſtitio templi: ideſt ſilentio ad ſimilitudinem cum ius in



foro tacet̄. Nā ſi qua: reddit nunc cauſā cur fruerer̄ hoc ſilentio phœbas: nā cū ſemel inflata numine phœbi eſſet nō prius omittebat: quā aut moreret̄: aut parū deerat quin mortua eſſet. Si qua deus: ſub alicuius uirginis pectora. Immatura: acerba & ante tēpus: ad ſimilitudinē fructus qui ante tempus colligit̄. Mors pœna: ſi mala eſt mors pœna: ſi bona preciū eſt ſecundū diuerſas opiniones dicit bonā & malā eſſe mortē ſecundū iunonis ſententiā bona uiſa eſt mors cū ſacerdos argia petiit a iunone: ut filiis ſuis pro beneficio daret quicquid bonū eſſe ſciret: poſtremo die inuenti ſunt mortui: uel talis ordo ſit preciū recepti numinis aut eſt pœna: aut eſt mors immatura. & ſic dicunt pretiū: ut Terēti': ergo preciū ob ſtultitiā fero: Stimulo: irritamento furoris: quia deus tanquā ſtimulus pectori uirginis inſidens incitabat. Fluctu: abundantia quia uſq; adeo furore replebatur: ut eū capere nō poſſet. Compa. huma. lab. humani corporis compoſitio diſſoluitur. Pulſus: impulſiones deorū: quæ pectora ſacerdotū concutiunt. Fragiles animas: ideſt fragilis corporis animas: quæ uim tantā ſuſtinere nō poſſunt. Sic: ut ſupra diximus. Longo tempore: ideſt poſt longū ſilentiū. Tripodes: erant tabulæ apollinis: quibus ſuperpoſitū erat coriū phytonis: ad quos tripodas cū ueniſſet ſacerdos ſtatim dei numine replebatur.

Immotos tripodas uaſtæq; ſilentia rupis
Appius heſperii ſcrutator ad ulima fati
Solicitant: iuſſus ſedes laxare uerendas
Antiſtes: pauidāq; deis immittere uatem.
Caſtalios circū latices nemorūq; receſſus
Phœmonoē errore uagā: curiſq; uacantē
Corripuit cogitq; fores irrumpere tēpli
Lūine terrifico metuēs cōſiſtere phœbas
Abſterrere ducē noſcendi ardore futuri.
Caſſa fraude parat. qd ſpes ait iproba ueri
Te romane trahit: muto parnaſus hiatu
Conticuit. præſſitq; deū. ſeu ſpiritus iſtas
Deſtituit fauces. mundiq; in deuia uerſū
Duxit iter. ſeu barbarica cū lāpade pyton
Arſit. in immēſas cineres abiere cauernas
Et phœbi tenuere uiam. ſeu ſponte deorū
Cyrrha ſilet fatiq; ſat eſt arcana futuri
Carmine longæuæ uobis cōmiſſa ſibyllæ
Seu pean ſolitus tēplis arcere nocentes
Ora quibus ſoluat uoſtro inuenit æuo.

℄SVLPI. Trypodas immotos Cortinas ad quas iā diu nemo acceſſerat: & diu ſiluerant uexat ut reſpōdeatur. Scrutator: fati indagator & explorator eſſet ultimi euentus belli. Antiſtes qui templo præerat quo nomine appellatur etiā quiſquis aliqua re excellit & preeſt. Laxare. aperire. Vatē. puellā. Pauidā: morte futura. Caſtalios: circū: Valerius inquit Antiſtitē ab appio immiſſā poeta ab antiſtite delectā eſſe puellā quæ iuxta fontē Caſtaliū in parnaſi radicibus uagabatur. Caſtilus dictus a Caſtilia nympha: quā cū perſequeretur apollo ſeſe de rupe præcipitauit & in fontē conuerſa eſt. Receſſus: loca remota. Phœmonoen: Strabo ait phœmonoen primā diuinantē pythiā fuiſſe ferunt urbis quoq; uocabulū a pytheſche id eſt interrogare audire diſcere inclinatū eſſe Mihi uero coniectare libet phœmonoen enim archadicæ lacus Ouidius eſt lacus archadiæ phœmon dixere priores. Vagā errore: uagantē & errantē. Vacantē: uacuā. Phœbas: phœbi ſacerdos. Corrupuit: manu apræhendit. Limite terrifico: iuxta foramen ubi nomē concipiebatur. Caſſa: inani & uana tractū a caſſibus: ideſt telis aranearū quæ fragiles uanæq; ſunt. Improda ſpes ueri: audax cupido noſcendi uentura. Hiatu muto: antro nō reddente oracula. Præſſit: oppræſſit & obruit. Iſtas fauces: hoc antrū. Duxit iter uerſū: diuertit alio. Python: cortina pythonis corio tecta. Barbarica lampade: barbarorū Thraces enim ut ſupra diximus delphicū templū combuſſerant poſſumus intelligere & de Xerxe qui ante naualis prælii congregationē miſerat quatuor milia armatorū delphos: & ad templū apollinis diripiendū quaſi nō cū græcis tantū: ſed cū diis immortalibus bellū gereret quæ manus tota hymbribus & fulminibus delata eſt poſt hæc Teſpiadas & Athenas & plateas uacuataſ hominibuſ incendit ut ait inſtinus De brenno & gallis intelligendū nō eſt quantū ante deleti ſunt quā templo nocerent ut Valerius memorat. In cineres: repletæ ſunt cinere cauerne ita ut ſpiritus uiā qua progrediatur nō habeat. Sponte deorū: uolunt enim dei eū ulterius nō reſpondere præſertim romanis qui poſſunt ſua fata in libri ſibyllinis inſpicere. Commiſſa: ideſt eſſe. Sibyllæ longæuæ: nota eſt fabula Nā ab amatore apolline ad numerū arenæ manibus auſte annos dicitur impetraſſe: & in uocē fuiſſe conuerſā. Ea nouē libris romanorū fata mandauerat ex quibus tres tantū ſuperfuere conbuſtis reliquis: quū Tarquinius priſcus ut inquit Lactantius ſiue ſuperbus ut Gellius in ternos trecentorū philippeorū pretiū denegaſſet. Arcere nocentes. nō ſe ſpondere nocentibus quod quidē nō uerū eſt nā ſupra poeta dixit. Hoc tamē expoſitū cunctis nulliq; negatū numē. Sed ideo mentitur phœmonoe ut abſterreat appiū. itaq; bene præmiſſū eſt illud Caſſa fraude. Soluat: ora: per quos loquatur uel quibus reſpondeat.

℄OMNIBO. Immotos: quia nemo ad ipſos peruenerat. Silentia: quia diu ſiluerant. Vaſte rupis: ideſt magni & profundi illius antri. Ad ultima uſq; ad ultimum: Antiſtes uſus: antiſtes templi iuſſus ab Appio ut aperiret antrum & phœbadē uirginem immitteret: diu quæſiuit phœbadem: quæ per Parnaſum circa caſtalium fontem uagabatur ſecura non dubitabat enim poſt diuturnum tempus fora aliquem qui reſponſa dei peteret. Antiſtes: templi cuſtos qui alio nomine æditus appellatur. Phœmonoen: uirginem phœbadem: nam quæ eo temporis præerat ſacerdos templi ſic appellabatur: phœmone prima diuinatrix pythia fuit: ſic & uates ipſa uocata eſt: ut refert. Strabo. Receſſus: ideſt circū ſecreta nemorum. Cogit: inuitam ut accepta numine reſponſa det. Limine terrifico: phœbas quæ didicerat diſcrimine ſalutis ſuæ de

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

mū pectore accipere cōata eſt diſſuadere Appio ue uellet ab apolline reſpōſa accipere q; iā diu deſierat dare reſpōſa:& cæteras ratiōes afferebat cur iā deus in antro ſileret: ſed nihil ſuis rationibus apud Appium ualuit. Phœbas:nomē grecū. Limine:in antro Apollinis. Terrifico:terrorē incutiēti. Abſterrere: remouere. Caſſa:irrita & uana: Improba:proterua:quia ſperas ſupra q̄ obtinere poſſis. Veri:ut uerū ex oraculo cognoſcere poſſis. Parnaſus.ideſt cyrrha. totū pro parte. Hiatu mu. nullā uocē reddēte. Præſſitq; de. ideſt clauſit ut nullā uocē emittere uelit. Spiritus:obmutuit inquit oraculū:nā ex antro erupuit & alio migrauit. Verſū:cōuerſū. Deuia:extrēa mūdi. Seu barbarica:ſecūda ratio ſeu inquit cū tēplū cōbuſtū eſt: & a Xerxe & Brēno rege gallorū cieres clauſei ſpiracula tēpli:unde uox illa erūpebat ut poſtea exire nequerit. Phyton.i.cortina phœbi. Tenuere uiā: ideſt ſpiracula unde uox phœbi emittebat̃. Seu ſpōte deorū: tertia ratio: ſeu etiā ita dii uoluerūt ut poſthac reſpōſa daret:quia ſufficit uobis o ro. libros ſibylinos habere: unde poſſitis fata ueſtra cognoſcere. Arcana.ſcilicet carmina. Lōgæuæ ſibylæ quia cū Apollo captus eſſet amore ſibyllæ:& illa Apollini cōſētire nollet:ut eā præmio duceret: dedit liberā opinionē petēdi quicquid uellet:illa manu cōpræhēdēs arenā quātā utraq; māus cōpræhēdere poteſt: petit ab Apolline ut ſibi daret uitā tot annorū quot grana arenæ māibus cōpræhēdiſſet:ille cōſēſit:quæ ad ultimā ſenectutē redacta:cū nec quidē oculos attōllere poſſet:& iā uitæ ipſā tæderet:ciues cōmiſeratiōe eius cōmoti:quia ſub hac cōditiōe uitā diuturnā ſicuti(petierat)cōceſſerat Apollo ut nūquā moreret̃:donec patriā ſuā uideret:epiſtolā fecere: quā creta ſuæ terræ ſigillarūt. ſibylla accepta epiſtola terrā ſuā uidit. uidelicet Cretā: & ſtatim in mortē reſoluta eſt: Seu pœna:alia ratio:ſeu ideo tacuit Apollo:cū mos eius fuerit nēini reſpōſa dare niſi piis. omnes autē nūc nocētes ſunt & nemínē inuēit cui reſpōdere poſſit. Soluat: aperiat iā ad hāc fecē ætatis peruenerint homines ut nēo niſi nocēs inueniat̃: ideo Apollinis oraculū tacuit.

Virginei patuere doli. fecitq; negatis
Numinib⁹ met⁹ ipſe fidē. tūc torta priores
Stringit uicta cōas. crineſq; i terga ſolutoſ
Candida phocaica cōplectitur infula lauro
Hærētē dubiāq; premēs in tēpla ſacerdos
Impulit. illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicū prima templorū in parte reſiſtit
Atq; deū ſimulās ſub pectore ficta quieto
Verba refert. nullo cōfuſæ murmur̃ uocis
Inſtinctam ſacro mentem teſtata furore:
Haud æ quæ læſura decē cui falſa canebat
Q uē tripodaſ phœbiq; fidē ñ rupta tremti
Verba ſono. nec uox antri cōplet̃ capacis
Sufficiens ſpaciū nulloq; horrore comaq;

℄SVLPI. Metus fecit:fidē indicauit teſtatuſq; eſt adeſſe deos quos illa negabat. Nūinib⁹ negatis. ablatiuus eſt abſolutus. Tūc torta: tūc caput uicta cinxit & infulā hoc eſt mitellē cū laurea induit: Phocaica:delphica iā in phocide ſūt delphi. Sacerdos: antiſtes. Hærētē: dubitatē. Penetrale: ocū ſecretū ad cauernā unde egredit̃ ſpiritus. Atq; deū: mētiēs uirgo deū ſe cōcepiſſe fictis reſpōſis apiū deludebat. Q uieto:nō uexato adeo nā ſupra. dictū ē hūanā feriēs animā & apud Vir: Nō uultus nō color unus nō cōptæ māſere cōæ:ſed pectus anhelū. Cōfuſæ: obſcure ut ſolet phœbus loqui: Inſtinctā:impulſā. Furore ſacro: diuino impetu. Haud æquore: nō ita impune. Nō rupta trementi: ſigna quæ plene deo ſolēt accidere & in hac nō euenere perſtringit ut tremebūda & maxima uox interrupta uerba cōarū horror: laureæ deturbatio: trēor tēpli & horror nemoris. Nec uox: ſufficiēs ampla & ſupra humanā. Virg. nec mortale ſonās. Laurus:qua corōata erat uates:Immotaq; culmina:uix ea fatus erat tremere omnia uiſa repēte. liminaq; lauruſq; dei totuſq; moueri mons circū ſecurū ſine horrore qui illic ſtātibus incutiebat̃ cōcuſſis arboribus.

℄OMNIBO. Virginei patuere doli: his rationibus uſa eſt ſacerdos quæ nō uidebantur contennendæ: ſed tamē in hoc ipſo quod metuebat uirgo intellexit fraudē illius Appius. Doli inſidiæ: quibus Appiūa petendo oraculo abſterrere parabat. Negatis:nā quod negabat reſponſa dari:ſignificabat metū. Tunc torto:quia nō potuit deterrere Appiū a propoſito:uirgo coacta eſt inſignia ſacerdotis accipere: ut in antrū ingrederetur ritu ſacerdotis. Prioris:a fronte. Stringit comas:more mulierū: quæ crines uita compræhenſos capti intorquent & inuoluunt. Phocaica inſula: ideſt phœbeia:nā ut refert Strabo ad occiduos uſq; phocidis montes locatus eſt Parnaſus muſis & apollini dedicatus. Hærētē:tardantē quia ingredi nolebat ad periculū manifeſtū. ſciebat enim nō inde ſe exiturā ſine magno uitæ ſuæ diſcrimine. Premens: urgens. Illa pauens:nec dū a fraude & dolo ſtetit: nā cū paulo proceſſiſſet ſimulauit ſe accepiſſe nomē & uerba neſcio quæ incerta & ambigua dicere quæ quaſi reſponſa uideri uolebat: ſed appius etiā fraudē cognouit & minatus eſt grauiter: niſi ad tripodas apollinis ueniret. Penetrale: quia niſi ad interiorem templi partem deſcendit non recipiebat numen. Prima parte:in ipſo aditu. Simulans:quaſi deus in ſe inſediſſet. Quiete:quia quietum erat pectus:ideo manifeſtum erat nondum afflatam eſſe. Confuſæ uo. non enim prius fata & reſponſa dabat ſacerdos quam in inſaniam conuerteretur. Intactum inſtigatum incitatum. quia murmur uocis confuſum non erat ideo teſtatur mentem ſuam nullo furore: percuſſam: & bis intelligitur: ut ſi nullo furore: Teſtata: oſtendens nullo furore. Haud æquæ læſu. quibus uerbis non magnis læſura erat appium:quam fidem oraculi nam dum falſa diceret fidem oraculi offendebat: quia mendatium appius & cæteri attribuiſſent apollini. Canebat:dicebat. Fidē: quia mendatiū illud deo aſcriptū fuiſſet. Non rupta:qa uerba nū emittebat inter rupta; ſed ſemiplena. Nec uox exaudiri pene poterat: qa hūana nō diuina erat nā dū diuia erat adeo reſōabat:ut uniuerſū tēplū cōpleret. Spaciū. ſan. qa cū deū accepiſſet uirgo rigebāt cries adeo ut eiiceret̃ ſerta laurea de capite. Horor.i. rigor. qa cōæ nō rigebāt ut excuteret̃ ſerta lau



rea. Immotaq; culumina templo. quia tremere omnia uiſa repente: ut Virgili. ait: tamē nihil hic mouebatur. Securum:nulla trepidatione concuſſum ſicut antea conſueuerat ideſt quietum. Credere:committere ſe phœbo.

Excuſſæ laurus immotaq; culmina templi.
Securūq; nemus ueritā ſe credere phœbo
Prodiderāt. ſēſit tripodas ceſſare furenſq;
Appi⁹. & nobis meritas dabis ip̄ba p̄eas
Et ſupis quos fingis ait. uiſi mergeris ātris
Deq; orbis trepidi tanto conſulta tumultu.
Deſinis ipſa loqui: tandem cōterrita uirgo
Cōfugit ad tripodaſ. uaſtiſq; adducta cauer
Hæſit. & iſueto cocepit pector̃ nūen nis
Q uod nō exhauſtæ per tot iā ſæcula rupiſ
Spiritus ingeſſit uati. tandemq; potitus
Pectore cyrrhæo. nō unquā plenior artus
Phœbados irrupit pean. mentēq; priorem
Expulit: atq; homínē toto ſibi cedere iuſſit
Pectore. bacchat̃ demēſ aliēa: per antrum
Colla ferens. uictaſq; dei phœbeaq; ſerta
Erectis diſcuſſa comis per inania templi
Ancipiti ceruice rotat. ſpargitq; uaganti
Obſtātes tripodas. magnoq; exæſtuat igne
Iratum te phœbe ferens. nec uerbere ſolo
Vteris. & ſtiulis flāmaſq; i uiſcera mergis
Accipit & frenos. nec tantū prodere uati
Q uātū ſcire licet. uenit ætas omnis in unā
Cōgeriē. miſerūq; p̄mūt tot ſæcula pectus
Tanta patet rerū ſeries. atq; omne futurū
Nititur in lucem. uocemq; petentia fata
Luctant̃. nō prima dies. nō ultima mundi
Nō modus. oceāi. nūerus ñ deerat arenæ.
Talis in euboico uates cumana receſſu
Indignata ſuum multis ſeruire furorem
Gentibus: ex tanta fatorū ſtrage ſuperba
Excerpſit romana manu. ſic plena laborat

℄SVLPITIVS Prodiderant:hec omnia quæ dicta ſunt manifeſtauerant. Ceſſare tripodas: ab eſſe numē apollinis & ſe ad tripodas nō contuliſſe. Et nobis: increpat phœbadē. Deſinis ipſa: per te nō inſtinctu apollinis. Adducta: inclinata ſe ad mouit foramini per quod uentus ſpirituſq; egredit̃. Spiritus: uentus. Nō exhauſtæ:nō uacuatæ & a qua nō ceſſat egredi. Ingeſſit immiſſit. Cyrrheo:uirginea ex cyrrha. Tandē:quia iā olim nō fuerat aliquā ingreſſus. uel ad appii deſideriū refert̃. Mentē priorē:humanū ſenſū. Aliena:a ſpiritu agitata & illi parentia. Diſcuſſa: diſcuſſas habens & abiiciens uittas infulā & laureā. Erectis: nā ſtatim concepto numine capilli in ſurrexere. Rotat:uertit ſe. Per mania templi: per uacuū templū. Vaganti: ſibi. Obſtantes:obuias. Igne. feruore nimis. Iratū: quia dudū fuerat eū mentita. Verbere:nō modo ipſā torquebat: tanquā uerbetibus & ſtimulis uerū etiā incendere frenareque uidebat̃. Accipit & frenos: prohibet̃ nō niſi quædā loqui. Virgilius ea frena furenti connetit & ſtimulos ſub pectore uertit apollo. Prodere: enunciare nā nihil ignorat. Venit: ætas. Omniū: ætatū fata in unū erant cumulū & globū coaduna ta. Tot ſæcula: fata totius æui. Nitit̃ in lucē: conat̃ egredi & enuntiari. Petentia uocē:cupida expromi. Luctant̃:conantur egredi. Nō deerat: hæc ſciebat & norat. Modus oceani. menſura altitudo & finis maris: Numerus arenæ: q; ſint grana & corpuſcula arenæ. Talis. non aliter nouerat huiuſmodi ſibylla cumana quæ ut immineret ſibi uaticinandi laborē fata romanorū ſehorſū annotauit nouēq; libris complexa eſt. Talis:tā conſcia fatorū. Euboico:cumano. Cumæ enim oppidū in campania conditū ab atticis q ex euboia uenerūt eſt autē euboia inſula auulſa boetiæ:& in atticā uergens in qua chalcys eſt oppidū. Virg. & tandē euboicis cumarū allabit̃ oris Idē chalcydicaq; leuis tandē ſuper aſtitit arce. Furorē: ſuæ mentis commotionē. Strage fatorū: cumulo fortium. Excerpſit:coegit in libros romana fata & ſcripſit.

℄OMNIBO. Senſit tripodas: illa quidē ſimulabat ſe accepiſſe deū:ſed Appius ira plenus minari cœpit niſi aditū templi ingrederet̃ & deſineret ipſa per ſe loqui daret pœnas cū præſertim tantis de rebus conſuleret: ita correpta uirgo tandē deſcendit ad tripodas:& in furorē conuerſa eſt. Ceſſare. ideſt a uerbis alienos eſſe: quia nō ab adito numē acceperat. Furens:indignabundus. Impia:cōtra deos:nā ſicut pietas & in patriā & i deos & i parētes debet̃: ita ipietas hoc ē ātpietas loco ſciētia colendorū deorū:impietas e contrario. Et ſuperis quos fingis:quia nō recte colis deū:immo mentiris. Mergeris:ingreſſa fueris antrū. Ipſa. ideſt per te ipſā. Inſueto:inſolito: quia numē illud diu reſponſa nō dederat & plenius erat antrū numine:ideo maiore quantitate numinis pectus puellæ repletū eſt. Nō exhauſtæ. ideſt plenæ. Ingeſſit: inculcauit. Pectore cyrrhæo: uirgineo quæ cyrrhæi antri cuſtos atq; ſacerdos erat. Irrupit:ingreſſus eſt pæan phœbados pectus. Plenior:maior. Mentē priorē:humanitatē ex pectore uirginis extruſit. Demens:inſana more bacchantiū. Aliena:ideſt a mente ſua remota. Serta: redimicula capitis quibus ſacerdos religabat̃. ſignificat inſulā. Phœbea ſignificat laurū:quæ apollini eſt conſecrata. Per inania:uacuū & connexitatē templi. Spargitq;: & illa cū uagaret̃ inſana ſepæ offendebat̃ tripodibus quos in medio templi euertebat. Spargit:euertit. Igne:ſcilicet furore & uehementia iratū. Nec uerbere ſolo: nec ſolū inquit ſtimulas & irritas uirginē ut futura prædicat:ſed reprimis atq; refrenas ut multa taceat. Flāmas: aperiendi res occultas cupiditatē. Prodere: nā omnia ſciebat ſed niſi quod concederet phœbus dicere poterat. Omnis ætas: p̄ſens p̄terita & futura. i. omne ſæculū q̄a conſtitutione mundi fuerat ſciebat.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Congeriẽ:cumulũ:ſcilicet mentis illius. Tot ſæcula:ſcilicet quot præterierant. Præmunt:occupant. Patet.ſcilicet menti puellæ. Nitiť in lu: in apertũ quia quæ mente conceperat:uolebat ut cognoſcereť: ſed Apollo prohibebat:Luctãť:ſcilicet exire. Petẽtia:appetentia uocẽ puellæ ut declareť. Deerat: ſcilicet ſcientiæ illius. Prima dies:ideſt ſciebat a prima conſtitutione mundi uſq; ad finẽ:quæ facta præterita & futura erant. Nõ modus:ideſt menſura:quia exprimere potuiſſet numerũ arenarũ:ſi deus permiſiſſet. Talis:nunc per ſimilitudinẽ:talis inquit erat qualis Cumea ſybilla quæ omnia quæcũq; fuerant & erunt futura ſciens:tedio uaticinandi omnibus delegit unũ imperiũ Ro.quod cæteris pæſtabat:ubi futura prædiceret: nã libros ſybillinos ſcripſit : quibus romana facta contineť : ita hæc puella licet omnia ſciret tamẽ nõ omnia dicere uoluit nec potuit. Euboico receſſu:ideſt in antro cumarũ:quas Euboenſes ut refert Solinus condiderunt: & ibi ſaccellũ & antrũ eſt illud famoſũ ſybillæ.De quo multa Virgilius. Multis gentibus ideſt etiã infimis: Strage:cumulo fatorũ. Superba: generoſa. Sic : eodẽ modo laborat ut diligenter exquirat mente ſua ea omnia excipere quæ ad te pertineant o Appi.

SVLPI. Operti dei: apollinis latentis in terra delphica. Vix inuenit : dificile enim erat unius appii fatũ inter tot & tanta recondita inuenire. Veſana : magna. Spumea tũ primũ: inuento appi fato acrius eã concitatã inquit fuiſſe. Effluit:emittiť. Meatu:expræſſione Clara: quæ a perte audireť. Iã domita: iã compoſita a numine ad uaticinandũ nã principio deũ pati nõ poteſt : & bacchans conať excutere ſed ut ait Maro Tanto magis magis ille fatigat os rabidũ fero corda domãs fingitq; præmendo. Mœſtus: mœſtitiã indicans uel inculcens: Effugis. nihil eſt inquit ad te hoc romane bellũ Euboicæ cælũ obtinebis ut Valerius ſcribit. Expers diſcrimini : ſeũ ante pharſalicũ certamẽ indicat periturũ. Quietẽ:mortẽ intelligit. Lateris. regionis. Suppræſſit : reticuit & enuntiari uetuit : Obſtruxit fauces: clauſit os. Cuſtodes: quærit poeta cur tot futuras calamitates romanorũ apollo reticeat:an forte quia nondũ conſtituere dei illas inferre : an ut Cæſar Victor brutũ percuſſorẽ uitare nõ poſſit. Potens ueri: ueridice. Suprema: ultima tempora: Ceſos : occidendos : tempus pro tempore ut ſubmerſaſq; obrue puppes. Collapſas quæ collabeť. Nefas:calamitatẽ: Caput: ſalutẽ. Tenent:reſeruanť a deo & phœmonoe. Facinus uindicis gladii : cedẽ Cæſaris. ordo eſt an taces ut fortuna peragat facinus. Furoris: belli ciuilis concitati ex imperii cupiditate. Regna: ideſt ut romã ſubiuget & poſtea reges interficianť: & eiicianť ut iunii bruti temporinus. Ad brutos: ad bruti ſimiles ſat erat brutũ dicere:ſed latenter hoc in neronẽ protulit Duo autẽ fuere bruti qui urbẽ liberauere iunius brutus qui reges expulit: & Marchus Brutus qui cum Caſſio cæſarem interemit.

Phœmonoe phœbo dũ te cõſultor operti
Caſtalia tellure dei uix inuenit appi
Inter fata diu querẽs tam magna latentem
Spumea tũc primum rabies ueſana p ora
Effluit. & gemitus & anhelo clara meatu
Murmura. tũc mœſtꝰ uaſtis ululatꝰ i antris
Extremæq; ſonant dõita iam uirgie uoces
Effugis ingentes tanti diſcriminis expers
Bellorum o rõane minas. ſoluſq; quietem
Euboici uaſta lateris conualle tenebis.
Cætera ſupp̃ſſit fauceſq; obſtruxit apollo:
Cũſtodes tripodes fatoꝝ arcanaq; mundi
Tuq; potens ueri pæan: nullumq; futuri
A ſuperis celate diem ſuprema ruentis
Imperii. cæſoſq; duces. & funera regum
Et tot in heſperio collapſas ſanguine gẽtes
Cur aperire times: an nõdũ numina tãtũ
Decreuerẽ nefas: & adhuc dubitãtibꝰ aſtris
Pompeii damnare caput tot fata tenẽtur
Vindicis an gladii facinus pœnaſq; furoris
Regnaq; ad ultores iterũ redeũtia brutos

COMNIBO. Operti: neq; enim licebat alia aperire: ſed ea tãtũ de quibus cõſulteť: cõſultor diciť qui cõſulit & reſpõſũ petit. Horatius cõſultor ubi hoſtia pulſat. Caſtalia tellure: ideſt in cyrrha : iuxta quã fõs eſt caſtalius muſis ſacer. Vix inuẽit: quia inter rerũ omniũ ſẽtẽtiã latebat q̃ ſcire uolebat Appius: ideo nõ facile iuẽiebat. Diu quærẽs: cũ tãdẽ inuẽiſſet q̃ ſcire cupiebat Appius : rẽouato furorẽ maiorẽ quaſi rabiẽ præferẽs ſpũas ex ore uomebat. Effluit: ſcilicet e pectore. Anhelo meatu : quia nimio ſpiritu trahebanť. Domita. ideſt iã ſubacta imperio Apollinis: trãſlatio eſt ab equo qua etiã in ſibylla utiť Virgilius Os rabidũ fera corda domãs. Effugit in gẽtes. Appio reſpõdet phœmonoe. Soluſq; quidẽ: habebis quietẽ in ualle Euboici maris cõſtitutis: In uaſta cõualle: nã ibi ſepultus eſt: & ita bellũ ciuile morte præuẽtus effugit. Cætera ſuppreſſit: quæ nõ pertinebãt ad Appiũ. Cuſtodes: nũc ad phœbũ apoſtrophat interrogãs: cur nõ omnia dicat quæ Populo Romano imminebãt pericula nõ enim omnes clades exprimebat. ut populus ro. prouidere poſſet deinde cauſas dicit: cur ea uoluerit eſſe occulta Apollo. Tripodes: ideſt Apollo cuius tripodes i tẽplo delphico poſiti ſũt. Fatorũ arcana: idẽ eſt: nã fata ſũt ſecreta totius mũdi. Futuri. ideſt qui cognoſcis futura tãquã præſẽtia. Suprẽa: finẽ ultimũ. Duces: qui tot occiſi fuerũt. Regnũ: qui ſimul cũ Rõa cecidere. An nõdũ: reſpõdet tacitæ quæſtiõi an fortaſſe ideo taces: quia nõdũ dii ſtatuere quid futurũ ſit : & nõdũ ſatis planũ ſit moriturũ eſſe Põpeiũ. Dubitãtibus aſtris: ſecũdũ opinionẽ eorũ: qui dicũt omnia fieri infuſione ſtellarũ. Tot fata: ideſt tot uẽtura : Vindicis: alia ratio eſt ne ſi omnia dixeris prohibeať Brutus : ulciſci patriã a cæ. oppreſſã: nã ſi hoc præſciuerit cæ. prohibebit ne ſibi ſtruãť inſidiæ. Facinus: ſcilicet præclarũ nã laudat hoc factũ Bruti qui patriã a tyrãnide liberauit. Vindicis. Bruti ultoris patriæ. Furore: cæſaris quia furore potius quã ratiõe ductus libertatẽ occupauit. Ad ultores brutos : ſicut primus ille brutus pulſis re-



gibus ad conſulatum redegit imperium: ita nunc quoq; futurum eſt ut occiſo cæſare iterum conſulatus in urbe imperium teneat.

Vt peragat fortuna taces: tũc tẽpore uatis
Impacte ceſſere fores: expulſaq; templis
Proſiluit: perſtat rabies: nec cuncta locuta ẽ:
Quẽ non emiſit ſupereſt deus illa feroces
Torq̃t adhuc oculos: totoq; uagãtia cœlo
Lumia: nũc uultu pauido: nũc torua minaci
Sta: nunq facias: rubor igneus inficit ora
Liuenteſq; genas: nec qui ſolet eſſe timenti
Terribilis ſed palor ineſt: nec feſſa quieſcũt
Corda: ſed ut tũidus boreæ poſt flãinapõtus
Rauca gemit: ſic multa leuãt ſuſpiria uatem:
Dũq; a luce ſacra qua uidit fata refertur
Ad uulgare iubar: mediæ uenere tenebræ.
Immiſit ſtygiam pean in uiſcera lethen
Quæ raperet ſecreta deũ: tũc pectore uerũ
Fugit: & ad phœbi tripodas rediere futura
Vixq; refecta cadit: nec te uicinia lethi.
Territat ambiguis fruſtratum ſortibus appi.
Iure ſed incerto mũdi ſubſidere regnum
Chalcidos euboice uana ſpe raptæ parabas.
Heu demens nullum belli ſentire fragorem
Tot mundi caruiſſe malis: præſtare deorũ
Excepta quis morte poteſt: ſecreta tenebis
Littoris euboici memorando cõdite buſto.
Qua maris auguſtat fauces ſaxoſa cariſtos.

SVLPI. Impacte ceſſere: impulſæ aperte ſunt. Expulſa: a deo. Proſiluit: raptim exiit. Perſtat: remanet. Deus: pars ſpiritus. Nunc multum pauido: ſic Virg. non uultus non color unus non comptæ manſere comæ. Stat: in eodem ſtatu eſt. Terribilis: uehementiſſimus & qui terreať. Sed ut: ſic poſt dei abſceſſum uexabatur uates : ut agitantur maria etiam ubi borreas flare ceſſauit. Tumidus: fluctuoſus. Gemit: reſonat. Leuant: recreant leuabatur enim ſuſpiriis. Dumq; a luce : dum a diuina mente in humanam redit exanima eſt per lucem autem intelligit rerum: illam noticia: per iubar uulgare cognitionem humanam quanquam etiam per lucem ſacram templo incluſum aerem per iubar uulgare profana loca expoſita aeri & ſolis ſplendori accipere poſſumus. Lethen: obliuionem deleuit enim e mente eius fata quæ uiderat. Futura notitia futurorũ. Refecta: recreata & quæ in ſe redierat. Cadit: mortua eſt ſupra dixit. Nam ſi qua deus ſub pectora uenit Numinis aut pœna eſt mors immatura recepti : aut pretium. Nec: tu tameno appi nihil metuebas oraculo nõ intellecto: quanquam eſſes moriturus breui & in proximo loco. Hic ut ſcribit Valerius ratus conſiliis appollinis ſe moneri: ne illi diſcrimini intereſſet in eam regionem receſſit: quæ inter Ramnuntam nobilem attici ſoli partem Chariſtumq; chalcydico freto uicinam interiacens cellæ euboiæ nomen obtinet: ubi ante pharſalicum certamen morbo abſumptus prædictum a deo locum ſepultura poſſedit: Raptæ: deductæ. Subſidere: ſuppoſitũ iri tibi. Iure mũdi incerto: cũ adhuc ignoreť quis ſit dominaturus. Chalcidos: oppid. quod olim ethalia ẽ appellatum adiecit autem euboicæ quoniam altera chalcis in etholia eſt ut ait ſtrabo. Sentire: ut nõ ſentias. Caruiſſe tot malis: tot aduerſitatum inexpertem fore. Excepta monte: nam ſola mors dare poteſt. Morte: quæ dei eſt. Chariſtos urbs euboicæ opulentiſſima ut ait Mela: quæ diuerſis auctore plinio fuit nominibus appellãta ea eſt chariſta marmoris ferax. ſenecaan ferax uarii marmoris chariſtos: eſt enim illic ut ait ſtrabo columnarum lithomia ideſt exciſio lapidum. Ibi naſcitur & apis quem pectunt nent texunt. Inde mantilia egregie contexta ubi ſordeſcunt: in flamma coniecta emundantur illeſa.

COMNIBO. Ceſſere fortes: quia eas furibunda impulit. Impactæ: impulſæ. Expulſa: eiecta impetu numinis. Perſtat rabies: adhuc furor & inſania permanſit in pectore. Quem non emiſit. i. expræſſit loquendo: fata enim quæ a phœmonœ retinebantur in pectore: luctabantur exire: ideo furoris adhuc reliquiæ permanebant. Lumina: quia ſuſpiciebat huc & illuc ferens uultum. Stat nunquam facies: quia modo læta modo triſtis uidebatur. Rubor igneus: modo quaſi irata rubeſcebat facies. Pallor: furoris. non qui ſolet eſſet timenti: ſed errorem ſignificabat. Nec feſſa quieſcunt: phyſionomice: quis feſſa: tamen non quieſcebant. Sed ut timdius: dicit emiſiſſe ſuſpiria: e pectore ſacerdotem: qualia ſolet emittere murmure ſuo boreas: tunc cum flare deſinit : nã q̃q̃ ſenſim dimiſiſſet furorem tamen aliquid furoris cogebat eam ſuſpiria emittere: & effundendo ſuſpiria quodammodo pectora leuari uidebantur. Pontus gemit: quia poſtq̃ mare boreas turbauerit: & uiolentus ille ſpiritus diſcedere incipiatq;: tamẽ adhuc mare priorẽ perturbationem ſentit & murmur emittit. Rauca: pro rauce. Leuãt. nã ſi crebra ſuſpiria remittimus: leuari quodãmodo uideť grauitas cordis. Dũq; a luce. dũ ab illa cognitione diuina & dũ a tẽplo exiret dicit diuinã quidẽ mẽtẽ relinquere. humanã aũt recipere: inter hæc duo extrẽa tenebræ oculis obortæ ſunt: & exanguis cecidit. lucẽ uero appellauit eo q̃ i ea uiderat oĩa atq; cognouerat. Ad uulgare iubar. i. ad cõem ſenſum & humanã mẽtẽ: nã humana mẽs eſt lux cõis & intellectus: ille uero diuinus erat. Mediæ tenebræ. inter diſceſſum diuinæ mẽtis. & reditũ humanæ: Immiſſit ſtygiã. i. obliuionẽ rerũ oĩum: nã ſtyx appellatur palus inferni: de qua cũ biberint aĩæ malorum oium obliuiſcuntur: quæ perpeſſæ ſunt. Itẽ ſtrabo libro. viii. dicit: in argiua ora apud pheneũ campũ ſtare ſtygis aquas: ſic enĩ uocatur lætalis aquæ ſtillicidiũ: quã ſacrã hoium facit opinio. Raperet. auferret. Futura. quæ in pectore illius cõſtiterãt. Refecta. i. quæ uix refici potuit a tanto furore. Nec te: nunc redit ad Appium: dicens quomodo Appiũ fefellit oraculũ Apollinis : quia dixerat ipſum ſolũ effugere minas bellorũ ciuiliũ. & ſoli dicere in Euboico littore in pace conſiſtere Vicinia. i. uicinitas mortis. Subſidere. i. tibi ſubiicere. Incerto iure: incerta pãte: uidelicet uter mũdi teneret

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

imperium.an cæſar:an pompeius. Raptæ:ſublatæ. Chalcidos euboicæ:chalcis euboicæ metropolis prædicatur & proculdubio dignitatis principatum reportat. Euboicæ:dicit quia:ut inquit ſtrabo Chalcis eiuſdem appellationis in Etolia quoq; dicitur. Heu de.quia ea tibi perſuades:quæ uix deus cuiq̃ præſtare poteſt:ut toto orbe terrarum perturbato nihil perturbationis abs te ſentiatur. Excepta morte.i.non intelligis deum minari tibi mortem:cum dicat te quieſcere poſſe. Secreta tenebis:o demẽs inquit Appi tu credis te ſolum immunem fore belli ciuilis:ſed te multum fallit opinio:nam mors erit quæ te premet:& hanc tibi quietem dixit apollo:nam in euboea ſepultus iacet bis:& hic Lucanus locum deſcribit ubi ſepulchrum habuerit Appius. Secreta.i.ſeceſſum. Memorando:quia memoriam maris illius ſepulchrum tenebit. Caryſtos ciuitas eſt euboæi Caryſtos ut Refert ſtrabo ſub montem ſalomin in atticam proſpectantem conſiſtit:ad Caryſtum lapis naſcitur quem pectunt:nent:texunt:inde mantilia conficiuntur egregie contexta: ea ubi ſordeſcunt in flammam proiecta non ſecus mundantur:q̃ ſi maculas elueris.ſolinus dicit:ꝙ ibi fiunt carbaſa quæ inter ignes ualent & ꝙ chalcis eadem habita eſt apud priſcos:ut Gallidemus auctor eſt ære ibi primum reperto. Anguſtat fauces:nam collis imminet mari:& in eo colle poſita eſt Caryſtos ciuitas quam ideo ſaſoxam appellauit.

Et tumidis infeſta colit quæ numina rhãnis:
Arctatus rapido feruet qua gurgite pontus
Euripuſq; trahit curſum mutantibus undis
Chalcidicaſ puppes ad iniquã claſſib⁹ aulim
Interea domitis remeabat cæſar iberis
Victrices aquilas alium laturus in orbem
Cum prope fatoꝝ tantos per ꝓſpera curſus
Auertere dei;nullo nã marte ſubactus
Intra caſtroꝝ timuit tentoria ductor
Perdere ſucceſſus ſceleꝝ:cũ pene fideles
Per tot bella manus ſaciatæ ſanguine tandẽ
Deſtituere ducem:ſeu mœſto claſſica paulũ
Intermiſſa ſono.clauſuſq; & frigidus enſis
Expulerat belli furias.ſeu præmia miles
Dum maiora petit dãnat cauſamq; ducẽq;
Et ſcelere imbutos etiam nũc uendicat enſes

❡SVLPI. Rhamnis urbs in euboia ubi ut ait ſtrabo eſt Nemeſeos templum quæ auctore macrobio contra ſuperbiam colitur. Ouidius in triſtibus. Nec metus dubio fortunæ ſtantis in orbe Numeri & exoſæ uerba ſuperba deæ.exigit at dignas ultrix rhamnuſia pœnas. Numina.Nemeſim. Tumidis:potentibus & ſuperbis. Arctatus gurgite rapido:ſtrictus aqua ueloci. Euripus:idem ſonat quod inquietus mare ẽ quod fluit & refluit.ut diximus libro ſecundo.aulim:Aulis regiuncula & oppidum in boetia cum portu quinquaginta nauium capaci contra euripum ſita. Iniquam claſſibus:quia notis flantibus egredi nequeunt ut græcis in troiam ire uolẽtibus accidit.Ouidius aulide te fama eſt uento retinente morari. A me cum fuges hic ubi uentus erat. Interea cæſar petreio Aphranioq; ſubactis bethicam adiit ibiq; omnium ciuitatum hiſpaniæ legatos ſibi adeſſe Cordubæ iuſſit conciliataq; uniuerſa hiſpania & Varrone qui bella ad gades parabat in deditionem accepto maſſiliam rediit & eam in deditionem accepit hic Placẽtiam accelerauit quod exercitus qui illic erat ſeditione excitata Imperatorem conclamauerat & præmium poſtulabat ut ſcribit appianus:ſtatimq; ut peruenit non modo oratione tumultum compeſcuit: ſed etiam totã legionem ignominioſam ægreq; & poſt multas & ſupplices ꝑces nec niſi exacta de fontibus pœna reſtituit:ut ſuetonius ait. In alium orbem:ĩ Italiam & in epyrũ contra põpeiũ. Prope auerterunt:quaſi remouerunt ſeriẽ fœlicitatis. Nullo marte ſubactus:ubiq; uictor. Succeſſus ſceleꝝ:uictoriã belli ciuilis. Satiare ſanguinẽ:cædẽ faſtidẽtes. Pene deſtituere:quaſi reliquerũt. Seu mœſto:ſeu quia aliquãdiu a ꝑliis ceſſaſſent:depoſuerãt priſtinũ pugnãdi furore. Clauſus:in uagina. Frigidus nã quãdo dimicatur caleſit. Præmia:ꝑſertim q̃ promiſerat brũduſii Cæſar. Cauſam:cæſaris.Duce:quia crudelis in ciues. Vendicat:propriã faci:. Imbutos ſcelere:maculatos ſanguine ciuiũ.

❡OMNIBO. Rhamnis:rhamnis ut inquit ſtrabo ciuitas atticæ nemæſeos templum habet & ſtatuam:quod Diodoti opus plæriq; dicunt:aliqui uero agoracriti parii:quæ ex magnitudine & pulchritudine perfecta:magis ac magis & cum phidiæ operibus æmulatione contendit. Tumidis infeſta:irata ſuperbis. Numina.ſ.nemeſeos. Nemæſis autem dea eſt quæ contra ſuperbos colitur: & nimia fœlicitate elatos:dicta νεμισαω indignum puto:& ſuccenſeo:quia iraſcatur elatis in ſuperbiam.Catullus Ne pœnas nemæſis repoſcat a te:eſt uehemens dea lædere hanc caueto. Inde rhamnuſia eſt appellata. eadem iuxta cyzicum adraſtea dicta eſt ab adraſto qui templum ei conſtruxit. Venerationis locum habet poſt autem dextram:quam antiqui attingebant quum eam uenerabantur.Plærique rhamnuſiam pro fortuna capiunt:ſed falſo pontus arctatus:inter ſaxa montis:ſuper quo impoſita eſt aulis:Aulis (auctore ſtrabone libro nono) lapidoſa ſane ora & Tanagreorum uicus eſt portus ſane eſt quinquaginta capiens naues quo circa græcorum claſſem magno in portu conſcendiſſe ſimile ueri eſt:prope conſiſtit chalcidis euripus. Rapido:unum ſequitur ex altero:ubi mare anguſtum eſt: ibi ſolet eſſe maior eſtus. Euripidusq;:ægæi maris ſinus eſt:inter eubœam inſulam:& Boetiam ſine phocidem in longum arctumq; productus & ſepties iter diem & noctem reciprocas agit undas.ideo infidus dicitur eſſe earinis:de huius euripi natura legitur quidam philoſophus eiuſdem nominis cum eam diu multumq; conſiderans inuenire non poſſet:quia reciprocas ageret uices.poſtquam ſcire non potuit natura fluminis:ſe præcipitem dedit in medios fluctus:dicens quando quidem euripus euripum non habet:euripus euripum habeat. Chalcidicas:euboicas. Ad aulidem iniquã claſſibus.ſ.græcoꝝ:nã cũ in aulidẽ græci ueniſſent:& mare perturbatum eſſet:aliquãdiu retenti ſunt:nec prius mare peccatũ fuit.q̃ de ſanguine regio placaret diana.cuius ceruã Agamennon occiderat:q̃uis fabulæ dicant:cũ iphigeniã imolaturus eſſet pater:diana cõmiſeratione ſtari ceruã ſubiecit. Ad uſq; ad.tantus eſt ĩpetus euripi ut uſq; ad aulidẽ naues ĩpellat. Claſſibus.ſ.Agamennonis ibi



tempore maris diu retentis. Interea Cæſar dũ hæc gerunt Cæſar ſubactis Petreio & Afranio ex hiſpania cũ exercitu uictore:redibat ut Põ.ſequeret.Sed hic fortuna quæ ſemper Cæ. ſecunda fuerat neſcio ꝙ dubitaſſe uidet an ſequeret Cæ.uoluntatẽ:nã milites diſſenſionem fecere:ita ut iam plane per omnẽ exercitũ dicerent ſe poſt hac Cæ.ſequi nolle:poſtquã nullũ ex tot laboribus atq; periculis præmiũ conſequerent & quã quã ſedito ferme illuc peruenerit:ut Cæ.deſererent:tamẽ Cæ. ſicuti ſemper in rebus difficilimis maior apparebat:ita hoc tempore oppreſſit hanc ſeditionẽ militũ ut multo q̃ antea obſequentiores facti ſint. Nonã ſiquidẽ tumultuantẽ legionẽ apud placentiã quanquã adhuc in armis Pom.eſſet(ut refert Suetonius)totã cũ ignominia miſſã fecit:ægreq; poſt multas preces:nec nõ de fontibus pœna reſtituit.minatus fuerat(auctoꝛ Appiano)decimũ quẽq; morte mulctare ſed gemitu ab uniuerſa legione edito:& prætoribus genibus affuſis qui ueniã depoſcebant Cæ.poſt modicũ uix tandẽ ab ira liberatus hoc ſolũ conceſſiſſe uiſus ut centũ duntaxat & .xx. ſeditionis ab omnibus eligeret duodecimq; ex his a cæteris ſceleſtos ſupplicio afficeret. Laturus ui.aliquas:ideſt exercitũ uictorẽ ducturus. In aliũ orbẽ:ut in græciã ſequeret Põ. Per proſpera:quia fortuna omnia ex uoto Cæ.fecerat. Tantos curſus:ſeditione orta in exercitu q̃ deſcribit. Nullo iã marte ſecundo:cũ ſemper aduerſus hoſtes Cæ.uictor extitiſſet in ſuis caſtris timuit:ne ſeditione militũ deſertus uinceret. Scelerũq; contra patriã arma ſumpſiſſet. Cũ pene:id autẽ fuit:cũ haud procul abfuit:quin milites Cæ. deſererent:quanuis per tot bella ſemper fideliſſimi fuiſſent. Fideles per tot bella:quæ in gallia britannia germania nouiſſime geſſerant. Seu mœſto.rationes nõnullas affert quãobrẽ animi fortaſſe militũ mutati fuerint.quia nõ nihil intermiſerant bella:ꝙ incruento marte Petreiũ & Afraniũ uicerant:& quia nõ redibant in italiã & quia deſueti erant a pugna:ideo hebetiores facti incipiebant nunc bonũ pacis cognoſcere. Mœſto ſono:quia mœſtitiã inducit. Clauſuſq; & frigidus:ideſt nõ exercitus ad cædes. Expulerat.ſcilicet eminente militũ inſaniã belli. Præmia:ſeu ꝙ laboribus ſuis haud digna præmia conſequebant. Damnat: cauſã quaſi in honeſtã. Duceq;.quaſi ingratũ. Scelere imbutos:quia etiã poſtquã ſæculus commiſerant a ſcelere enſes liberare uolebant.

Haud magis expert⁹ diſcrĩne cæſar ĩ ullo ẽ
Quã nõ e ſtabili trẽulo ſed culmine cũcta
Deſpiceret.ſtaretq; ſupra titubãtia fultus.
Tot raptis trũc⁹ mãibus.gladioq; relictis
Pene ſuo.qui tot gentes in bella trahebat
Scit nõ eſſe ducis ſtrictos ſed militis enſes
Nõ pauidũ iã murmur erat nec pectoꝛ tecta latẽs.nã q̃ dubias cõfringere mẽtes ecto
Cauſa ſolet.dũ quiſq; pauet.qb⁹ipſe timorẽ
Seq; putat ſolum regnorũ iniuſta grauari
Haud retiet qppe ĩpamet⁹ exoluerat audax
Turba ſuos.quicqd multis peccat multũ ẽ
Effudere minas.liceat diſcedere cæſar
Arabiæ ſcelerũ queris terraq; mariq;
His ferrum iugulis.animas effundere uiles
Quolibet hoſte paras.partẽ tibi galia nr̃i
Eripuit.partem duris hiſpania bellis

❡SVLPI. Haud magis:conſtat Cæ.auctore tranquillo nullã ſeditionẽ per decenniũ in caſtris habuiſſe in gallia in ciuilibus uero bellis hanc præcipuã. Equã nõ ſtabili culmine:ex quantũ infirmo ſtatu & potentia. Tremulo:dubio & periculoſo. Titubantia.trementia inconſiſtentia:& incerta. Truncus:priuatus & tanquã truncus. Manibus:militibus. Strictos:euagiatos. Nõ eſſe ducis:nõ eſſe in ſua poteſtate. Nõ pauidũ:iã conclamabant milites & iratos eſſe ſe oſtendebant:nec metuebant ne ſoli dominũ uiderent offendere:quia omnes erant unanimes. Nã quæ:nã metus ne indicarent Cæ.ipſos nõ retinebat:aperta enim audatia illo ſe liberauerant. Confringere:terrefacere. Dubias:incertas aliquid ad audiendũ. Dũ quiſq;:coniurati metuunt indicari a ſociis a quibus metuunt & ipſi tanquã ſoli ſint nocentes. Grauari iniuſta regnorũ:inferre moleſtiã iniuſtis regibus: Quicquid multis ſententia eſt ſiue paræmia. Liceat:oratio eſt militiſ pro omnibus copiis in Cæ.abſentẽ loquentis.Ea petitur miſſo:Cæ.accuſat militũ incommoda explicãt:bella ciuilia damnant.irritantq; milites ad patriæ deſideriũ cũ cõqueſtione a paupertate & ſenectute.Minat etiã Cæ.& eius accuſat ingratitudinẽ quod ſuis detrahat eſt autẽ ita in iudiciali demonſtratiuo deliberatiuoq; genere conſtituta ut in nullo magis uideat excellere. Arabiæ:a bellis ciuilib⁹ & eſt captatio beniuolentiæ a reb⁹. Viles:apud te.

❡OMNIBO. Haud magis expertus:& ſi omnia ex uoto cedebant tamen intellexit unquam ſtatum ſuum eſſe tam debile ſicuti nunc:cum pene deſtitutus ab omni exercitu ipſe ſolus ſtaret. Deſpiceret:tanquam deorſum aſpiceret tranſlatio ab eo qui in ſummo gradu conſtitutus ipſe ſuperſtes alios inferiores deſpicit. Culmine:ex altitudine gradus incerti. Truncus.nã Cæ.quaſi corpus appellauit:exercitum & milites corporis manus. Raptis manibus:amiſſis militibus ſuis. Gladio ſuo.deficientibus armis militum. Non pauidum:iam inquit non clam murmurabant in ſuum ducem milites ſed palam uerba contumelioſa iactabant.ut appareret eos a duce ſuo penitus alienos eſſe. Tecto:ſimulato:Nec quæ dicit unam uel potiſſimam cauſam eſſe cur populi metuãt tyrannũ:nec ſe ab illius iniuria ulciſcentur:quod unus quiſq; credit ſibi ſoli iniuſte imperari:non cæteris:nam ſi crederet ita ab uniuerſis odio haberi:ſicut a ſe non dubitaret aperte inuadere tyrannum:ſed hæc cauſa non erat in ipſis:nam milites Cæ.conſcii erant ſibi inuicem ꝙ omnes odio Cæ. haberent. Dum quiſq; pauet:tyrannus uult timeri:& tamen timet populum ſuum ut in officiis Ci. ait iniuſta grauari:ſynecdoche eſt ut grauatur mentem ideſt exiſtimat ſibi ſoli iniuſte imperare potentem. Exoluerat:liberauerat:quia oẽs ſciebant ſibi inuiſũ eſſe Cæ. Quicquid multis pecat nã ſi unus uel decẽ auderent tyrannũ ulciſci.tamẽ nõ poſſent:at ſi uniuerſa ciuitas conſentit ulciſci audet iniuriã. Effudere:euo



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

inuectas iras quas ſimul in pectore tenebant. Liceat diſcedere cæſar: eſt diſſuaſio ne cæſari militent. nā ſub eo militia dura eſt & laborioſa:argumētū a difficili. Liceat cōſtitutio coniecturalis:licet diſcedere: nō licet queſtio eſt:utrū liceat. Aut conſtitutio eſt iuridicialis.hoc modo. Diſceditis uos a militia: diſcedimus ſed iuſte:nā ingratus es: attamē nō licet uobis iuratis ab imperatore ueſtro diſcedere concedendū eſt:ſed refel lit oia.prio quia magna picula & labores perpeſſi ſunt:& patiunť tamē nullū præmiū acceperūt:Rurſus argu it a neceſſario quia ſi etiā diutius ſub eo militare uoluerint nō poſſent:cū ad decrepitā ætatē peruenerint rur ſus ab Inutili quia uictoriæ præmia ſolus poſſidet. Quæris:a difficili.arguit:quia laborioſa eſt miltia quæ ris ferrū iugulis noſtris:qui terra mariq; occidimur: Viles:ſcilicet tibi. Partē duris hiſpania bellis: ſcilicet fame:cū diluuiū hiſpaniā omnē inundauit adeo ut extrema inopia laborarent multi perierunt:nā armis pe ne nullus conſumptus eſt.

Pars iacet heſperia.totoq; exercitus orbe
Te uincente perit.terris fudiſſe cruorem
Quid iuuat arctois rhodāo rhēoq; ſubactis
Tot mihi pro bellis bellum ciuile dediſti
Cœpimus expulſo patriæ quū tecta ſenatu
Quos hoīum uel quos licuit ſpoliaŕ deoꝝ?
Im⁹ in omne nefas.māib⁹ ferroq; nocētes
Paupertate pii.finis quis quæriť armis
Quid ſatis eſt ſi roma parꝝ. iā reſpice cāos
Inualidaſq; manus.& inanes cerne lacertos
Vſus abit uitæ.bellis conſumpſimus æuū?
Ad mortē dimitte ſenes. en improba uota
Non liceat duro moriētia ceſpite membra
Ponere,non anima glebam fugiente ferire
Atq; oculos morti clauſurā quæreŕ dextrā
Coniugis illabi lachrymis.uniq; paratum.
Scire rogum.liceat morbis finire ſenectā.
Sit præter gladios aliquod ſub cæſare fatū.
Quid uelut ignaros ad q̄ portēta parēur
Spe trahis. uſq; adeo ſoli ciuilibus armis
Neſcimus cui⁹ ſceleris ſit maxima merces
Nil actū eſt bellis ſi nondū comperit iſtas
Oia poſſe māus. nec fas nec uincula iuris
Hoc audeŕ uetāt. rhēi mihi cæſar in undis

ℭSVLPI. Terris arctois: gallia & germania. Rhodano & rheno. horū fluminū accolis. Tot mihi: improbū inſperatūq; præmiū conqueriť. Cœpimus impietatē damnat. Licuit.commiſſū eſt. Manibus:propter rapinas. Ferro:propter cædes. Paupertate:ſumus tamē in tanta rapiendi licentia pauperes: tanquā ſi pii & inocentes eſſemus. Roma. imperiū romanū: & eū ab inſatietate arguit. Inualidas:debiles. Inanes: abſq; pulpa & toris. En improba uota: ironia eſt quaſi dicat modeſtiſſima & miſeranda. Dimitte ad mortē: libera a militia ut eamus ad moriendū domi. Nō liceat. ſiue moriamur in lectulo nō in terra in caſtris. Glebā:terrā Ferire:percutere capite uel pedibus anima diſcedente Clauſurā: clariſſimi enim oculos morientiū claudebant. Coniugis illabi: mori in ſinu coniugis lachrymantis. Vni:ſoli nā incaſtris unus rogus pluribus mortuis erigiť: domi uero ſinguli ſingulis conſtruunť. Sit præter: ſuperſit militibus tuis aliud genus mortis quā ex ferro. Quid uelut: quod ad omnē immanitatē: & pompei ſenatuſq; cædē ducanť accuſat. Vſq; adeo: minať cæſari mortē quā quidē honeſte poſſe inferri pluribus rationibus indicat. Cuius ſceleris: cuius ſceleratí facinoris.nā maximū præmiū milites ex cæde ducis accipiūt. Cōperit.re ipſa inueīt cæ: Poſſe oia:etiā ipſū iterficere ducē. Nec fas:nec ꝓhibēur ſacramēto militari & iure aliquo. In undis rheni:in bello gallico.
ℭOMNIBO. Iacet:apud maſſiliā in italia. Totoq; exercitus orbe: nos quidē occidimur.tu uero uictor appellaris. Fudiſſe cruorē: tot labores ſunt: tot pericula: ut ubiq; ſanguinē noſtrū pro uictoria tua effuderimus & ſine præmio. Terris arctois: in gallia: germania: & britania quæ ſunt in ſeptentrione. Rhodano rhenoq; ſub.idest ſubactis populis: qui iuxta rhenū & rhodanū habitant rhodanus galliæ:rhenus germaniæ.flu.eſt. Tot mihi:quia his bellis: quæ per tot annos ſuſtinuimus in diuerſo orbe terrarū:nihil niſi ciuile bellū ſupereſt. Cœpimus expulſo cū inquit urbē ro.ingreſſi ſumus:nec diuina nec humana licuit nobis diripere quando nil prædæ conſecuti ſumus & omnia in poteſtate tua fuerint:quid inde utilitatis conſecuti fuimus in urbe:quæ ē opulētiſſima:quid ex aliis ſupereſt ꝙ ſperare poſſumus. Deorū:templorū. Imus in omne nefas:ergo ſcelus noſtrū ē: utilitas uero tua: nā omnia ſcelera committimus propter diuitias:ſed tamē nos pauperes ſumus:tanquā pii & inocētes. Finis quis quæ. armis:quando nec capta ro.tibi ſufficere potuit: Iā reſpice canos: ſi nihil aliud cogit nos ab armis diſcedere ſaltē hoc iā enim ſenectus & mors ipſa imminet nobis: inde inquit membra noſtra ſunt exhauſta ſanguine & corpora noſtra ſenectute effœta. Vſus abit uitæ:ille enim ex uita abiit: cuius uita nullius fructus eſt. En improba:hæc eſt petitio:ut nō i caſtris:ſed domi noſtræ moriamur. Ceſpite: ut nō unda terra moriamur. Nō duro liceat:idest mori liceat uobis i cubilibus noſtris:apud uxores & liberos.ut ſaltē ſint qui morientibus nobis oculos claudant: Non anima galeā: idest liceat nobis non armatis interire. ſecundū eos loquitur qui dicunt animā eſſe aerē. Anima.idest ſpiritus exire nō poſſit niſi per galeā. Dextrā uel filiorū uel uxoris:uel parentum: quia ſic mos erat:ut propinquiores morientibus oculos clauderent. Coniugis illabi.idest inter lachrymas uxoris expirare. Rogum quia in caſtris rogus communis extruiť & multorum cadauera uni rogo ſuperimpoſita cremantur:liceat ergo ſingulis noſtrum rogum habere. Sit præter gladios ſit aliqua mors præterquam quæ illi to ferro. Quid uelut:rurſus ab inutili diſſuadet nunquid neſcimus ait quæ utilitas ſit in bello ciuili quaſi dicat inſani eſſemus. niſi intelligeremos eorum qui bella ciuilia gerunt ſolum labores eſſe: præmia uero unius tantummodo ducis. Spe:falſa: Portēta:bene appellauit pot



tenta cædes promiſcuas parentū filiorū & fratrū. Nil actū Cæ: intelligit poſſe nos illius iniuriā uindicare. Nec fas:arguit a facili. facile eſt a militia diſcedere:quia ſi alios popu. uindicauimus facile poterimus nos quoq; ab iniuria Cæ.uindicare. Nec uincula uetant.ut ab eo diſcedamus:nec diuino:nec humano iure prohibemur. Rheni mihi Cæ. quoad militauimus ſub Cæ.gallia ille noſter dux fuit. nā prouincia gallia Cæ. ſenatus Po.q; Ro.decreto demandata erat. at uero poſtquā in italia uenit. & urbē ingreſſus eſt cœpit eſſe priuatus:ergo cū nullū ius habeat magiſtratus: nihil illi obligati ſumus.

Dux erat hic ſoci⁹.facin⁹ quos iquiat æq̄t
Adde quod ingrato meritoq; iudice uirtus
Noſtra perit. qcqd gerimus fortūa uocať
Nos fatū ſciat eſſe ſuum. licet omne deorū
Obſequium ſperes. irato milite cæſar
Pax erit.hæc fatus totis decurrere caſtris
Cœperat. infeſtoq; ducē depoſcere uultu.
Sic eat o ſuperi quoniam pietaſq; fideſq;
Deſtituūt. moreſq; malos ſperat e relictū ē
Finem ciuili faciat diſcordia bello.
Quē nō ille ducē potuit terrere tumult⁹?
Fata ſed in præceps ſolitus cōmittere cæſar
Fortunāq; ſuam per ſūma pericula gaudēs
Exercere uenit.nec dum deſæuiat ira
Expecta. medios ꝓperat tentare furores
Non illis urbes ſpoliandaq; tēpla negaſſet
Tarpeiamq; iouis ſedem. matreſq; ſenatus
Paſſuraſq; infanda nurus. uult omnia cæſar
A ſe ſæua peti. uult præmia martis amari
Militis indomiti tantū mens ſana timetur
Non pudet. heu cæſar ſoli tibi bella placeŕ
Iā manibus damnata ſuis. hos ante pigebit
Sāguis.his ferri graue ius erit īpe p omne
Faſq; nefaſq; rues.laſſere.& diſce ſine armis
Poſſe pati. liceat ſcelerum tib ponere finē.
Sæuæ qd inſequeris? qd iā nolētibus iſtas?

ℭSVLPI. Hic:nunc in bello ciuili. Facinus quos inquinat.parœmia eſt.qui eodē crimine ſunt infecti æquales ſunt:& ſocii appellanť. in grato iudice: iniquo iuditio. Virtus:laus uirtus. Vocať fortuna.dicitur ab eo fœlicitaſ prædicat enim ſuo fato ſe uinceŕ nō militū fortitudine. Licet omne deorū: quanuis deos omnes propitios habeas tamē ſi tibi milites iraſcenť amplius bella nō geres. Obſequiū.deorū benignitatē. Infeſto:aduerſo & truci. Sic erat: orat deos poeta ut ſinant malis moribus finē bellis imponi cū in fide pietate & deorū benignitate nulla ſpes reliqua ſit. Solitus dimittere in præceps: ſolitus præcipitare magniſq; exponere diſcriminibus. Venit:iit ad reprimendū. Deſæuiat: mitigetur & ceſſet. Medios ꝓperat:Cæ.nunquā tumultuantibus ceſſit:ſed ſemper obuiā iit ut Suetonius ſcribit. Nō illis: omnia militibus conceſſiſſet ne belli ciuilis furor extingueretť: & nil aliud metuebat niſi ne bona mente ducti ſcelera nō appeterent. Amari: quia ciuile uel uerbū ſit. Nō pudet:obiurgat Cæ. poeta nimiæ in bellis ciuilibus pertinaciæ præſertim cū cogi quodā modo uideať illud deſerere. Manibus:militibus.Ius ferri: facultas interimendi & bellandi. Laſſere defatigeris:monet & conſulit quid agere debeat. Scelerū: bellorū ciuiliū. Nolentibus.recuſantibus bella ciuilia. Inſtas:urges.
ℭOMNIBO. Socius.quia ita priuatus eſt ſicuti nos. Facinus:ſicuti nos arma contra patriā ſumpſimus. ita & Cæ. ergo comune facinus eſt præmiū etiā æquale eſſe debet. Adde quod ingrato:arguit a parte iuris: quæ eſt gratia:ut bene merentibus gratia reddať: ſed argumentū intendit.nō ſolū Cæ.nullā nobis gratiā: ſed nec gratias quidē agit quicquid enim gerim⁹ nō nobis ſed fortune attribuit. Iudice.ſcilicet Cæ.ingrato. Nos fatū:intelliget tunc deniq; Cæ. nos illā eſſe fortunā:cui attribuit omnia cū ab eo diſceſſerimus. Obſequiū: idest licet deos tibi ſecundos ſperes fore:tamē cū diſceſſerimus intelliges nō ita eſſe: nā neceſſario cū aduerſariis tuis pacē iungere cogeris. Infeſto:irato. Depoſcere ducē:paratus etiā mortē inferre duci:ſi forte eos inuitos retinere uoluiſſet. Sic eat:deos poeta precatur ut agant:ſicuti cœperūt: nam ſi alio modo bellum ciuile dirimi non poteſt ſaltem diſcordia militum hoc fiat. Pietas:quæ debetur caritati. Fides: quæ patriæ debetur. Quem non ille ducem:cum diſſenſio tanta orta eſſet in caſtris Cæſaris: nullus dux tanti animi fuiſſet præter Cæſarem:qui non timuiſſet hanc militum perturbationem:ſed in arduis atq; difficilimis rebus ſemper fortior efficiatur. Fata ſed in preces:ſed Cæſar qui ardua omnia & periculoſa magno animo aggrediebať uenit in conſpectum militum ſi forte aliquid contra ſe facere uoluiſſent:& minabundo uultu cœpit eos obiurgare & qui huius ſeditionis auctores fuerant: ſecuri percuti iuſſit: quo facto perterriti cæteri multo plus quam antea obſequentiores facti ſunt. Alii quoq;: ueniam petiere ſi quid contra eum minus clæmenter dixiſſent. Fata dimittere: idest augere occaſionem fatorum: quia non expectabat fata Cæſar ut ſibi ſecunda eſſent ſed ea præueniebat. Deſæuiat ira:idest non expectat donec ira militum deferueſcit:ſed dum incenſi ſunt. Tentare furores:uidere nunquid imperio ſuo cedant:an non: Non illis urbes:hic lucanus ſicuti ſemper inuehitur in Cæſarem: dicit autem illum nihilo magis timuiſſe milites quā ne deſereretur ab eis quos ſciebat iam diu bellis ac facinoribus aſſuetos: & nihil eſſe quod non facile eis concederet: dum modo eos retineret. Non illis: modo cupiditatem eorum Cæſar expeleret: nihil militibus negaſſet. Vrbes: ſcilicet ſpoliandas: quicquid ſceleris. quicquid prædæ ab eo petiiſſent id facile impetrare potuiſſent: modo ne ab eo diſcederent. Tarpeiamque ſedem. idest iouis capitolini templa non negaſſet diripienda. Matreſque ſenatus:matronas primarias eis conceſſiſſet. Paſſuras in fandæ: adulteria & ſtupra. Vult omnia Cæſar.idest placet uti ducti ſceleribus milites ab ipſo ſeparari non poſſint. Præmia.prædam quæ præ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

miū maris eſt. Militis indomiti:id unū erat quod timebat Cæ. ne ad ſaniorē mentē milites redirent: & in ciperent ſcelus ſuū cognoſcere. Nō pudet:Cæ.tanquā præſentē increpat φ ſolus ipſe ſit cui bella ciuilia placant. Manibus:ideſt a tuis militibus damnata manus imperatoris milites appellat. Hos: milites tuos prius pigebit ſanguinis q̄ te. Vis ferri.licentia armorū illius diſplicebit.tibi uero nō. Laſſare:defatigeris.imperatiuus modus eſt. Nolentibus:militibus tuis & cogis eos in bella ruere.

Te bellum ciuile fugit. ſteti aggere fulti
Ceſpitis intrepidꝰ uultu.meruitq; timeri
Nō metuens.atq; hæc ira dictante profat᷑.
Qui mō in abſētē uultu dextraq; furebas
Miles:hēſ nudū prōptūq; ad uulnera pectꝰ
Hinc fuge ſi belli finis placet enſe relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter auſa
Seditio. tantūq; fugā meditata iuuentus
Ac ducis inuicti rebus laſſata ſecundis
Vadite.meq; meis ad bella relinquite fatiſ.
Inueniēt hæc arma māus. uobiſq; repulſis.
Tot reddet fortūa uiros.quot tela uacabūt
An ne fugā magni tanta cū claſſe ſequent᷑
Heſperiæ gentes.nobis uictoria turbam
Nō dabit.impulſi tantū quæ præmia belli
Auferat. & ueſtri rapta mercede labori
Lauriferos nullo comitet᷑ uulnere currus
Vos defecta ſenes exhauſtaq; ſāguīe turba
Cernetis noſtros iā plæbs rōana trūphos
Cæſaris an curſus ueſtræ ſentire putatis
Damnū poſſe fugæ:ueluti ſi cūcta minēt᷑
Flūina quos miſcēt pelago ſubducer᷑ fōtes
Nō magis ablatis unq̄ decreuerit æquor
Quā nūc creſcit aqs.an uos mōenta puta(tis
Vlla dediſſe mihi, nūq̄ ſic cura deoꝝ

ℭSVLPI. Aggere fulti ceſpitis:in loco eminenti & ceſpitibus congeſto. Meruit: propter maieſtatē ſuā.
Dictante:ſubminiſtrante. Promptū:paratum ad uulnera. Qui modo: aſtute ut ſibi conciliet milites ſub eorū poteſtate ſe eſſe dicit. inde utit᷑ callida ſimulatione: nā dū cohortat᷑ ad deponenda arma & ad fugā ſubnectendo qualia ſint præmia noui milites aſſecuturi latenter retinet & dehortat᷑. Nil auſa fortiter: eſt enim proprīū ſeditioſorū metuere fugāq; meditari. Laſſata ſecundis rebus:defatigata Cæ.felicitate. Inuicti duciſ: meis. Arma:quæ uos relinquetis. Manus:milites nouos. Vacabunt:erunt ſine militibus. An ne:argumentat᷑ a minori ſi pompeio fugato & uicto milites nō deſunt multo minus & mihi uictori. Impulſi:iā præcipitis & quaſi peracti. Tātū auferat:accipiat & nō pugnet.
Currus lauriferos:me triumphantē in curru. Defecta debilitata. Iā romana plæbs: nō ampius meus miles.
Cæſaris:fugā militū nil ſibi poſſe nocere dicit: cū dii ſtatuerint ipſū fore omnino uictorē. & quenadmodū mare nō auget᷑ ſuſceptis fluminibus: minueret᷑ ſi ipſū nō ingrederent᷑: ſic eius fortunā a militibus nec augeri nec minui poſſe. Curſus:felicitatē fatorū. ſubducere ſubtrahere: & nō influere. Decreuerit. minuet᷑. Momenta:fauores & effectus.
ℭOMNIBO. Bellum ciuile:nō ne uides quod bellū ciuile fugit te & tu illud ſequeris. Stetit aggere fulti poſt inuenctionē redit ad propoſitū:dicens quomodo Cæ. magno animo ſe militibus obtulerit. Intrepidus uultu. ideſt uultus talis erat ut metui potius poſſet: q̄ metuere: Aggerē: nā aſcendit aggere de ceſpite erectū ut ab omnibus poſſet circumſpici. Qui modo in abſcentē. redarguit milites ſuos & probat eſſe dimittendos:oſtendit ab utili: quod utile ſit eos dimittere qui ſe ipſos oſtendunt in belles ex eo quod nihil auſi fuerunt q̄ uerba in imperatorem: & primo captat beniuolentiā ab ipſorū perſona: ut qui Cæ.amat aduerſi fiant his qui ſeditionē concitauerūt in odiū ducimus aduerſariū cū oſtendimus aliquid ſpurce: ſuperbe factū oſtendit eos pro imperatore ſuo: primo cōfidenter facere uoluiſſe:deinde fidē nō ſeruaſſe quoniā ei minitabantur.
Miles habes:tu qui pauloante audebas confidenter contra me: pectus meū apertū uide quod ferire potes.
Hinc fuge.deliberat dimittendū eſſe quia imbelles & ignaui ſint:nā ſi fortes eſſent. nō uerbis cōtra imperatorē exaccerbati eſſent:ſed re. Si belli finis placet.iuſta cauſa eſt cur te dimittā quia nō es dignus ſub Cæſare militare. Nil fortiter auſa.ſcilicet præter quā uti uerbis contumelioſis. Ac duciſ inuicti:quia ſecunda fortuna mea faſtidio uobis eſſe cœpit ideo indigni eſtis qui mecū poſt hac uincatis. Fatis:felicitate mea.
Vadite.probauit dimittendos eſſe:quia imbelles & ignaui rurſus ab utili quod meliores inueniet. Viros ſcilicet fortes. Quot tela uacabunt. ideſt quot arma mihi ſupererunt:tot mihi fortuna uiros fortes dabit.
An ne fugam:probat a minori ad maius.Si pompeius fugiens milites inuenit qui ipſum ſequerentur quāto magis Cæ.milites inueniet qui ſemper uincit:φ fugientem pompeium perſequitur. Impulſi a facili probat.non enim inuitabuntur milites ut me ſequi uelint quia non ad bella ſed ad præmia uenient. iam bello propemodum peracto & laborum ueſtrorum præmia ipſi accipient. Impulſi: propemodum confecti tranſlatio ſumpta a columna quæ cum ſemel concuſa fuerit:facile euertitur. Lauriferoſ.ideſt triumphaleſ. Voſ deſpecta propter ſenium & interim uos relicta militia & facti plæbei omnes uidebitis ueſtros triumphos ab aliis occupatoſ eſſe. Exhauſta ſanguine:uulneribus acceptis.plæbs ro.in plæbem romanam tranſlati. Veſtros. qui ueſtri fuiſſent. ſi mecum uſq; ad finem militare uoluiſſetis. Cæſaris an curſus: confutat militum ſuorum rationes a ſimili:dixerant enim quicquid gerimus fortuna uocatur.& nunc ſciat Cæ.nos ſuum fatum eſſe.Reſpondet & dicit licet ipſi diſceſſerint tamen fortunam ſuam non diſceſſuram. Curſus.fortuna ſecundā quæ ipſū comitat᷑. Veluti:a ſimili queādmodū inquit oceanus etiā ſi omnes fluuii auerterent᷑ nō tamē decreſceret:eodem modo ſi uos diſceſſeritis:nec mea fortuna minuet᷑ ſe comparat mari oceano ipſos



uero fluuiis. Subducere:remouere fontes. An uos momenta: nunquid creditis me dū mecum militaſtis ſuſtinuiſſe aliquā inclinationē uictoriæ meæ:nā nō uos uictoriæ cauſa fuiſtis:ſed ego fui cauſa ut uos uinceretis perſiſtit in ſimilitudine:quemadmodū oceanus eſt origo fluuiorū: ita a me uictoria profecta eſt. Nunquā ſic cura deorū quid creditis deos curare huiuſmodi homines:ſed curæ diis ſunt tantummō principes.

Se præmit ut ueſtræ morti ueſtræq; ſaluti
Fata uacēt,ꝓcerū motus hæc cūcta ſequūt᷑
Humanū paucis uiuit genus.orbis iberi
Horror & arctoi noſtro ſub nōine miles
Pōpeio certe fugeres duce.fortis in armis
Cæſareis labienus erat. nūc tranſfuga uilis
Cū duce ꝑlato terras atq; æquora luſtrat
Nec melior mihi uſa fides ſi bella nec hoſte
Nec duce me geritis.qſqs mea ſigna rliqt
Nec pompeianis tradit ſua partibus arma.
Hic nunq̄ uult eſſe meus: ſunt iſta ꝓfecto
Curæ caſtra deis.qui me cōmittere tantis
Non niſi mutato uoluerunt milite bellis
Heu quātū fortūa hūeris iā pōdere præſſiſ
Amolitur onus:ſperātes omnia dextras
Exarmare datur.qbus hic nō ſufficit orbis
Iam certe mihi bella gerā diſcedite caſtris:
Tradite noſtra uiris ignaui ſigna quirites
At paucos qbus hæc rabies auctoribꝰ arſit
Nō cæſar.ſed pœna tenet. ꝓcūbite terra
Infidumq; caput feriendaq; tendite colla
Et tu quo ſolo ſtabunt iam robore caſtra
Tyro rudis ſpecta pœnas.& diſce ferire
Diſce mori.tremuit ſæua ſub uoce minātiſ
Vulgus inerſ unūq; caput tā magna iuuētꝰ
Priuatum factura timet.uelut enſibus ipſiſ
Imperat.iuito moturus milite ferrum.

ℭSVLPI. Præmit ſe: demittit & inclinat. Vacent: intenta ſint. Procerū motus hæc cuncta ſequunt᷑ omnia hæc ad principes ducæſq; referunt᷑ qui ſunt curæ deis & uolunt multitudinis labores in illorū commoda uerti. Viuit paucis:ad paucorū utilitatē nā reges & principes quib ſeruit humanū genus ſunt pauci. Horror:quantū fortior eſt exercituſ ceruorū leone duce quā leonū duce ceruo ut philippus macedonū rex dicere ſolitus eſt:milites a fuga in qua ſunt a priſtina uirtute degeneraturi deterret:nā cū ſub ipſius auſpiciis ſoliti uincere ſint ſub Pompeio efficient᷑ imbelles idq; labieni ſui olim legati exemplo confirmat: Horror: metus. Orbis iberi:hiſpaniæ: Luſtrat:luſtrando fugit: Cū prælato duce: cū Pompeio quē prætulit mihi. Nec melior: nec uos fideliores extimabo ſi nō militabitis ſub Pompeio q̄ ſi militabitis. Quicunq; enim a me diſcedit & Pompeio nō adheret nunquā uult eſſe meus: & ueniæ accipere beneficiū. Hic nunquā: qui igit᷑ ſub Pompeio ſunt aliquando in ſuā poteſtatē uenturos cōfidit: Sunt iſta:a religione argumento: Diis eſt mihi habenda gratia inquit qui uoluerunt reliqua bella nouo ſim milite peracturaſ. Heu:lætantis ē hoc loco ſic & ī Sillii li.xvii. Optimus heu nomē melius maiuſq; triumphis. Onus appellat curā præmiorū quæ militibus dare ſtatuerat.
Amolit᷑ humeris:remouet ex animo. Dat᷑:concedit᷑:
Sperantes omnia:qui potuiſſent a me omnia ſperare: & eſt calida ad mitigandū retinendūq; ratio. Nō ſufficit:nō ſat eſt etiā ſi totus diuidat᷑. Mihi: ad meā utilitatē. Viris:fortibus nā uos præ ignauia uiri ñ eſtis. Quirites:nō mileteſ appellauit:ut magis moueret ſic & alias fecit ut ſuetonius tradit his uerūis ſed una uoce qua quirites appellat:tā facile circunegit & flexit ut ei milites eſſe confeſtim reſponderint. At paucos: pauci ſeditionis auctores remāebunt nō in meū uſū ſed ut puniant᷑.
Hæc rabies arſit:hæc ſeditio eſt excitata. Tendite: extendite. Tyro rudis:noue miles & inexperte. Robore firmamento. Specta:mirare hæ exempla. Ferire: nocentes. Mori:ſi quid tale fueris auſus. Iners:bene inertē appellat cū neq; ſecedere auſū ſit:nec in Cæſarē inſurgere. Vnū caput:Caſa. Factura: quæ facere potuiſſet ut Cæſar dux nō eſſet. Moturus ferrū.iuſſurus enſibus ut eos quos recuſarent milites ipſi læderent:
ℭOMNIBO. Præmit.ſubmittit. Morti ſalutiq;:nullam habent curam dii uiuatis ne:an moriamini. Vacent:ideſt uacua ſint & intenta: Humanum paucis uiuit genus: ideſt uiuit ad imperium paucorum: quando dii curant niſi principes.ſequitur ut multi uiuant ad imperium paucorum.& rationem ſuam confirmat. Orbis iberi:nunc probat exemplo id ita eē quod dii tantummodo magna curant: & ideo humanum genus arbitrio paucorum uiuit:unum enim ex reliquo ſequitur: quia dii principium ſolummodo curam habent:a principibus igitur reliqui autem pendent:dicit cum me ſequimini uictores eſtis quod ſi Pō. ſequeremini fugeretis ſicut ille fugit. Iberi:hiſpani. Fortis in armis:& ne forte me oſtentare credatis. exemplū capite a Labieno:qui ubi me ſecutus eſt ſemper uictor fuit: mutato uero duce uictus eſt: hic Labienus legatus erat Cæ.& ſolus ad Pō.tranſit & legato Cæ.Galliā uicerat:& ut refert Plutarchus. Labiēus a Cæ.miſſus Tugurinos Galliæ populos penes A ratim fluuiū profligatos attriuit: & interempto Pō. cui adheſerat ſecutus eſt in Libyā Scipionē & Catonē: dū Cæ. militibus occurreret equo per ilia confoſſo humi deiectus eſt: auctore Appiano: Nunc tranſfuga:per totū orbē fugit cū duce quē mihi præpoſuit. Nec melior mihi.ueſtra fides tranſit ad confutationē:quia illi dixerant Cæ.ſibi ducē fuiſſe in germania:nunc uero cū priuatus redierit nō ducē ſed ſociū eſſe ſed quod inquit Cæ.dicit ius uelle neutrū ſequi: nō ideo fides ueſtra probatur: nā quicunque diſcedit e caſtris meis & nō tranſit in caſtra Pompei: hic oſtendit animum ſuum a me quia ſequendo neutrum oſtenditis meos eſſe nole: quia uincentes mecum præmio: nec cum Pompeio uicti uenia mei eſſe recuſatis ergo ſequitur quod nec mei eſtis præmio:nec beneficio ueniæ. Eſſe meus. uincens mecum præmio: uel ui uictus cum Pompeio ueniam poſtulet. Sunt iſta profecto: nunc

oſtẽdit ex eo curã ſui habuiſſe deos.ꝙ uoluerit milites infidos a caſtris ſuis diſcedere. Oratorie.qđ illi i de trimatũ Cæ. dixerũt ipſe idẽ in ſuã utilitatẽ cõuertit. Vos dicitis me tũ demũ mea fata cognoſcere cũ a me diſceſſeritis: recte dicitis:quia cognoui mihi deos propitios:& mihi milites infidos propterea me liberarũt acri onere. Mutato milite.ne ipſius perfidia mihi noceret. Heu quantũ:exonerarunt me dii magno onere quia ſpes ueſtras præmium nullum quantunlibet magnum implere potuiſſet: Amolit᷑: rẽouet. Nõ ſuffi cit: orbis quia quanto maiora præmia caperent:tanto maiora ſibi deberi exiſtimabant. Mihi bella geram idest ad utilitatem meã nec uobis obligatus ero: Viris:fortibus. At paucos. poſt cõfutationẽ ſuorũ: nũc exequit᷑ ſẽtẽtiã ſuã:ut ſecuri percuterẽt pauci huius ſeditiõis auctores:his dictis ſimul etiã impletis: omnes terrore perculſi obediẽter paruerũt imperio Cæ. Paucos: qui nõ amore meo timẽt: ſed metu pœnæ: ergo dabũt pœnas: Nõ Cæ.ideſt amor Cæ. Sed pœna.ideſt pœnæ metus. Procũbite terræ: ut caput detrũcet Tẽdite: χειν τικῶσ. Specta pœnas: o tyro horũ exẽplo diſce fidelis eſſe. Diſce mori: ſi aliquid perpetraueris. Tremuit ſua ſub uoce: nunc milites Cæ. repræhẽdit Lucanus:tãtã multitudinẽ iuuenũ timuiſſe unũ hominẽ cũ facile illũ tollere poſſẽt:& nec recuſarũt:ſed imperio illius paruerũt: ut inuiti illos occiderẽt quorũ auctoritate ſeditio orta fuerat. Priuatũ.ideſt qui ſine imperio eſſet:nã ſi diſceſſiſſẽt nõ habuiſſet quib⁹ imperaret. Enſib⁹ ipſis imperet:ut uidelicet ipſi milites:niſi imperio Cæ. enſes mouere nõ poſſint.

❡SVLPI. Patiẽtia: obediẽtia militũ. Præſtitit iugulos:obtulit ſe morti.& nõ tãtũ officiũ gladiiſ exegit ſed etã ſuos iugulos obtulit. Nil:magis id uæhemẽtiſſime metuebat Cæ. ne amitterẽt audaciã ueterani qui erãt ſceleribus aſſueti. Mẽtes:furorẽ ueteranorũ. Perire:remitti & ne recuſarẽt exequi quod iuſſerat.Tũc autẽ perit mẽs ſcelerata cũ pia efficit᷑. Ictu tã diri fœderis id eſt cede auctorũ ſeditiõis quos decimauit ideſt ex decẽ ſingulos puniuit percuſſi itaq; ſũt auctore appião .xii.

Attingere decimis caſtris: peruenire intra decẽ dies: ſingulis enim diebus una caſtra locãt᷑. Hydrus:fluuius apuliæ qui in Adriacũ effluit Eſt etiã mõs auctore Mella a quibus eſt appellatũ hydrus oppidũ quod anno proximo ſuperiore a turcis eſt crudeliſſime expugnatũ:& uix demũ a noſtris receptũ. Auius:flexuoſuſ Taras fluuii iuxta Tarẽtũ a Tara Neptũni filio qui eã urbẽ edificauit. Leuce: urbs nõ grãdis quæ diſtat Tarẽto ſtadiis quingẽtis & hydrũte cẽtũ quinquaginta: hinc uero brũduſiũ quadraginta. Salpina:palus eſt in

Ipſe pauet ne tela ſibi dextræq; negentur
Ad ſcelus hoc cæſar.uicit patientia ſæui
Spẽ ducis. & iugulos nõ tãtũ pſtitit enſes
Nil magis aſſuetas ſceleri q̃ pdere mentes
Atq; perire timet. tam diri federis ictu
Parta qes pœnaq; redit placata iuuentus
Brũduſiũ decimis iubet hãc attiger caſtris
Et cũctas reuocare rates.q̃s aui⁹ hydrus
Antiquuſq; tharas ſecretaq; littora leuce
Quas recipit ſalpina palus.& ſubdita ſip⁹
Mõtib⁹; auſoniã qua torqueſ frugifer orã
Dalmatico boreæcalabroq;obnoxi⁹auſtro
Appulus adriacas exit garganus in undas.

apulia iuxta ſalapiã ciuitatẽ meretricio amoꝛ hãnibalis in clytã. Sypus palus etiã ſiue lacus ad ſypũtẽ quod ædificium credit᷑ diõedis diſtat a ſalapia ſtadis cẽtũ & quinquaginta græci eã ſepũtẽ nũcupãt ab eiectis fluctu ſepiis iter ſalapiã & ſypũtẽ fluuius eſt & lacus. Torquẽs:inflectẽs. Gargãus: ante ſinũ adriacũ promõtoriũ eſt gargãus qui ad ſtadia trecẽta protẽdere in pelagus oriẽtẽ proſpectãs. Obnoxi⁹:quia latera ad hos uẽtos uerſa habet a ſiniſtra enim boreã & dalmaciã a dextra calabriã:& meridiẽ ſpectat.

❡OMNIBO. Ipſe pauet:at ipſe Cæ.metuebat id ꝙ milites parati erãt exequi; ne illi recuſarẽt:occidere huius ſeditiõis auctores. Scelus.ad puniẽdũ ſeditioſos. Vicit patiẽtia. patiẽtiores fuere milites q̃ Cæ.ſperabat. Iugulos nõ tãtũ:quia dixerat feriẽda tẽdite colla illi exhibuere colla:& iugulũ interficiẽtibus ſe. Timet mẽtes:militũ ſuorũ.licet ſimularet nõ magnificare milites ueterãos:tamẽ nihil erat ꝙ magis timeret ſciebat enim illos aſſuetos militiæ & nõ facile inuẽiri poſſe tales. Tã diri fœderis:ſed cũ paucos ſeditiõis auctores cicidiſſet:ita animos militũ cõfirmauit:ut nũq̃ antea fuerint obſequẽtiores. Diri fœderis:per execrationẽ:nã porca immolari ſolebat & cædi:cũ fœdera iũgerẽt. nũc uero milites cæſi ſũt. Virg. illud expreſſit. & cæſa iũgebãt fœdera porca. Parta quies: nã mœtu pœnæ placatus eſt miles. Redit: in fidẽ imperatoris.

Brũduſiũ decimis:nũc Lucãus proſequit᷑ quomodo Cæ.ſũpta de paucis pœna cõſtituit:ut ꝙ reliquũ belli ſuperaret proſequeret᷑: primũ igit᷑ brũduſiũ iuſſit ire milites: & reuocare rates oẽs quæ brũduſiũ uenerãt:& loca nominat ubi claſſis Cæ.cõſtiterat. Hãc:ſcilicet iuuẽtutẽ quæ ſe data ſeditiõe obſequẽtiſſima facta erat

Decimis caſtris.ideſt decimo die:nã ſic dies nõinãt᷑ in re militari:ꝙ ſingulis diebus caſtrametari ſolebãt antiqui & quocũq; iter facerẽt ubi nox eos depræhẽdiſſet.ibi caſtra põebãt.ideo quotiẽs legimus ſecũdis uel tertiis uel quartis caſtris:ſignificat ſecũdũ uel tertiũ uel quartũ diẽ. Hydrus:urbũcula eſt Apuliæ:ex qua ad Leucã(ea enim urbs nõ grãdis eſt)ſtad.cl.ad brũduſiũ uero.xl.ſtad.ſũt auctoꝛ Strabõe li.vii. dicit᷑ & hydrũs

Bares:bares uel ut nũc uocãt baretũ: urbs exigua:iacet in Salẽtinorũ finibus ad q̃ pedeſtri magis q̃ maritimo itinere a Tarẽto facile peruenit᷑ e Tarẽto ad brũduſiũ nauigatiõis circuitio eſt.poteſt legi etiã Taras id eſt Tarẽtũ:nã taras neptũi filius cõdidit tarẽtũ & a ſe appellauit.ꝙ deĩde phalãtus lacedæmõius cũ perthẽiatis:occupatũ ampliauit.Antiquus ergo taras ideſt uetuſtũ tarẽtũ:in cuius portu habuit naues Cæ. Nã cõditores pro ſuis urbibus põi uſitatũ eſt. Salapina palus:quæ eſt a ſalapina ciuitate amore pœni Hãnibalis in clyta:hæc Apuliæ prima fuit quæ ad hãnibalẽ defecerat:& ab hac ciuitate palus dicta eſt. Sypus. apuliæ ciuitas.credit᷑ diõedis fuiſſe ædificiũ:dicit᷑ alio nõine ſipõs uel ſipõtũ diſtat a ſalapia ſtad.c.&.l. Græci uero eã ſepiũtẽ nuncupãt: abeiectis e fluctu ſepiis ut li.vi.a ſtrabõe refert᷑. Subdita mõtibus: quia ſita in cãpis & in



plão eſſet. Gargãus frugifer.ideſt fertilis mõs eſt Apuliæ fœcũdiſſimis ad ſtad.ccc.protẽdit᷑ in pelagus(ut inquit Strabo): Torquet auſoniã orã:quia in anguſtũ orbẽ uoluit᷑:& ibi iuxta adriacũ mari linguã facit ubi ſitũ eſt brũduſiũ. Dalmatico boreæ.obnoxius Boreæ:qui a ſeptẽtriõe in Dalmatiã perflat:& obnoxius calabro auſtro. qui a ſeptẽtriõe boreã:a meridie auſtrum habet. Exit in undas:cũ ambitu adriatici:nã ibi linguã facit:ubi ſitum eſt brunduſium:per hæc loca claſſis Cæ.tranſitura erat.

Ipſe petit trepidam tutus ſine milite romã
Iam doctã ſeruire togæ.populoq;precanti
Scilicet indulgẽs ſummũ dictator honorẽ
Contigit.& lætos fecit ſe conſule faſtos.
Nãq; oẽs uoces per quas iã tẽpore tanto
Mentimur dñis hæc primũ repperit ætas.
Qua ſibi ne ferri ius ullum cæſar abeſſet
Auſonias uoluit gladiis miſcere ſecures.
Addidit & faſces aquilis. & nomen inane
Imperii rapiens. ſignãuit tempora digna
Mœſta nota.nã quo meli⁹ pharſalic⁹ ann⁹
Cõſule notus erit. fingit ſolemnia campus
Et non admiſſe dirimit ſuffragia plæbis.
Decantatq; tribus. & uana uerſat in urna:
Nec cœlũ ſeruare licet.tõat augure ſurdo.

❡SVLPI. Ipſe petit: Cõpoſita ſeditiõe ad placẽtiã Cæ.Ro.ſe cõtulit: & cũ nec ſẽatus nec cõſul ipſũ eligeret ſeipſũ dictatorẽ nõinauit:ut ſcribit Appianus. Sed dictaturã ultra dies nõ geſſit undecim. inde cõſulẽ ſe creauit Põ. q; Iſauricũ collegã ſibi aſſũpſit:Prætores in prouincias miſit.M.Lepidũ in iberiã.Albinũ in Siciliã Peduceũ in Sardineã.Decimũ uero brutũ Galliæ præfecit & collatis multis in populũ beneficiis brũduſiũ iter arripuit. Togæ:ipſi Cæ.inermi & uim nõ inferẽti. Populoq; precãti:ironia eſt nã Cæ.ſcribit ſe apud Maſſiliã cognouiſſe legẽ de dictatore latã ſeq; dictatorẽ a.M.Lepido dictũ. Indugẽs:obtẽperãs. Lætos:ironia. Nãq; cõfirmat ironiã. Omnes uoces.ut ſũt diuus:imperator Auguſtus:Pater patriæ:fũdator quietis.&c: Dõinis:tyrãnis. Qua:ætate ut plenã Cæ.poteſtatẽ haberet. Gladiis ſecures:cõſulatũ tyrãnidi. Faſces aquilis:cõſulatũ imperio.Imperatores enim aquilas gerũt & arma cõſules faſces & ſecures. Inane: uanũ nã re uera is iperator dicit᷑ nõ qui:tyrãnus eſt ſed qui uictori exercitui præeſt

Mœſta:propter ſeruitutẽ & bella ciuilia. Nota digna ſigno cõueniẽti & apto:ꝙ ſe cõſule facta eſt cedes pharſalica. Cãpus. populus ad martiũ cãpũ cõueniẽs methonymia. Fingit ſolẽnia: fingit cõitia nõ facit uere.

Dirimit ſuffragia:diuidit fautores. Admiſſæ:ad ſuffragãdũ & paucis morẽ cõitiorũ cõplectit᷑. Decãtat. nominatim citat. Tribus nomina tribuũ. Vana. quia populus ifrequẽs erat & fingebãt ſe ex omniũ cõſẽſu create magiſtratus. Nec cœlũ:& quãquã ſine auſpicio magiſtratus creari nõ ſolerẽt: tamẽ ñ obſeruabãt tonitrua aues proſperaq; eſſe auſpicia mẽtiebat᷑. Surdo: diſſimulãte audire nã tonãte & fulminãte ioue cõtia haberi fas ñ erat ꝙ Ci. philippica quita his uerbis docet ioue.n. tonãte cũ.p.r. agi ñ eẽ fas qs ignorat.

❡OMNIBO Ipſe petit:hiſtoria hoc habet:deuictis Petreo & Afrãio: pro cõpoſitis prouinciæ rebus Cæ. primũ uẽit in Teracõẽ:& eo legatiões undiq; ad Cæ.cõuenerũt quib⁹ expeditis:redit maſſiliã quæ iã deuicta erat(ut ſupra dictũ ẽ)ipoſitoq; duaꝝ legionũ præſidio reliquas copias in italia miſit: ipſe uero audita lege lacta de dictatura a.M.Lepido prætoꝛ: factũ ſe eẽ dictatorẽ Ro.proficiſcit᷑:& ipſo dictatore habẽte cõitia creati ſũt cõſules:prior ipſe dictator:deinde.P.Seruilius collega: Tutus ſine milite. quia iã nullus erat in italia exercitus quẽ metueret:immo omnia Imperio Cæ.in Italia patebãt. Iã docta ſeruire togæ ideſt trãquilitati.nã ex quo Põ.diſceſſerat omnia Cæ.occupauerat:ideo quaſi oblita erat libertatis:& nẽo audebat reſiſtere Cæ. Dictator.Cæ.quia ante a.M.Lepido lege lata dictator dict⁹ erat. Sũmũ honorẽ ideſt cõſulatũ:quia ex dictatore cõſul factus eſt Cæ. Appiãus autẽ dicit ꝙ Cæ.ſeditiõe apud placẽtiã ſedata Ro. reuerſus eſt trepidãte adhuc populo:neq; ſe ſẽatu aut cõſule illũ eligẽte.ſeipſũ dictatorẽ nõiauit.uerũ ſiue ut inuidiã dilueret:ſiue ꝙ magiſtratu minime indigeret:per undecim ſolũ dies illi præfuit:ſe cõſulẽ in futuꝝ deſignauit.P. quoq; Seruiliũ.Iſauriũ collegã ſibi aſſũpſit.M.Lepidũ in iberia.In Sicilia Aulũ Albinũ.In Sardinia Sextũ Peduceũ delegauit.Galliæ nuper adeptæ deciũ Brutũ præſidere iuſſit Deniq; ciuibus cõfectis omnibus Ro. regreſſus Cæ.appellat⁹ eſt pater patriæ & dictator in omnẽ uitã electus cõſulq; ad decẽniũ corpus eius ſacrũ & intemeratũ habitũ.Suetõius uero dicit cõtinuũ cõſulatũ recepiſſe perpetuã dictaturã præfecturãq; morũ insuper prænomẽ Imperatoris cognomẽ patris patriæ ſtatuã inter reges eminẽtiorẽ locũ in Orcheſtra:& alia ampliora etiã hũano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt ſedẽ aureã in curia: tẽpla & aras & ſimulacra iuxta deos.

Indulgẽs populo:quia Cæ. quaſi ſimulabat ſe nole accipere cõſulatũ. Precãti: quia popolus precabat᷑ cõſulatũ ſibi ut ſumeret. Indulgẽs.ideſt faciẽs hãc gratiã populo. Lætos faſtos:faſti libri erãt:in quibus magiſtratus omnes ſcribebãt᷑:præcipue cõſulẽ. Nãq; omnes uoces.hoc tẽpus quo Cæſar conſulatũ accepit fuit principiũ. Vt falſis nõinibus Imperatores Ro.appellarẽt᷑:cũ reges ſint.Immo uero tyrãni appellãdi: nõ cõſules nõ prætores cũ Imperatores: nõ leuis eſſe uideat᷑: tamẽ grauis atq; moleſta res eſt:ipſi enim tyrãni omnia libidie ſua faciebãt.tũc primũ inquit huiuſmodi nõina inuẽta ſũt quibus dõinos atq; tyrãnos falſo appellãus. Qua ſi.ne.quia Imperatoriæ dignitati miſcuit cõſulatũ & omnes dignitates. Gladiis ar.quæ propria ſũt ipatorũ:nã ipatores ꝓprie dicũt᷑ q exercitib⁹ ꝑ ſũt.q̃q̃ corrupto uocabulo dicãt᷑:q terrarũ orbi iperent.

Reppit ætas ex eo tpe primũ iceperũt appellari dñi. Ferri.militũ q ſũt arma ipatorũ. Auſõias ſecures.i. cõſularẽ dignitatẽ q̃ pacifica eſſe ſolẽt. Gladiis.i.ar.militũ:q̃ ſub ipatore cõſtituũt᷑. Addidit & faſces aqlis militarib⁹ iſignibus addidit faſces q̃ ſũt cõſularia iſignia. Nõ ẽ iane:qa ñ legitie factus erat ipator quãdo ſecũdũ leges factus erat cõſul ipii. Digna nota.ſ.cõſulatus notã tporũ Cæ.cõſulatũ appellat.i.maculã & inuimiã. Nam quo melius cõſule talẽ enim tunc cõſulẽ po. Ro. accepit ut exercitũ ſimul cũ libertate amitte-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ret. Pharſalicus annus:quo in pharſalia pugna ciuililis geſta eſt. & ſimul cũ exercitu Rõano libertas periit
Notus erat:dignus cõſulatu Cæſar erat quo cõſule tãta clades ingrueret: Fingit ſolẽnia: incipit oſtende-
re quomodo nõ ſecũdũ leges factus erat cõſul. Solẽnia.ideſt cõitia ſolenniter indicta. Suffragia:uidelicet
equitũ & ſẽatorũ. Decãtatq; tribus:ideſt per præconẽ iubet citari tribus:nã præcões decãtat̃ uidebãt̃ cũ no
minatim tribus citabãt: Vana:quia populus infrequẽs erat: Vrna. i urnã enim cõniciebãt̃ ſortes trigita
quinq; tribuũ & per mixtis in urnã ſortibus.deinde ſingulæ excipiebãt̃. & cuius prima ſors educeret̃ illa pri
mũ citabat̃.cœlũ ſeruare:ideſt aues & ſigna cœli nõ licet inquit auſpiciũ capere:quia mos erat Rõanorũ:ut
nec publice nec priuate quicquã facerẽt:niſi prius captis auſpiciis ergo ñ licet capere auſpiciũ quia nulli erãt
augures: Augure ſurdo: quia etiã ſi augur aliquis eſſet diſſimulabat ſe audire tõitrũ aduerſa ſignificãtẽ:&
quãuis aduerſæ aues eſſẽt iurabat tamẽ bõas aues aparuiſſe:quæ cõſulẽ Cæſarẽ admitterẽt.

Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtro,
Inde perit primũ quõdã uenerãda poteſtaſ
Iuris inops. tantũ careat ne nomine tẽpus
Menſtru⁹ in faſtos diſtinguit ſæcula cõſul
Nec nõ iliacæ numen quod præſidet albæ
Haud meritæ latio ſolẽnia ſacra ſubacto
Vidit flammifera cõfectas nocte latinas
Inde rapit curſus. & q̃ piger appulus arua
Deſeruit raſtris. & inerti tradidit herbæ.
Ocior & cœli flammis & tygride fœta,
Tranſcurrit curuiq; tenens minoia tecta
Brũduſii: clauſas uentis brũalibus undas
Inuenit &,pauidas hyberno ſidere claſſes
Turpe duci uiſum eſt rapiẽdi tẽpora belli
In ſegnes hæſiſſe moras portuq; teneri
Dũ paueat tutũ uel nõ fœlicibus æquor
Expertes animos pelagi ſic robore cõplet
Fortius hyberni flatus cœlumq; fretumq;
Q uũ cœpere tenẽt q̃ quoſ incũbeꝛ̃ certoſ
Perfida nubiferi uetat inconſtantia ueris

❡SVLPI. Et læte iurãt̃ aues: & cũ apparuiſſet mali
augurii bubo iurabãt auſpices felicia ſe auſpicia habuiſ
ſe. nã lecti magiſtratus niſi ab auguribus approbarẽtur
priuabãt̃ inde ex illo tẽpore. Poteſtas:cõſularis. Pote
ſtas iuris inops:oppræſſa ui:nõ defẽſa:& quæ nequit di
gnitatẽ ſuã retinere. Tãtũ: tãtũmodo ideo inquit cõ-
ſules creati ſũt.ut tẽpora ſignari poſſẽt. Mẽſtruus:mẽ
ſtruũ appellat quia tãtũ uno mẽſe ideſt decẽbri durauit
collega Cæ. Numẽ:iuppiter latialis: Iliacæ: troianæ:
Haud meritũ:indignũ quia latiũ cui præerat in priſti-
na libertate nõ ſeruauit. Sacra ſolẽnia:feſta quæ quot
annis celebrãt̃. Latinas cõfectas:ſacra & ferias finitas.
Flãmifera:ferebãt enim nũina noctu cũ iret̃ ſacrificatũ
Piger:nõ ſatis arãs. Arua:prata quorũ ſectæ herbæ ra
ſtris colligũt̃. Inerti. quæ nullo labore naſcit̃. Ocior
& cœli:hyperbole ad celeritatẽ indicãdã. Cœli flãma:
fulmine. Tygride fœta:quadrupede illa quæ peperit.
Tũc uelociſſima eſt: & uẽatorẽ quæ catulos ſe abſente
rapuit perſecuta ubi illos abiecto obiectos reportauit in
luſtra fugiẽtẽ depræhẽdit & lacerat niſi flũine prohibe
atur ut plinius ſcribit. Minoia:tecta:hoc ideo quia cre
tẽſes brũduſiũ ædificarũt. Clauſas: nõ nauigabiles ma
ria enim Vegetio auctore claudi dicũt̃ e die tertio idu-
um nouẽbris uſq; in diẽ ſextũ iduũ martii. Brumali-
bus:hyemalibus: nã brũæ tẽpoꝛ̃ brũduſiũ uẽit.& pridie
nonas Ianuarias naues ſoluit. Sideꝛ̃ hiberno:tẽpeſtate
hyemali. Duci:Cæ. Tẽpora.occaſionẽ arripiẽdi belli
ut minus ab hoſte lædereꝛ̃ & plus ipſe nil ſuſpicãtibus
nocere poſſet. Hæſiſſe.diſtrahi & tardari: Vel nõ fœli
cib⁹: etiã infælicibus quibuſcũq; & põpeianis nõ modo ſibi cui fata fauebãt. Robore a: animi firmitudine
& audacia. Sic huiuſmodi uerbis. Fortius:ſuadet uernos uẽtos nõ expectãdos & nũc in hyeme nauigãdũ:
quia uẽti plus durãt & hoſtes minus nocere poſſũt & plus lædi tale nil ſuſpicãtes. Vtiꝛ̃ autẽ cõfirmatiõe &
confutatiõe cũ cõcluſiõe. Tenẽt cœlũ:durãt in aere. Incõſtãtia ueris:Ver enim nũc ſerenũ nũc turbatũ eſt
nec ſeruat in ulla tẽpeſtate cõſtãtiã.

❡OMNIBO. Lætæ.felices. Bubõe ſiniſtro:mala ſignificante ſiue uolatu:ſiue cantu auguriũ dabat:nãq;
(ut ait Plinius)Bubo funebris:& maxime abominatus publicis præcipue auſpiciis. Inde perit. primũ & ex
eo tempore perire cœpit conſulatus. Inde:ex eo quod contra leges occupaſſet magiſtratũ Cæ. Iuris inops
poteſtatis cum Cæſar omnia foret̃. Nomine tempus: quia tempus denominabatur a conſulibus. Nomi-
ne:ut in faſtis ſcripti cõſules tempora denotent. Menſtrus conſul. ideſt qui uno menſe tantũ duraret:quia
extremo anni mẽſe creabat̃. Nec nõ iliacæ:dicit populũ feciſſe latiali ioui ſacra.tametſi nõ mereret̃ & red
dit cauſã quia permiſerat ut latiũ ſubigeret̃ a Cæſare:hæc ſacrificia latialia dicebant̃: eo quod ex omni latio
ad hæc ſacra conueniebant: Solenia.ideſt latinas. Numẽ iliacæ albæ:latialis iuppiter ideo latialis dicitur:
quia præſit albæ quã primus condidit Aſcanius Aeneæ & lauinæ filius ubi latialis iouis in medio templũ
condidit:ubi latinæ ſolemnia ſacra Ioui inſtituta ſũt. Latinæ feriæ(ut refert Varro)a latinis populis dictæ
quibus ex Albo monte ex ſacris carmẽ petere fuit ius cũ Romanis. indicebantur autem latinæ quum noui
conſules magiſtratũ inibant. Flammifera nocte: quia nocte ſacra fiebant:ideo faces gerebant: Inde rapit
curſus:hæc ubi fecit Cæſar ipſe Brunduſiũ nauigauit:quo claſſẽ ſuã conuenire iuſſerat. Rapit curſus: ſem-
per Cæſari celeritatẽ tribuit. Longiſſimas:enim uias(ut refert Suetonius)incredibili celeritate confecit ex
peditus meritoria rhedacentena paſſuũ milia in ſingulos dies:ſi flumina morarentur nando trahens:uel in-
nixus inflatis utribus:ut ſæpe nuncios de ſe præuenerit. Piger apulus:quia piger ideo fœcunditate ocioſus:
quia ſine labore ſponte ſua ſegetẽ producit. Inerti herbæ: quæ ſine agricolarum labore naſcitur. Ocior
cœli flam.ideſt uelociter fulmine. Fœta: quæ peperit. Clauſas:tantũ frigus fuerat: ut omnia glacie obdu-



cta eſſent adeo autẽ nauigare nõ poſſent. Minima tecta:nã a Cretenſibus: qui a Cnoſo cũ Theſeo diſceſſe
runt habitatũ fuit brunduſiũ. Vndas:quia in littore conditũ eſt brunduſiũ. Clauſas undas brunduſii.quia.
in anguſtũ orbẽ ubi mare conuoluit̃. Clauſas:congelatas:ſi de mari:referendũ eſt ad uentos: quia nauiga-
tio maris clauſa dicit̃ cũ uenti ſunt aduerſi. Turpe uiſũ duci:dicit Cæ.nõ potuiſſe hanc morã pati: dũ ma-
re quieſceret ſed milites ſuos adhortatus eſt:ut ſe freto.committerent. Rapiendi: feſtinandi. Vel nõ feli-
cibus:donec mare tranquilũ efficeret̃:ut etiã infelices per id tuto nauigare poſſent. Robore:audatia & for
titudine animi. Fortius hyberni:hæc oratio habet ſuaſionẽ:ergo in deliberatiuo genere conſtitutã intelli-
gimus: ſuadet enim militibus ut nauigare uelint:nec perturbationẽ maris timere. Suaſio autẽ ab honeſto
ab utili:a facili:a iocundo:a neceſſario ſumit̃: Arguit primũ a partibus prudentiæ:quæ in tres diuidit̃.in me
moriã:prouidentiã:intelligentiã. Arguit ab intelligentia.oſtendit enim ſe peritũ eſſe mariſ & uentorũ:quia
uidelicet ſit tutius nauigare flante Aquilone tempore hyemis quã uernis uentis: quia aquilo perdurare ſo
let uerni uero permutari. Forti⁹ hyberni: hyemalibus nos indigemus uentis perſeuerantibus: ſed hyberni
uenti magis durant quã uerni ergo ſperanda eſt bona nobis nauigatio. Incumbere.inſiſtere certos.

Nec maris ãfract⁹luſtrãdaq; littora nobis
Sed recti fluctus ſoloq; aquilone ſecandi
Hic utinam curuet ſummi carcheſia mali
Incũbatq; fereus & graia ad mœnia perflet
Ne pompeiani pheacum e littore toto
Languida iactatis cõpræhẽdãt carbaſa rẽis
Rumpite quæ retinẽt fœliceſ uincula pras
Iamdudũ nubes & ſæuas perdimus undas
Sidera pria poliphœbo labente ſub undas
Exierant, & luna ſuas iam fecerat umbras
Tum pariter ſoluere rates totoſq; rudẽtes
Laxauere ſinus, & flexo nauita cornu
Obliquat leuo pede carbaſa,ſũmaq; pãdẽs
Suppara uelorum,perituras colligit auras
Vt primũ leuior propellere linthea uentus
Incipit,exiguũq; tumẽt, mox reddita malo

❡SVLPI. Nec maris: argumentũ a facili. Amfra-
tus: flexus circuitus. Luſtranda: circundanda. Recti
flu.mare quanquã rectæ undæ dicunt̃ quæ puppim feri
unt obliquo uero quæ latus nauigii. Carcheſia: ſum-
mitates & propugnacula in ſummo malo:& foramina
quæ funes recipiunt quandoq; etiã: pro poculis ponit̃.
Curuet:præ uæhementia inclinet. Incumbat: ſupue
niat & perſeueret: Furens: uæhemens: uel ferens pro-
ſper: Perflet:ad finẽ flet & perducat nos ad littora gra
ia. Pompeiani:claſſiſ quæ eſt in Corcyra pheacũ patria
Carbaſa languida:naues noſtras nõ impulſas a uentiſ:
Iactatis remis:remigando quia triremes habent. Car
baſa:uela pars pro toto: Iamdudũ: iã diu Perdimus:
amittimus quia nõ nauigamus: & fruſtra nobis prodeſ
ſe conant̃ ut occulti quo uolumus celeriter perueniã-
mus: Sidera:habita concione huiuſmodi Cæ. uniuer-
ſus exercitus conclamauit quæcũq; iuberet ſe eſſe parã-
tũ.impoſitis ergo ſeptẽ legionibus in claſſẽ ire cœpit.
Prima ſidera: ueſpera idicat cronographia. Labente
occidente. Fecerat umbra:nõ lucebat amplius nã occi
derat. Rudentes:tracti & adducti funes. Laſſauere ſi-
n⁹:dilatauere uela. Flexo cornu.antẽnarũ ligno. Ob
liquat: in obliquũ opponit: Leuo pede: ſiniſtro fune
quo uelũ tendit̃ græci πόδα dicunt:Virg.una omneſ ſecare pedẽ.Vento autẽ a ſiniſtra flante quo recta na
uigatione uti poſſumus funẽ & uella in dextrã conuertimus & ſic contra. Suppara: linthea quanquã pro
ueſtimẽto puellari lineo proprie poni ſupra docuimus. Perituras: nõ uæhementes & breui ceſſaturas.
Propellere linthea:impellere uella. Exiguũ:pro aduerbio nomẽ. Reddita malo:nã quũ plena nõ ſunt &
acti uento nõ impellunt̃ in malũ redeunt:

❡OMNIBO. Nec maris.amfractus præterea nõ requirimus ueritatẽ uentorũ.ſicut faciunt qui mare cir
cumueniunt: ſed ex directo nauigantes ſolo aquilone in græciã perferri poſſumus. Amfractus: circuitus:
Hic utinã: ut hic Aquilo diuti⁹ duret. Curuet:adeo impetuoſe perflet.ut malũ nauis inclinet. Carcheſia
hanc uulgo nauẽ appellant:quæ in ſummo mali poſita eſt: eſt etiã genus poculi. Ferens. uæhementer ſpi-
rans. Ne Pompeiani. reddit rationẽ cur optet aquilonẽ uæhementius ſpirare: quia rates erant per littora
pheacum ubi claſſis pompeiana conſtiterat: metuebat igitur ne uentus deficeret & naues in medio mari
continerentur & a Pompeianis caperentur: in hoc mari naufragiũ fecit Vlyxes: cũ in græciã proficiſceret̃.
Languida:deficiente uento. Rhemis:ne ipſi rhemis noſtras circunueniunt. Rumpite quæ:ergo dũ uobiſ
fauent uenti:ſoluite naues. Iamdudũ nubes: nunquid ſentitis nebuloſũ hoc tempus & uentoſũ uobis pro
pitiũ eſſe. Sæua: quæ ſæuæ uidentur. Sydera prima poli: hac perſuaſione animos militũ Cæſar erexit ut
ſe intrepidos mari committerẽt:deſcribit tempus nauigationis:dicit enim principiũ noctis fuiſſe. Prima
ſidera poli:occidente ſole ſtatim ueſper prima ſtella apparuit. Suas umbras.ideſt noctẽ: iã luna exorta erat
ſicut lux propria ſolis dicitur:ita umbræ ſunt lunæ: Totoſq; rudentes: quia cũ carbaſa intendere uolunt ru
dentes intendunt:ut antenna ſublata uenti uela implere poſſint. Rudentes: funes quibus intenditur uelũ.
Et flexo nauita cornu obliquat leuo pede: expreſſit geſtum nautæ: tum cum ſoluta uela aperit tenſo ru-
dente. Vela obliqua leuo pede: ut Virgilius Vna omnes fecere pedem. ideſt una omnes intenderunt fu-
nem. Leuo pede.quo intenſo ſtatim aperta ſunt uela:Pes autem funis eſt quo uelum tenditur Cattullus:Si
ue utrunq; iuppiter ſimul ſecundus incidiſſet in pedem. Cornu.ſcilicet antennarum: quæ tanquam cornu
ſunt in ſummo malo. Supparus:eſt linteum fœmorale.eſt etiam ueſtimentum puellare quod ſubucula di-
citur hic & alibi accipit pro ſumma uelorum parte:quæ rugoſa eſt. Summa:ſummas partes ſignificat ſecũ
dos habuiſſe uentoſ. Vt primũ:ſtatim inqt uenti ceſſauere & deſtitutæ ſunt in medio mari naueſ. Exiguũ:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pro exigue:unum ſequitur ex reliquo:nam quia leuior ſpirat uentus:ideo parum tumeſcebant uela:

In mediam cecidere ratem terraq; relicta,
Nō ualet ipſa ſequi puppes q̃ uexerat aura
Aequora lenta iacent alto torpore ligata:
Pigrius immotis hæſere paludibus undæ.
Sic ſtat iers ſcythicas aſtrigēs boſphorꝰ ūdas
Cum glacie retinēte fretū nō impulit iſter
Immēſū gelu tegit' mare. cōprimit unda
Deprændit quaſcūq; rates. nec peruia uelis
Aequora frāgit eq̄s fluctuq; latēte ſonātē
Orbita migrantis ſcindit meotida beſſi.
Sæua quies pelagi. mœſtoq; ignaua ꝓfūdo
Stagna iacētis aquæ. ueluti deſerta rigente
Aequora natura ceſſant. pōtuſq; uetuſtas
Oblitus ſeruare uires. non commeat æſtu
Nō horror tremit. nō ſolis imagine uibrat
Caſibus inumeris fixæ patuere carinæ.
Illinc infeſtæ claſſes. & inertia tonſis
Aequora motura grauis hinc lāgor ꝓfūdi
Obſeſſus uētura fames. noua uota timori
Sunt inuēta nouo. fluctꝰ nimiaſq; precari
Ventorum uires. dum ſe torpentibꝰ unda
Excutiat ſtagnis. & ſit mare. nubila nuſquā
Vndarumq; minæ. cœlo languente fretoq;
Naufragi ſpes oīs abit. ſed nocte fugata
Læſū nube diē iubar extolit. imaq; ſenſim
Concuſit pelagi. mouitq; ceraunia nautis.

SVLPI. Nō ualet. deſinit flare. Ligata torpore hærentia & immota quiete & tranquilitate. Iacent: nō fluunt. Pigrius immotis: hanc maris tranquilitatē paludibus & euxinio gelu aſtricto meotidi comparat. Immotis. quietis pigris. Boſphorus. boſphori ſunt duo anguſtiſſima freta quorū alter cymmericus appellat' eſtq; inter meothidē & euxinū contra europe principiū de quo Ouidius: Boſphorus & tanais ſuperant ſcythicæq; paludes. Alter thratius pontici maris pars prope bizantiū qui eſt inter euxinū & propontidē. ponit ergo boſphorū pro euxinio. Stat iners: nō mouet'. Hiſter danubius qui per ſeptē hoſtia exit in pontū. Mare: euxinū ipſū.
Comprimit: conſtringit retinet: Nec peruia: ideſt equites nō rumpunt gelu ipſius maris per quod eunt nauigia & uela. Orbita: rota currus & eiꝰ ueſtigiū ut ait Aſconius dicit' & orbitus adiectiuū ut motus orbitus apud Varronē. Beſſi po. ad hæmū monte qui ob latrocinia latro uocat'. Migrantis. diſcedentibus euntis. Meotida. paludē in ſcythia quā efficit Tanais & congelat' ſicut euxinū. Latente. quia ſub gelu eſt. Sæua: magna. Ignaua ſtagna: mare trāqlū. Mœſto ꝓfūdo: mari pigro. Veluti deſerta natura rigente: tanquā relicta a natura quæ nunc rigere & ſe nō mouere uidet'. Ceſſant. nō mouet'
Vices: officiū curſū. Nec uibrat: commeat. fluit. Tremit: concutit' ui. Imagine ſolis: nec concitat' ui lunæ cuius certis temporibus acrius commouet'. Fixæ: immotæ. Patuere: expoſitæ fuere. Illinc: ab hoſtibus. Et moturæ tonſis æquora: nauigaturæ remigando: Hinc. ex altera parte. Langore profundi: maris tranquilitate.
Fames: non enim habebant dierū pluriū commeatū.
Noua uota: ut tempeſtas maxima concitaret' qua in terras aquilas propellerent'. Dū: dummodo. Excutiat: commoueat ſe. Torpentibus ſtagnis: tranquilo æquore. Et ſit mare: & agitet' unda ſolito more. Minæ undarū: inditia tempeſtatis. Languente cœlo. nō flantibus uentis. Naufragii: periculoſæ tempeſtatis. Iubar: lucifer ſtela. Extulit diē læſū nube: eduxit nubiliū diē quia ſummo ad imū mare concitauit. Mouit ceuraunia: aut enim tremerunt aut cū naues a uentis impellerent' moueri uideant'. Ceraunia epyri montes a crebris fulminibus dicti κεραῦνοσ. enim fulmē ſignificat.

OMNIBO. Terra relicta: quia iam a littore in mare mediū deduxerant naues. Ligata: compreſſa. Alto torpore. quia nil mouebantur. Sic ſtat: per ſimilitudinem oſtendit quomodo mare immobile conſtitue rat: dicit enim non aliter mare ſtabat immotum q̃ ſcythia palus Meotis cum glaciæ aſtricta fuerit. nam gel uacri adeo præmitur Meotis ut iter tranſmeantibus facile præbeant: eodem modo de mari dicit: duæ ſimilitudines ſunt prior de Boſphoro: ſecunda de meoti bina aut ſunt boſphora: unum quod cimmericum appellatur quaſi cimbricum (ut refert Strbo) græcorum lingua cimerii Cimbri nominantur: hi ad paludem uſq; meotim militiam agitarunt: alterum uero trhacium Boſphorum eſt appellatum ſecundum fabulas. Iuppiter in forma bouis Europam ea tranſtuliſſe dicitur. Vnde boſphorus a βοῦσ bos: & χορέω: fero uel a περάω tranſfero: circa autem margines meotides diuerſi populi habitant qui ſæpe gelu ſtringente paludē non aliter q̃ per continente ſolent. Iſter: danubius: ſignificat frigoris uæhementiam: quæ tanta eſt ut danubium celeriter cruentem plærunq; inglaciet. Fertur enim (ut libro. iii. refert Strabo) iſter ab occaſu in ortum & in euxinum pontum a ſiniſtra relinquens Germaniam omnem: incipientem a rheno: geticumq; totum & quod eſt Tyrengetarum & Baſtarnorum atque Sauromatarum uſque ad flu: Tanaim. lacumque Meotidem a dextra uero Thraciam omnem & illyricum reliquamq; ultimam græciam. Gelu: quin etiam maris unda gelatur: quod eſt mirandum. Frangit eques: ſcilicet ungula cornipedum: Meotida beſſi: nam circa margines Meotis habitant diuerſi populi: inter quos & beſſus. Strabo libro ſeptimo refert. Beſſos magna ex parte montem Aemum diuidētem mediam Thraciam incollere: & latrones uocari propter latrocinandum.
Migrantis. huc & illuc & ultro citroque tranſeuntis. Latente: ſub glacie. Sæua quies: ſcilicet erat. reſpexit ad uoluntatem Cæſaris nam quam tranquilitatem cæteri optant: hanc Cæſar abominabatur. Mœſto. pro quod mœſtum reddebat Cæſarem. Iacētis: immotæ aquæ. Veluti deſerta regente æquora natura: mare iaquit perſtabat immotum quaſi ipſius maris natura mutata eſſet: nam mare contin ae flu ſum pariter atq; refluxum patitur. Vices: uiciſſitudines quas ab initio habuit & fluxus & refluxus. Commeat: ultro citro



q; quia nūc ſemet æſtus nec deficit. Horror: ſcilicet uētorū. Solis imagine. ideſt luna unde etiā ſolis ſoror dicit'. Caſibus innūeris: mare ita erat trāquillū: ut nec uētis ullis: nec ſyderibus: aut uarietate: unda in ullā partē moueret': & ſtagni potius q̃ maris ſpeciē præberet. Fixæ: ſtabiles. Claſſes: ſcilicet pō. quæ littora & portus obſidebāt. Inertia tōſis: quia uelis nauigabāt cæ. naues mouere nō poterāt: at uero pō. rēis naues impellebāt. Tōſis rēis: a tōdēdis undis. Grauis: intollerabilis. Lāgore. immobilitate maris. Noua uota timori: qui i medio maris ſūt trāquilitatē exoptāt: hi uero tēpeſtatē: quia ſi uētꝰ uæhemētior fuiſſet ita ſe poſſe exiſtimabāt periculū euadere ergo noua uota nouus etiā timor: ne propter trāquilitatē maris deprehēderent' ab hoſtibus. Vētorū uires: ut uētus incūberet uæhemētior qui ſolet a nautis timeri. Nimias uæhemētes: nihil recuſabāt: nō tēpeſtatē: nō uētos uæhemētes: dūmodo poſſēt exire. Excutiat: ideſt eripiat. Et ſit mare. ideſt ſit natura maris quod ſēper agitat' & fluctuat. Spes omnis: quod ali metuūt: illi ſperabāt. Naufragi: ideſt tēpeſtatis. Cœlo lāguēte: quia uētus nullus erat. Nocte fugata: ideſt nocte præterita. Iubar: ſplēdor ſolis. Læſū: ideſt obſcuratū: quia nō ſerēus exortus ē dies. Ceraunia: promōtoriū epyri i anguſtiis adriatici ſinus nā ibi incipit epirus unde dictū eſt acroceraunō q; frequētibus infeſtet' fulminibus: nā ἀκροσ mōte ſignificat: & κεραῦνοσ flumē. Ceraunia: ideſt mouit fulmina quibus apta ſūt acroceraunia: hoc nō placet quia hyēis tēpus erat: quo fulmina nō cadūt. Sed mouit ceraunia. ideſt admouit ceraunia ad cōſpectū nautarū orto enim ſole uiderūt eos mōtes uel mouit quia tremēte pelago: ceraunia uidebant' moueri.

Inde rapi cœpere rates. atq; æquora claſſē
Curua ſequi. q̄ iā uēto fluctuq; ſecundo
Lapſa paleſtinas uncis affixit arenas
Prima duces uidit iunctis conſidere caſtris
Tellꝰ. quā uolucer gēoſꝰ quā molior apſus
Circuneunt ripis. apſo geſtare carinas
Cauſa palus leni quam fallēs eggerit unda
At gēoſū nūc ſole niues nūc chymbrī ſoltæ
Præcipitant. neuter longo ſe gurgite laſſat
Sed minimum terræ uicino littore nouit
Hoc fortūa loco tantæ duo nomina famæ
Compoſuit. miſeriq; fuit ſpes irrita mundi
Poſſe duces parua campi ſtatiōe dirēptos
Admotū damnar' nefas. nā cerner' uultus
Et uoces audire datur. multoſq; per annos

SVLPI. Rapi. uæhemēter impelli. Curua: flexuoſa & fluctuoſa nā undæ curuæ ſūt. Sequi: impellere.
Lapſa: diſcurēs & agitata. Vncis: anchoris. prope oricū: Paleſtinas: epiroticas paleſtini in ſiria ad idumeā populi ſūt a quibus locus in epyro paleſte dicitur eo quod gēinæ colūbæ fatidicæ e ſyria i dodonā uolauerūt quæ paleſtinæ ſūt appellatæ ibi erat inferni hoſtiū & furiaꝝ tēplū eſſe ferebat'. Vnde paleſtinas deas futuras intelligimus. Ouidius quarto faſtorū. Sæpe paleſtinas iurat adeſſe deas. Peruēit autē cæ. poſtridie q̃ ſoluit ad eū locū qui paleſte appellat' nactus quietā ſtationē: cū omnes portus metueret quos teneri ab aduerſariis arbitrabat' ibi nauibus omnibus ad unā incolumibus milites expoſuit: & naues eadē nocte brūduſiū rēiſit per fuſiū calenū ut reliquæ legiōes equitatuſq; trāſportari poſſēt. Sed a bibulo qui coryciæ erat circiter. xxx. captæ cū nautis & dōinis cūbuſte ſūt cæ. uero orico cui Torquatus præerat recepto & inde appollōia Dyrrhachyū uerſus iter arripuit. Quibꝰ auditis pō. qui tūc in cāpania erat magna celeritate prior peruēit: & poſitis ad apſū fluuiū caſtris ſub pellibus ut cæ. uicinus faciebat hyēare cōſtituit. Iūctis. uicinis. Gēoſus: epyri fluuius quē a Dyrrhachio in theſſaliā eūtes inuēiūt. Apſus: macedonū fluuius quē ſi pecudes biberint nigros pariūt fœtus.
Mollis: lēis curſus. Apſo geſtare: apſū nauigabilē facit palus uicina quæ in ipſū lēiter influēs auget. Fallēs: nō enim uidet' ipſā emittere: Eggerit: uacuat emittit educit. Gēoſū: qui torrētior ē: Hymbre: pluuiis.
Laſſat. defatigat quia ſtatim in mare effluūt. Gurgite: curſu aquæ. Hoc fortūa loco: huc inquit peruenerūt tāti duces quos quidē ſperauit mūdus ab armis propter uicinitatē poſſe deſiſtere. nā ex quo iulia ſuo cū partu ē mortua nūquā propinquius uidit pō. cæ. niſi quū fuit ſibi eius caput oblatū. Cōpoſuit: cōtulit cōiūxit:
Nōina duo cæ. pō. Dirēptos: ſeparatos. Statiōe: ſpacio in quo ſtari poſſet. Nefas. ſcelus belli ciuilis ante oculos poſitum.

OMNIBO. Inde rapi: ſub hac mutationē cœli & aeris: Rapi: a uentis. Curua: inſinuata. ſcilicet uentis. Aequora claſſē: poteſt eſſe hypallage. ideſt claſſis cœpit ſequi æquora. Secundo: bis intelligit' & ſecundo uento. & ſecundo fluctu: quia puppe uentus ſtabat. Lapſa. ideſt celeriter currens. Confixit uncis. ideſt anchoris. Harēas paleſtinas: in epyro iuxta oricō locus eſt paleſte appellatus: in quē nunc deſcendit e nauibus cæ. quod etiā in commentariis legit' emendatis. Poſtridie inquit terrā attigit græcorū ſaxa inter: & alia loca periculoſa: quietā nactus ſtationē & portus oēs timens: quos teneri ab aduerſariis arbitrabat' ad eū locū quæ paleſtina appellat' omnibus nauibus ad unā incolumibus milites expoſuit. quanuis in deprauatis: pharſalia legat'. a paleſte igit' fit paleſtinus. Sic ouidius de faſtis paleſtinas deas appellat. Eſt etiā paleſtina regio contermina ſyriæ. Gēoſus flu. eſt epyri. Apſus flu. alter epyri qui medius erat inter caſtra cæ. & pō. Apſo geſtare ca: & cū per ſe uterq; amnis nō ſufficeret ſuſtinere naues humilitate aquarū uterq; adiutus eſt: ille palude uicina. Hic uero niuibus: quæ de montibus propinquis ſoluebant'. Fallens leni unda: quia uix curſus deprehendit'. Vnū ſequit' ex reliquo quia leni unda influit ideo fallens. Præcipitant: uelocē faciunt. Littore. ſ. paleſtini maris. Nouit: quia paruū terræ ſpaciū labit'. Hoc fortūa uoluit: ut hi duo duces nobiliſſimi quorū fama totū orbē impleuerat caſtra directa ponerēt. Miſeriq; fuit: quia ꝓpinqui erāt miſeri homines ſperarūt illos poſſe ciuilis belli nefas cognoſcere & cognitū relinquere: ſed ſpes hæc irrita fuit: quia in ꝓpoſito perſtiterūt. Admotū dā: quia quanto propinquiores erant tanto clarius ciuilis belli nefas cognoſcebāt

quando inquit remotiores erant:ſi in propoſito belli ciuilis gerendi perſtiterunt: ueniā mereant̄ quia neſas nō cognoſcerent:at uero cū nunc ita propinqui eſſēt ut alter alterū inſpiceret: uituperatione carebant. Diremptos diuiſos. Parua ſtatione:paruo interſtitio & ſpacio. Multoſq; per annos: poſtquā in matrimoniū filiā ſuā iuliā Cæſar dederat Pompeio:nunquā tā prope te uidit.quā hoc loco Pompei: niſi in ægypto cū caput tuū Cæ.oblatū eſt a rege Ptolomeo:tunc propinquius te uidit ſed mortuū.

Dilect⁹ tibi magne ſocer.poſt pignora tāta
Sāguinis infauſti. ſobolē mortēq; nepotis
Te niſi niliaca propius non uidit arena.
Cæſaris attonitā miſcēda in prælia mentem
Ferre moras ſcelerū partes iuſſere relictæ,
Ductor erat cunctis audax antonius armis
Iam cum ciuili meditatus leucada bello
Illū ſæpe minis cæſar precibuſq; morantē
Euocat.o mundi tantorum cauſa laborum
Quid ſupos & fata tenes:ſūt cætera curſu
Acta meo.ſumma rapti per proſpera belli
Te poſcit fortuna manū. nō rupta uadoſis

❡SVLPI. Pignora ſanguinis infauſti:affinitatē infelicis filiæ. Nepotis. fœtus immaturi: nā iulia Pompei uxor conſternata ac dolore quod Pompei ueſtiſ:e comitiis ædilitiis cruore plena domū emittere coacta periit. ut diximus ſupra. In arena niliaca:in ægypto ibi tuū caput aſpexit. Cæſaris: illico manū cū hoſte Cæſar conſeruiſſet ſi omnis copias habuiſſet. Tardior igit̄ aduentus Antonii quē Brūduſii reliquerat remorabat̄ qui ſæpenumero accitus & metu hoſtiū & tempeſtate prohibebat̄. Partes:copiæ. Relictæ: brunduſii. Attonitā:ni mis intentam. Moras: ceſſationem prælii & cedis. Cunctis armiſ regionibus methonymia. Meditatus qui cogitauerat & ipſe bellum ciuile mouere quod poſtea geſſit.Sed in mari leucadio ab auguſto Octauio eſt ſuperatus. Leucada:methonymia leucas pro bello:Eſt autē leucas oppidū in epyro. O mundi:uerba Cæſaris quibuſ antoniū per litteraſ & nuntios accerſebat. Cauſa:nam niſi tu me remoraueris.bello ciuili finis eſſet impoſitus. Curſu:celeritate. Summā manū:appoſitio id eſt finē & qui perficias ſummā enim manū rebus imponere dicimur cū perficimus. Nō rupta.ſyrtes libycæ nos nō ſeparant inquit:ſed,ſumuſ uicini. Vadoſis:nō profundis & quibus in hærent naues.

❡OMNIBO. Pignora uincula affinitatis: Sobolē:iulia. Sanguinis infauſti:quia in ipſo flore iuuentutis mortua eſt:nā cū grauida eſſet & ueſtes Pompei conſpexiſſet cruentas quas ille ſanguine deturpauerat exiſtimauit Pompeiū uulneratū fuiſſe:unde peperit abortiuū:& cū filio cōtinuo mortua ē. Mortēq; nepotis: quia paulopoſt filius ex ea natus ſecutus eſt matrē. Propius:propterquā hoc loco. Niliaca arena:ibi ſepultus eſt Pompeius. Cæ. attonitā. Cæſar ut prope caſtra conſtitiſſent in conſpectu hoſtiū properabat ipſe in aciē ducere milites:ſed cauſa moræ fuit.ꝙ partē ſui exercitus reliquerat Brunduſii:neq; enim naues exercitū omnē traiicere poterant:Cæ.enim cū expoſuiſſet in terrā milites eadē nocte naues brunduſiū remiſit: quibus reliquæ legiones & equitatus cū.M.Anto. tranſportari poſſet:& huic officio præpoſitus eſt iulius Callenus legatus:ſed diuitius moratus eſt Anto.quā Cæ.cupiebat:qui ſpē omnē in celeritate conficiendi ponere ſolebat.Verū ut libro.ii.refert Appianus cū Cæ.& Pō.iuxta Dirrhachiū caſtra poſuiſſent:Pō.tyrones ad bellū inſtruere ſuos a Brunduſio uenturos expectans Cæ.magna celeritate ad eos mittit: curſūq; accelerare iubet:nō accedentibus illis: ipſe inſcio exercitu adnauigare ſtatuit: utpote qui neminē facilius eos adducere ſperaret:e cœnaculo diſcedens corporis ſagittatione prætenſa amicos epulari ſuadet deinde priuato habitu curru deferṫ mox nauē ingreſſus Cæ. nunciū ſe eſſe ſimulat: cætera per ſeruos facienda ediſſerit:eo modo latens nocte potiſſimū inſtante cū a uentis agitaret̄ mare:ſeruos gubernatorē adhortari monet:propere curſū aripiunt: quaſi hoſtes finitimos latere cuperet gubernator elatis remis per uim fluuiū celer exuperat: cū autē ad hoſtia & maris aditū peruentū eſſet mare ipſū ſummis concitatū fluctibus:magno impetu ac turbine curſū intercipit: gubernator ueluti inſtantibus hoſtibus per uim conabat̄ euadere: uerū cū nihil proficeret fatigatus ac deſperans tandē clauū emanibus adiicit.Tū Cæ. ſublato uelamine ad gubenationē conuerſus & intonans:allacri animo & forti aduerſū fluctus eſto inquit Cæ. quippe & fortunā eius tecū uehis: hac uoce ſtupefacti remiges gubernatorq; magna ui nauē educere contendunt:ita ut fluuii hoſtia denuo euaderet:uento deinde & fluctibus eā extollentibuſ ad littus tandē uicta compellit̄. Inſtante die cū lux cuncta apertiora redderet trepidare cœpere ueluti manifeſti futuri hoſtibus tū Cæ.fortuna accuſans ꝙ felicitati eius inuidiſſet:nautas retrouerti iubet:nauis itaq; aſpirante uento facile compulſo fluuio reddidit. Cæ. igit̄ nōnulli ob audaciā admirābant̄: quidā querelis proſecuti ſunt. ꝙ facinus militari potius ꝙ̄ imperatoria laude dignū eſſet aggreſſus.is uero cū ulterius latere nō poſſet:poſthumiū eius loco adnauigare iubet: gabinioq; ut exercitū nauibus adducat imperare:ſin id abnuat hæc ipſa Anto.præcipere: poſt Anto.uero Caleno: ſin id omnes negent epiſtola alia ad exercitū ſcripta erat uelle ſe eos ſupra naues poſitos poſthumio obſequi & in locū quē uentus duceret uela tradere nihil nauibus parcentes: nō enim nauibus ſed uiris Cæ. opus eſſe in hunc modū Cæ, pro ratione fortuna uti deliberauerat.quæ omnia Pō. intercipere faſtitians in pugnā paratā ducebat aciē. Iuſſere:coegerunt quia properabat ipſe bellū ciuile ſtatim peragere. Scelerū:mordet ſemper Cæ.Luca. Relictæ:brunduſii cū Anto. Attonitā:furentē & in inſaniā propemodū conuerſā. Miſcenda.ideſt committenda quia properabat ipſe bellū ciuile conficere quaſi attonitus. Iā tū ciuili:ex eo tempore inquit exercere cœperat Anto. bellū ciuile:quod poſtea geſſit ad leucada promontoriū cū Octauio. Meditatus:quaſi præludia quædā nunc faceret bello ciuili. Leucas: promontorium eſt epiri: ubi ciuilia bella geſſit Antonius & cleopatra aduerſus octauium. Euocat: e Brunduſio: Minis: ſcripſerat litteras aſperiores ad antonium Cæſar ꝙ ſerius cum reliquo exercitu in epyrum ueniret. O mundi.hæc uerba ſunt quibus dicit Lucanus illum per litteras uocaſſe. Cauſa laborum:quia ſi ueniſſes iam omnes labores extincti eſſent. Tenes:moraris. Superos:nobis fauere uolentes. Acta:expedita. Curſu:celeritate. Rapti belli:ſtatim geſti: & accelerati. Proſpera per fauorem & felicitatem. Non rupta:hæc oratio ſiue epiſtola Cæſaris quam habuit ad antonium habet ſuaſionem cum indignatione:oſtendit enim illa omnia facilia eſſe:dummodo uelit ad ſe traiicere alteram partem exercitus:primum fortunam ſecum eſſe dicit:quæ ſemper ſua uota ſequi conſueuerat quod in ſuperioribus oſtendit.cum dixit.Sunt cætera curſu acta meo.nunc uero arguit facilitate nauigationis dicit eni breue admodū ſpaciū ē iter te & nos:nā:ut refert Strabo lib.v.Brūduſio ī trās maritimā ripā nauigatio eſt:una qdē ad ceraunia:littuſq; deinceps reliquū & Epiri & græciæ:altera in Epidanū:q̄ prima languior: nam mille &.d.ccc.ſtad.ſunt. Nō rupta uadoſis:nō ſūt inqt tibi nauigādæ ſyrtes:p quas naues plærūq; periclitant̄.



Syrtibus icerto libyæ nos diuidit æſtu.
Nūquid iexperto tua credim⁹ arma ꝓfūdo:
Inq; nouos traheris caſus:ignaue uenire
Te cæſar non ire iubet.prior ipſe per hoſtes
Percuſſi medias alieni iuris arenas
Tu mea caſtra times pereuntia tempera fati
Conqueror in uētos impendo uota fretūq;
Nererine dubium cupientes ire per æquor.
Sibene nota mihi eſt ad cæſaris ar ma iuēt⁹
Naufragio ueniſſe uolet.iam uoce doloris
Vtendum eſt.non ex æquo diuiſimus orbē.
Epyrum cæſar tenet totuſq; ſenatus
Auſoniam tu ſolus habes.hih terq; quaterq;
Vocibus excitum poſtq̄ ceſſare uidebat.
Dum ſe deeſſe dies ac nō ſibi numina credit
Sponte ꝑ incautas audet tētare tenebras
Quod iuſſi timuere fretū.temeraria prono
Expertus ceſſiſſe deo. fluctuſq; uerendos
Claſſibus.exigua ſperat fulcare carina
Soluerat armorum feſſes nox lāguida curas
Parua quies miſeris.in quorū pectora ſōno

❡SVVLPI. Incerto:quia loca illa nunc mare nunc arenæ efficiuntur. Credimus: committimus. Inexperto.prius enim ipſe nauigaui q̄ tu. Venire: ſequi. percuſſi arenas medias:nauigaui mare quod cuſtodiunt & poſſident inimici. Tempora peuntia: felicem fatorum occaſionem ſubtrahi nobis. Impendo uota:conſumo deſideria mea in maris tranquillitate optanda.Ouidius.in uentis & aqua ſpes mea tota manet. Cupientes:legiones. Naufragio: etiam cum periculo naufragii faciendi & ſi certo ſcirent naues fractum iri. Voce doloris:quā dolor cogit emittere. Ex æquo:in æquas partes. Auſoniam:italiā quæ eſt nobilior. Excitum:euocatum. poſtq̄ ceſſare iubebat:Ceſſantibꝫ copiis quas ſubſequi iuſſerat cum ad accerſendas fruſtra ſæpe miſiſſet. nouiſſime ipſe clam noctu paruulum nauigium ſolus obuoluto capite conſcendit neq; aut quis eſſet ante detexit aut gubernatorem cedere aduerſæ tēpeſtati paſſus eſt q̄ pene obrutus fluctibus:hæc trāquillus:plutharchus uero ait Seruili eum habitu tacite ex caſtris diſceſſiſſe & per Annium fluuium parua duodecim remotum ſcapha ad mare fuiſſe de latum. Se deeſſe deis:ſe non ſequi fauores deorum prodeſſe ſtudentium. per incautas tenebras.nocte enim maiori cū periculo nauigabat. Iuſſi:antoniani Temeraria:temeritatem. Ceſſiſſe:ſucceſſiſſe proſpere eueniſſe. prono deo:fauenti numine. Verendos claſſibus: metuendos etiam magnis nauibus. Soluerat:iā miſeri milites ſomno ſe dederant. In quorum pectora qui profundius dormiunt ob paupertatem paruaſq; curas:Nā ductores & pricipes ēt ī ſōno ſūt inqeti.

❡OMNIBO: Libiæ:noiatiuus eſt græcus. Nō rupta:interrupta. Vadoſis ſyrtibus:ſyrtes a σύρω traho.dictæ ſunt quia modo trahunt modo emittūt undam. Incerto æſtu:quia unda aliquādo profunda eſt: aliquādo ſicca. Nunquid:a prudētia nūc arguit:qa dicit ſe peritū eē hmōi nauigatiōis:quā pauloante exptus fuerat: an dicere potes me nō ad hāc naūigationē te hortari O Marce Antoni.qa piculū maris ignorē nunquid nō experti ſumus huiuſ maris picula. Credimus:cōmittimus. Tua arma:exercitū & milites qbus ꝑes. Nouos inuſitatos:qbus nūq̄ antea uerſati fuerimus. Nō ire iubet.i.ꝑire:hoc ē iubet ſe q & nō icipere. Venire.i. ſequi nauigationē meā. Iuris pōpeiani:nā in poteſtate pōpeii tota regio maritima erat. Tu mea ca.ego prior nauigaui: & nō audes in mea caſtra uenire. Tēpora fati.ſ.ſecūdi nobis: In uētos.i.uota mea inaniter fundo:nā id ſpargi dicitur in uētos: & ī aquas qđ fruſtra dicit̄.Catullus Sed mulier cupida qđ dicit amāti:in uēto & rapido ſcribere oportet aqua. Ne retine.ai poſſibili:qa poſſet dicere anto.nō poſſum uenire:qa milites reſiſtūt:immo parati ſunt uenire:etiam ſi nolueris:non enim ipſi ad nos te uenire prohibent:ſed tu eos. Si bene mihi nota: ſi bñ tuorū militū ingenia noui etiam cū periculo ad me uenire nō dubitarēt. Naufragio:ſubaudi cū. Iā uoce doloris:concludit per indignationem.uidelicet ſi cū iniuria cōtumelia iuncta eſſe oſtenditur.per quem locum in ſuperbiam & arrogantiam inducit:ſuperbus oſtenditur:ꝙ uelit Auſoniam cū imperio tenere ſolus ipſe anto. cū Cæ.tantum modo tenet epirū cū uniuerſo ſenatu. Vtendū uoce doloris:non poſſum ſine dolore eſſe ꝙ tu tibi uēdicaueris italiā:& ego cū uniuerſo ſenatu epirū teneā. Totus ſenatus.i.ſenatores:q cū cæſare erant:uel potes intelligere de ſenatoribus q cū pompeio erant.quod magis placet. Bis terq;:uocatus Anto. uenire tardabat:cæſar uerius ne interciperetur a pompeianis nauibus.nō potuit diutius hāc moram pati:ſed ſe paruo nauigio cuiſdam pauperis amyclæ commiſit:ſed parum admodum abfuit:quin naufragio periret: fortuna tamen quæ ſemper ei fauere cōſueuit:illū a periculo liberauit. Terq; quaterq;.i.ſæpius.Virg. O terq; quaterq; beati Dum ſe deeſſe deis.i.numina parata eſſe:ut uotis ſuis rñderēt:& ſe non rñdere diis. Sponte:reſpicit ad illud

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Quod iuſſi timuere:quando Anto.Cæ.iuſſu uenire nolebat:Sponte ipſe ad Antonium uenire uoluit. Exp tus temeraria:cum a Brunduſio nauigauit ꝙ temeraria nauigatio feliciter ceſſit:nihil enim eſt quod magis ho mines temerarios faciat.& incautos:q̃ ſecunda fortuna. Ceſſiſſe:ſucceſſiſſe pro uoto. Fluctuſq; uerendos:& tempeſtatem maris quam uix magnæ naues uincere poſſent:tamen ſperabat exigua cymba ſe poſſe ſuperare.

Claſſibus:nauigiis maioribus:ne dum paruæ cymbæ. Soluerat armorum:deſcribit quo tempore Cæſar ad caſam amiclæ nautæ admodum pauperis uenit ſub habitu gregarii militis:ne dignoſceretur:cum iam exerci tus omnis quieſceret. Nox lan.cu.quia cura cum diu animum agitauerit.primo quidem ſomnum expellit: ſed cum diu fatigauerit animum reſoluitur in ſomnum. Languida:quæ languidos facit homines. Parua quies miſeris:quia nunquam quieſcebãt niſi parũ illud ſpacium quod ſomno concedebatur. In quorum pe. quia pauperes ſolent eſſe magis uacui curis:ideo etiam ſecurius dormiunt.

Dat uires fortuna minor, iam caſtra ſilebant
Tertia iam uigiles cõmouerat hora ſecundos.
Cæſar ſollicito per uaſta ſilentia greſſu
Vix famulis audenda parat. cunctiſq; relictis
Sola placet fortuna comes. tẽtoria poſtquam
Egreſſus uigilum ſomno cedentia membra
Tranſtulit. æquus tacite quod fallere poſſet
Littora curua legit, primiſq; inuenit in undis
Rupibus exeſis hærentem fune carinam.
Rectorem dominumq; ratis ſecura tenebat
Haud procul inde domũ non ullo robore fulta
Sed ſterili iunco, cannaq; intexta paluſtri
Et latus inuerſa nudum munita phaſelo
Hæc cæſar bis terq; manu quaſſantia tectum
Limia cõmouit. molli cõſurgit amyclas
Q uẽ dabat alga toro qſnã mea naufrag⁹ iquit
Tecta petit, aut quem noſtræ fortuna coegit
Auxilium ſperare caſæ. ſic fatus ab alto
Aggere. tam tepidæ ſublato fune fauillæ
Scintillam tenuem commotos pauit in ignes;
Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſam, o uitæ tuta facultas'
Pauperis, anguſtiq; lares. o munera nondum
Intellecta deum, quibus hoc contingere tẽplis

SVLPI. Fortuna minor: parua facultas. Hora tertia:iam erat ſecunda uigilia quæ e ternis internas horas mutari ſolet. Solicito:ſuſpenſo. Tranſiliuit præteriuit. Vix audenda famulis: quia periculoſa audebat & ſe ut uiliſſimum abiecit ſoluſq; ibat. Quã quam ut tradit Appianus præmiſerat tres ſeruos q optimum gubernatorem & nauim celerrimam ad inuenirent:eiſq; remiſſis nuncium ſe cæſaris ſimula uit. Poſſet fallere:a nemine ſentiretur. Legit:aſpi cit. Virg. unde omnes longo ordine. poſſent aduer ſos legere. Exeſis:corroſis a fluctibus. Rectorem: Amyclam piſcatorem. Secura hypallage ideſt ſecu rum & tranquilli animi. Fulta non ullo robore:ſu ſtentata nullo ligno & fulcimine. Sterili:nil enim producunt iunci & in ſterili ſolo naſcuntur. Muni ta latus:ſynechdoche. Phaſelo:cymba quam ere ctam inuerterat. Hæc cæſar:Adiit hoc tugurium p cuſſitq; hoſtium cæſar ut dormientem excitaret. Quaſſantia:tota enim commouebatur. Alga:mariſ herba. Vlua uero eſt paludis & fluminis. Naufra gus:exiſtimbbat cæſarem naufragum eſſe. Tecta petit:pro petiuit ſyncope eſt ut apud iuuenalem ma gnus ciuis obit. Aut quem:aut quis eſt adeo ege nus & miſer ut a me poſſit auxilium petere. Ab al to aggere:aggerem appellat cubile ex ſtipula & ma teria diuerſa congeſtum. Sublato fune fauillæ: So let ignis in torto fune ſeruari:ex cuius agitatiõe ad motis foliis & fomitibus flamma elicitur. Eſt autem hoc loco hypallage ſublata fauilla tepida funis ideſt remoto cinere ſub quo ignis latebat. Scintillam te nuem:exiguum ignem. Commotos pauit i ignes nutriuit mouendo donec flamma eluxit. Non eẽ prædã armis:non eſſe prædandã armatis. O uitæ laudat pauperem ſtoico more:& quod det tutam ſe curamq; uitã:& quod ſit donum dei ab hominibus nõ itellectũ:ut Diogenes cynicus ẽ dicere ſolitus.

¶ SVLPI. Omẽ: auguriũ & ſignũ. Feralibus mortiferis. Exiliit. ortus eſt. Chalybẽ frenoſq; endiadis ideſt frẽos ferreos & chalybeos & hoc ꝑpter cẽtauroſ q a lapitis primũ in eqs aſpecti:exiſtimati ſũt ſemiferi: Lapithæ: gẽtis q apeleo gẽus traxit ſolitaq; eſt cũ cẽtauris pugnare. Prima fretũ.plinius libro.vii. docet lõga naue theſſalũ Iaſonẽ primũ nauigaſſe. Pagaſeo: ſinus pagaſeus in theſſalia eſt Emporiũ enim phere habẽt pagaſas ut ait Strabo. Terrenũ.q in terra terminũ uerſari debebat. In undas.in maria. Ionos:rex theſſaliæ & apollinis filius primus argẽtũ & aurũ ſignauit auaritiæ & omniũ malorũ orginẽ.Strabo uero libro.viii.tradit phæloñẽ nũmũ mẽſuras & põderã primũ adinueẽiſſe. Percuſſit in formã: ſignauit in monetã. Fregit: diuiſi auri maſſã. Aera. metalla æris. Quod:q res. Impegit:Impulit. & ideo lycurgus ut ait Iuſtinus Auri argẽtiq; uſũ uelut omniũ ſclerũ materiã ſuis legibus ſuſtulit. Python: ſerpẽs quã apollo puer ad huc interfecit: eius corio triphos delphicus ſtatus eſt. Fluxit. repſit delphos. Ad pythia: ad feſta apollinis dei pythõis uictoria q quũ celebraꝛ de tẽplũ nõ delphica: ſed theſſalica lauro ornaꝛ. Alœus. titã filius qui ipſi mediã uxorẽ habuit cũ q̃ coiuit neptunus ex quo peperit Zethũ & epyaltẽ.q aloidæ ſũt dicti:hi cũ ſingulis mẽſibus nouẽ digitis creſcerẽt.In nomẽ ulnas erecti ſũt. Inſurrexerũtq; in deos & mõtibus ppe cõpoſitis cœlũ aggreſſi ſũt. Impius:crudelis inſuperos. Peliõ:mõs. Inſeruit.quaſi immiſcuit qa uicinus erat Incurrens:occurrens & retinens cœlũ ne uertereꝛ.

¶ OMNIBO. Theſſalicus ſõipes:qa hic equus primi in theſſalia habitauit appo. omẽ lethiferis bellis. Lapithæ:natio theſſaloꝝ.primi exiſtimãꝛ eqtaſſe:ideo ſubiũgit chalybẽ frenoſq; momordit alii cẽtauros fuiſſe commouerant qui primi equitare cœperunt.plinius pugnare ex quo theſſalos qui centauri appellati ſunt.habitantes ſecundũ peliũ montẽ. Chalybẽ frenoſq; : endiadis eſt ideſt frenos chalybeos
Prima fretũ ſcindens:ex hac etiã terra nati ſunt qui temeritate ſua primi auſi ſunt tẽtare mare:nõ cõtenti ſuo elemẽto. Pagaſæo littore.qa pagaſa oppidũ fuit theſſaliæ plinio.unde fabricata eſt nauis argo.quæ primũ undas experta eſt Iaſõ æſonis filius:nepos fuit peliæ theſſaloꝝ Regis.ut libro quĩto inquit Diodorus primũ iuxta peliũ nauẽ ædificauit q argos dicta eſt ab Architecto reſarciẽte: uel ab uelocitate q̃ antiq ἀργὸν appellabãt. Terrenũ hominẽ natũ ut terras inhabitet. Pinus. ideſt nauis argo pinea. Nouas.i. ignotas hominibus. Primus theſſalicæ:etiã primi theſſalici fuere qui auꝝ & argentum & æs in pecuniã cõflarent.quæ multoꝝ maloꝝ cauſa ſemper fuit. Ionos:dux theſſaliæ a quo Ionia eſt appellata pars græciæ: quæ uidelicet antea Attica eſt dicta. Attici Iones uocabanꝛ ab his Iones illi pfecti ſunt q in Aſiam colonias deduxerunt auctore Stra.libro Octauo Ionum autem filium ſuum fuiſſe in reſponſis pfeſſus eſt.

Apollo delphicus: ut oſtendit Vitruuius de architectura. Percuſit. percuti iuſſit: Calidæ maſſæ. calidi æris. In formā: nummorū: Fudit & argentū: ſcilicet in monetā in theſſalia ſed in Macedonia theſſaliæ coniuncta ut Solinus ait auri uenæ & argenti optimæ & plurimæ eruunt̄. Vere (ut inquit Strabo) apud Elidē phedō origine decimus a Temeno omniū ætatis ſuæ Potentiſſimus: nummū tū aureū tū argenteū ſignari docuit. Impegit. impulit. In arma: nā pecunia eſt cauſa belloꝝ. Hinc: ex theſſalia natus eſt phythō ſerpens ille ingens qui perſequebat̄ Latonā cū grauida eſſet ne ab ulla terra ſuſciperet̄: tandē ſuſcepta eſt ad inſulā delon quod cū ſenſiſſet Apollo illū ſagittis ſuis interfecit. hic uel hæc ſerpens dicit̄: Cyrtheaq; fluxit in antra: quia deinde pelle phytonis tripodas ſuos texit Apollo: Vnde: a qua propter quā rē: hinc eſt ꝙ laurus in theſſalia natæ deferunt̄ ad pythiū idest ad delphicū Apollinē: qui pythius a phytone ſerpente a ſe occiſo eſt dictus. Laurus. arbor conſecrata Apolini qui daphnē uirginē amauit. quæ conuerſa in lauꝝ. Impius hinc prolē: nati ſunt hic alœi filii œtus & ephialtes qui in ſingulas ebdomadas nouē digitos creſcebant: unde magnitudine ſua conati ſunt cū gigantibus occupare cœlū detruſo Ioue. Iuſeruit prope: quia montes cumulabant ut ſibi gradus facerent in cœlum.

¶ SVLPI. Hac: tellure Theſſalia. Damnata ſatis deputata & omnia ſcelera uoluntate deorum: Mens præſaga belli quiſq; enim futurā cedē p̄diuinabat. Palā eſt: manifeſtū eſt ex omniū opiniōe. Degeneres: imbelles timidi uiles. Verſāt peiora: cogitāt miſeros fore. Ad dubios: pauci inquit animo fortiori bene ſpabāt. Robore firmitate animi. Caſus: euētus belle in certos. Sextus pō. filius: Turbe inerti: inter puſilāimos. Qui mox: ſextus pō. cū fuga euagiſſet ex clade mūdana diu latuit Auguſtiq; Cæ. tēporibus ſiciliā & Sardiniā occupauit & cū auguſto p̄lio maritimo certauit uictuſq; in aſiā fuit. Graſſatus in undis ſcylleis: q p̄lia in mari ſiculo cōcitauit. Graſſari: enim eſt ſeuire facere. Pyrata: p̄do. Polluit triūphos equores: maculauit triūphū patris de pyratiſ cilicibuſ. Præ noſcer̄: ad p̄noſcēdū. Curſus fati: uētura: Aeger ſolicitus qbuſq; futuris. Nō tripodas deli: nō oraculū apollinis q in delo inſula colit̄. Antra pythia: cyrtheū oraculū ubi eſt coriū pythōis. Quid Dodōa ſōet: qd reſpōdeat Iuppiter q collit̄ in ſilua dodōea q̄ eſt in epyrho: ubi ex q̄rcu colūba reſpōdet. Altrix primis frugibus primi enim hōines glāde nutriti ſūt. Quis noſter fibra: nō cōſulauit auſpices nō augures: nō q pyromāſiā exercēt & a fulminibus diuināt nō q p̄fitēt̄ aſtrologiā.

Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Caſtra duces: cūctos belli præſaga futuri
Mens agitat: ſūmiq; grauē diſcriminis horā
Aduentare palam eſt: propiuſ iā fata moueri
Degeneres trepidāt animi peioraq; uerſant,
Ad dubios pauci: præſumpto robore caſus
Spēq; metūq; ferūt: turbæ ſed miſtus inerti
Sextus erat: magno proleſ indigna parente,
Qui mox ſcylleis exul graſſatus in undis
Polluit æquoreos ſiculus pyrata triūphos:
Qui ſtimulante metu: fati p̄noſcere curſus
Impatiēſq; moræ uenturiſq; omnibus æger
Non tripodas deli: nō pythia conſulit antra:
Nō quæſiſſe libet primis quid frugib⁹ altrix
Ore iouis dodona ſonet quis noſcere fibra
Fata queat quis prodat aues. qs fulgura cœli
Seruet & aſſyria ſcrutetur ſidera cura

¶ OMNIBO. Agitat: commouet: Damnata. abominabili. Præſaga: diuinatrix futuri belli: Palā manifeſtū eſt omnibus. Degeneres trepidant animi: cū in theſſalia ſicuti dictū eſt pō. & Cæ. caſtra poſuiſſent: omnes mētes cōceperāt futurū bellū nec qſquā erat q nō diuinaret ea loca diis uolētibus electa eſſe: ubi belli ciuilis curor fūderet̄. quē tot mōſtra p̄dixerāt. cū timerēt igit̄ omnes pauci uero ſparēt. inter reliquā turbā metuētiū. ſextus quoq; pō. magnus pō. filius nimio timore cōpulſus cōſtituit p Necromātiā futurū rei euētū pqrere & locus forte ſuffragabat̄ ei nā in theſſalia pitæ uenefidæ fuerūt: q̄ cæteris hac arte p̄ſtabāt una ex his elegit q̄ cæteris pitior eſſe uidebat̄: & ex ea futurū belli euētū ſcire uoluit. Verſāt maiora: q natura timidi ſūt: ſp maiora ſibi p̄ponūt. Præſūpto robore. p̄ſūpta fortitudine & uirtute. Spēq; metū. qa tātū metuebāt quātū ſpabāt. Qui mox: indignus qppe fuit tali parēte qa quos pater mari expulit hos impāte Auguſto imitatus eſt ſextus: nā capta ſicilia factus eſt pyrata poſt mortē patris. Mox: deinde ſcilicet impante Auguſto Craſſatus in undis ſcyllæis: ideſt cū per undas ſiculas ſeuiret ꝙ ibi mōſtrū marinū eſt ſcylla. Aequoreos triumphos: quia de pyratis triumphauit pater pō: quos omnes duorū menſiū ſpacio expullerat e mari. Qui ſtimulante metu: ideſt ſi præſcire futura uolebat ſaltē conſulaſſet Apollinē uel aliquē deorū. ſed eligit ſibi ueneficā quæ Necromancia arte futura prædiceret. Curſus: ideſt ſcirē & diſpoſitionē fati. Impatienſq; moræ quia tempus præoccupare uolebat. Venturis æger: ideſt metuens ſine modo futura. Nō tripodas deli: ideſt Apollinē qui reſponſa dabat in dello: unde delius eſt appellatus. nā Δῆλος ſignificat manifeſtū eo ꝙ ibi certiora daret reſponſa. Pythia antra in cyrrha monte Boetiæ: ubi pythia uates hauſto diuinationis ſpiritu dei reſponſa referebat: & carmine & oratione ſoluta ut refert. Stra. Nec quæſiſſe libet: nec conſulit columbas Iouis in dodona ſylua eſt Epyri: quæ alio nomine cahonia dicit̄ in cuius ſyluæ arboribus columbæ inſidentes reſponſa petentibus dabant. Primis frugibus ideſt glandibus: quæ ex hac ſylua multæ legebant̄. Altrix. abundans glandibus. Ore Iouis dodona ſonet. nā columbæ reſponſa dabant tanquā ſi ex ore Iouis darent̄. Quis noſcere fibra. nam haruſ-



pices inteſtinis uictimarū futura prænoſcunt. Quis prodat aues: intelligat̄ aues & intellectaſ manifeſtet auſpices ab aſpiciendis auibus dicti ſunt quaꝝ aliæ præpetes dicunt̄ quæ uolatu alie oſcines quæ cantu futura prænunciant. Fulgura cœli. ideſt coniecturas portentorū quærit nec aſtronomiā cuius artis Aſſyrii inuentores fuere ſiue altas libyæ filius: aut ægyptii. ut inquit plinius.

Aut ſiquid tacitum ſed fas erat ille ſupernis
Deteſtanda deis ſæuorū arcana magorum
Nouerat & triſtes ſacris feralibus aras.
Vmbrarum ditiſq; fidē miſeroq; liquebat
Scire parū ſuperos. uanum ſæuumq; furorē
Adiuuat ipſe locus uicinaq; mœnia caſtris
Hæmonidum ficti quas nulla licentia mōſtri
Trāſierat quarum quicquid nō creditur arſ ē
Theſſala quin etiā tellus herbaſq; nocentes
Rupibus ingenuit ſenſuraq; ſaxa canentes.
Arcanum ferale magnos. ibi plurima ſurgūt
Vim factura deis & terris hoſpita colhis.
Legit i hemoniis quas nō aduexerat herbas
Impia tot populis ſurdas gētibus aures
Cælicolum diræ conuertunt carmina gentiſ.
Vna per æhereos exit uox illa receſſus.
Verbaq; ad inuitū perfert cogentia numen
Quod nō cura poli cœliq; uolubilis unquā
Auocat iſandū tetigit quum ſidera murmur
Tunc babylon perſea licet ſecretaq; mēphis

¶ SVLPI. Tacitū: ſiq̄ erat tacita diuinatio & honeſta ut eſt geomāſia aſtrologia & aruſpicina. q̄ p ſigna & abſq; uoce indicāt: necromāſia uero p uocē. Nouerat: ſciebat fieri. Deteſtata: q̄ dii ſupi odere & teſtāt̄. Magorū. q necromāſiā exercēt. Triſtes: triſtitiā enim afferūt umbris q̄ reuocāt̄ in lucē & eas aſpiciētibus. Feralibus. q̄ mortuis fiūt. Fidē: quia necromāſia uerū dicit & eſt a ſtygiis diis: Miſeroq; liq̄bat: certus erat deos celeſtes parū noſſe & darū ſe ab eis doceri poſſe. Ipſe locus theſſalia in q̄ ſūt multæ ueneficæ. Furorē: cupiditatē unam & ipiā. Nā ut pli. ſcribit Nero ipſe dep̄ndit omnē magicā nō eſſe niſi quādā illuſionē. & Lactātius docet Dæmonū inſidiis id fieri ut q̄ nō uera ſūt uideāt̄ & cernere & audire: Ficti: qs nulla q̄ ſciebāt facere quicquid fingi poteſt: & omnia incredibilia. Quarū ars eſt. q̄ p̄fitēt̄. Ingēuit: p̄ducit. Nocētes. ueneficis aptas. Saxa ſenſura q̄ tāquā animata carminibus ueneficiorū mouēt̄. Ferale arcanū: ſecretū & mortiferū carmē. Ibi: in theſſalia. Factura uim: compulſura ad omnia faciēda: Colchis. medea uenefica maxima. Aduexerat. ex cholide q̄ magicarū herbarū & fertilis. Impia. carmina inquit theſſalidū exaudiūt̄ a deis qui ſurdi ſūt ad p̄ces populorū & ſola uox ipſarū penetrat cœlū cogitq; deos. Gētis: diræ theſſalidū. Exit: ingredit̄ penetrat. Receſſus. ſecreta. Numē. deos. Quod nō. quod polū curare negligit. nec retrahit̄ & reuocat̄ ab officio gubernādi. Murmur infādū: carmē. Tūc babylō. quāuis magi babylōici & ægyptii conent̄ dos ſuis carmib⁹ retiei n̄ poſſūt: qa theſſaliæ ſūt potētiorſ. Perſea cui pſæ pſuerūt.

¶ OMNIBO. Aut ſi quid tacitum. aut non quærit alias artes arcanas quæ hominibus conuenirent. Sed fas erat. i. nō quærit quæ licent homini. ſed quæ negata ſunt. Tacitum. ſ. ad uiſum. Deteſtanda: a deo. n. inuiſa erat necromantia. i. diuinatio. quæ fit per cadauera mortuorum. ut etiā gentiles illam abhorrerent: ſed alio genere utebantur geomantia. i. diuinatione quæ fit ſignis in puluere fixis: hydromantia pe aquam pyromantia per ignem. Ille ſupernis. ſed nihil cognitum erat ſexto. niſi arcana magorum. Deteſtanda. abominanda. i. magicam artem quam ſuperi abominabantur. unde & ipſa uenefica inuita hæc ſe facere confitebatur. Liquebat. i. manifeſtum erat. Scii parum ſuperos. non nouerat deos ſcire futura melius quam inferos: Vanum: mendacem. Hæmonidū: theſſalicorū mulierum. Ficti quas nullā licentia monſtri. i. quæ mulieres omnia facta monſtra nouerant: quia omnia ficta. uera uidentur tamen non ſunt. Quarum quicquid lactantius horum dæmonum reprobat præſtigia dicens. Magorum omnis ac potentia diuinandi horum aſpiratione conſtāt: a quibus euocati dæmones præſtigiis occecantibus falluntur ut non uideant quæ ſunt & uidere ſe putent quæ non ſunt: hi etiam geniorum nomen aſſumunt ſe. n. dæmones latino ſermone interpretantur. hos etiam penetralibus coſecrant. qui quoniam ſpiritus tenues ſunt & incompræhenſibiles inſinuant ſe corporibus hominū & inde uiſceribus operati ualitudinē uitiant. i. morbos citant ſomniis animos terrent mentes periculis quatiūt: ut his morbis homines cogantur ad eorū auxilia confugere. & tunc prodeſſe dicunt̄ cū nocere deſiſtunt. Ars eſt: uidelicet miracula: quia pauci ſunt qui miracula credunt ſed ipſæ demonſtrant artē magicā quicquid credi nō poteſt: Theſſalia quin etiā. accedebant etiā & illud ad oportunitatē quod in hac theſſalica naſcunt̄ uenenatæ herbæ quibus utunt̄ huiuſmodi mulieres: & in ea Mædea herbas inuenit. quas in inſula ſua nunquā uiderat. Senſura ſaxa. i. motura ſe ad cantū quaſi ſenſum haberēt. Ferale mortale. Vbi. plurima & ut uerbo uno complectar naſcunt̄ in theſſalia mala: quæ deos ipſos cogere poſſunt. Virgi. Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunā. Hoſpita colchis: ideſt medea quæ e colcho peregrina uenerat. Quas nō ad quas in colcho non inuenerat eas collegit in theſſalia. Impia tot: ipſa congeret deos carminibus ſuis ſe exaudire: etiam ſi nolent. Vox. ſcilicet theſſalica. Receſſus. per connexa & loca cœli remota. Inuitum numen: ut lunæ quia deducunt etiam e cœlo lunam. Martialis: quæ tunc theſſalico lunam deducere rhombo. Murmur: ideſt carminum ſecreta: ne quis intelligat. Sydera. ut lunam quia ſtatim offuſcatur ad carmina. unde tympana & æra pulſant. nam ſtatim pateretur eclypſim luna. lu-

uenalis.Iá nemo tubas atq; æra fatiget.Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Cura poli: quia ipſa luna
eſt regina cœli tempore noctis. ideo obliuiſcit̃ tegere cœlũ cũ carmine theſſalidũ uexat̃. Euocat. ideſt
nunquã ad ſe trahit:ſenſus a cura gubernandi cœli deducit̃ & intenta eſt his carminibus quæ dicunt̃.
Tunc babylõ:quãuis inquit babylõ & ægyptus ubi ſunt ſuperſtitioſi magi incantent deos ut aliquid eis
prædicant inde nihil timebunt quia magis metuunt:ſi theſſaliis aliquid uoluerit: ſed illos quidẽ negli
genter hanc autẽ continuo exaudiunt dii. Babylõ ſoluat.quia babylones nihil metuunt dei.ſiquid theſ
ſalis uoluerit:hinc Statius iraſcentẽ & minantẽ inducit tireſiã:nõ audiat̃:& theſſalidibus & Medeæ poſt
ponat:quãuis igit̃ inquit minent̃ ſe magis pateſacturos ſecreta deorũ ægyptii & babylones: nihil metu
unt ſi theſſalis aliquid uoluerit.ipſa potius audit̃ & metuit̃:nã ut li.xvi:refert Stra.apud aſſyrios chaldæi:
apud perſas magi:& apud ægyptios ſacerdotes in rerũ cæleſtiũ ſcientia præſtabant & futurorũ notitiã ha
bebant. Secreta propter ſacerdotes myſticos & incommunicabiles: plurima enim occultabãt Eudoxo
& platoni cũ quibus.xiii.annos uerſati ſunt nõnulla præcepta commoſtrarunt:cũ maxima difficultate ex
orati(auctore Strabone). Babylõ perſea.ideſt quæ olim fuit ſub imperio perſarũ.nã xerxes eam obtinuit
eruitq; belli ſepulturã.Q uetiã magnã babylonis partẽ perſæ diruerunt ut ſcribit ſtrabo quidã abſurde
pro mercurio.perſea expoſuerunt nã ſyllaba prohibet & obſcurior ſenſus inducit̃. Memphis:ideſt ægy
ptus quæ ſuperſtitioſa fuit.

Omne uetuſtorũ ſoluat penetrale magorũ,
Abducit ſuperos alienis theſſalis aris.
Carmine theſſalidũ dura in præcordia fluxit
Non fatis adductus amor. flammiſq; ſeuer
Illicitis arſere ſenes nec noxia tantum
Pocula proficiũt aut quum turgentia ſucco
Frontis amaturæ ſubducunt pignora fœtæ.
Mens hauſti nulla ſanie polluta ueneni
Excantata perit quoſ nõ cõcordia miſti
Alligat ulla tori blandæq; potentia formæ
Traxerũt torti magica uertigine fili.
Ceſſauere uices rerum dilataq; longa
Hæſit nocte dies:legi non paruit æther
Torpuit & præceps audito carmine mũdus,

¶SVLPI. Omne.penetrale: omne ſacrariũ &
arcana hoc eſt monumenta & diuerſa inſtituta.
Magorũ uetuſtorũ. hoc dixit etiã propter Zoroa
ſtẽ magices inuentorẽ. Theſſalis.uenefica. Abdu
cit.remouet ab alienis ſacris & cogit ſibi parere.
Amor ñ adduct⁹ fatis:nõ naturalis ſed ui ueneficio
rũ immiſſus Virgi: Hæc ſe carminibus promittit
ſoluere mentes Quas uelit aſt aliis duras immitte
re curas. Seueri:graues. Illicitis flammis inhone
ſto & turpi amore.Ouidius Turbe ſenex miles tur
pe ſenilis amor.& Ci.luxuria uero cũ in omni æta
te ſit turpis in ſene fœdiſſima eſt. Proficiunt. ad
amoris effectũ nõ faciunt tãtũ pocula amatoria q̃
ipſa carmina. Subducunt pignora ſubtrahunt hy
pomenes de quo. Virgi. Q uerit̃ & naſcentis equi
de matre reuulſus & matri præreptus amor. Id qui
dẽ maximã uim habet ad amorẽ & libidinẽ conci
tandã.Eſt autẽ caruncula carice magnitudine colo
re nigro quæ in fronte naſcentiſ pulli equini appa
ret eã niſi ſtati mater uorauerit fœtũ nõ alit:& ideo dixit amaturæ. Fœte equæ:quæ peperit. Mens perit
furor & inſania immittit̃ ſolis carminibus & nullo ueneno auſto. Quos nõ concordia.illi qui neq; amo
re iugali neq; forma commoti coniuges nõ amant ſola uolubilitate filiorũ amore cogunt̃. Filii torti:in
uoluti & aduertendũ eſt filiũ habere filios & filia. Vertigine magica:conuolutione excantatoria Intelligit
rhombũ inſtrumentũ magicũ & muliebre uerſatile quadratũ cuius Ouidius meminit & propertius.li.ii.
Staminia rhombi ducit̃ ille rota & in ſecundo.Deficiunt magico toti ſub carmine rhombi.Alio quodã
uſu dixit Vir.Terna tibi hæc primũ triplici diuerſa colore licia circũdo. Vires:uiciſſitudies noctis & diei.
Dies dilata:lux ĩ multũ noctẽ ꝑducta ẽ ſole ſe firmãte. Mũdus ꝑ.cœlũ uolubile. Torpuit nõ uoluit ſe.
¶OMNIBO. Soluat.i.pateſaciat. Carmine theſſalidũ.proſequit̃ dicere quantã uim carmina ueneſi
cãq; habeant.dicit.n.poſſe amorẽ animis decrepitoq; ſenũ immittere:ut quãuis ſenectute frigeſcant ta
mẽ amore incendant̃ etiã ſi per reliquã uitã caſti & continentes uixerint. Carmine.i. incantatione theſſa
lidũ. Nõ fatis.i.conſtellationibus:nã qui nati ſunt ſub ſtella ueneris. ideo in amorẽ rapiunt̃. Dura præ
cordia.i.eorũ qui penitus ab amore auerſi fuerunt. Sæueri ſenes.qui uitã auſterã etiã in iuuentute uixe
rant:tamẽ huiuſmodi carminibus arſere. Illicitis flammis.i.obſcœnis amoribus. Nec noxia tantũ & nõ
uim maiorẽ habent pocula ad amorẽ quã harũ ueneficarũ carmina ad libidinẽ:plus .n. carminibus poſ
ſunt:quã poculis:nã ſolent mulieres miſcere pocula quædã quibuſdã herbis quæ qui hauſerint ſtatim
ad amorẽ concitant̃. Proficiunt.ſ.ad amorẽ. Aut cũ tur.ſuc.f.nec caruncula tantũ ualet. quæ ex fronte
pulli equini aufert̃ & miſcet̃ poculis:quantũ carmina dicunt.n.quod expertũ eſt.Et plinius aſſerit:pullis
equinis amoris innaſi ueneficũ Hippomenes appellatũ.in fronte caricæ magnitudine. colore nigro: q̃
ſtatim edito partu deuorat fœta ꝙ niſi ſtatim mater deuoret animũ a filio penitus auerſũ habet. hanc ca
runculã in puluerẽ uerſã ueneficæ miſcent poculis: & propinant his quos uoluerint allicere in amorẽ.
Fœtæ.i.equæ:quæ paulo ante peperit:nã fœta dicit̃ & grauida.& partu leuata. Frontis:pulli. Amaturæ
.i.ſ.filiũ niſi prærepta fuerit caruncula. Turgentia ſucco.i.humida carne. Mens auſti: etiã ſi pocula nulla
hauſerint:carmina ſufficiunt ad amorẽ inducendũ. Meus.ſ.alicuius. Nulla ſanie.i.nulla ui ueneficii. Ex
catata.i.ſolo carmine præhenſa. Q uos nõ: immo ꝙ maius eſt quibuſdã carminibus.nendo & deducen
do fila utunt̃:quibus fila eiuſmodi maiorem uim habent nã quẽquã circundederint his filis. ita illũ amo
re implicant:ut ſolui nullo mõ poſſit ut eſt apud Vir: Necte tribus modis ternos amarylli colores: necte



amarylli modo. & ueneris dic uincula necto. Et rhombus dicebat̃ inſtrumentũ incantatoriũ:quo fila
torquæbant̃ ad amorẽ:cuius meminit propertius:& Ouidius.hunc Lucanus magicã uertiginẽ appellat.
Blandæq; potentia formæ:qui nec amore matrimonii dicunt̃: nec illecebris formæ hos ipſæ torquen
tes fila carmine ſuo ita implicant ut ſolui nõ poſſint. Vertigine.a uertendis filis. Vices.ideſt uiciſſitudi
nes:nõ enim nox diei:nec hyems cedit æſtati & ſi uoluerint producere noctẽ diẽ reiiciunt. Legi. nõ pa.
immo nec cœlũ mouet̃:ſi carnibus retinere uoluerint. Præceps: uellox mundus qui ſemper uertit̃.

Axibus & rapidis impulſos iupiter rugens
Miratur nõ ire polos:nũc omnia complent
Hymbrib⁹ & calido ꝑducũt nubila phœbo
Et tonat ignaro cœlum ioue:uocibus iſdem
Humẽtes late nebulas:nymboſq; ſolutis
Excuſſere comis.uẽtis ceſſantibus æquor
Intumuit:rurſus uetitũ ſentire procellas
Conticuit turbante noto puppimq; ferẽtes
In uentum tumuere ſinus de rupe pependit
Abſciſſa fixus torrens amniſq; cucurrit
Nũ qua pronus erat:nilum nõ extulit æſtas.
Meander direxit aquas: rhodanũq; morãtẽ
Præcipitauit arar. ſubmiſſo uertice montes
Explicuere iugum nubes ſuſpexit olympus.
Solibus & nullis ſcythicæ cũ bruma rigeret
Dimaduere niues impulſam ſidere tethym
Reppulit hemonidũ defenſo littora carmẽ.
Terra quoq; imoti cõcuſſit ponderis axem:
Et medium uergens niſu titubauit in orbem
Tantæ molis onus cõcuſſum uoce receſſit.
Proſpectumq; dedit circum labẽtis olympi.
Omne potens animal lethi genitũq; nocere

¶SVLPI. Polos impulſos:cœlũ quod impulit
Axibus rapidis:uelocibus firmamẽtis: Nõ ire:nõ
uerti. Cõplẽt hymbribus:replẽt pluuia. Calido
phœbo:ſereno æſtu. Tõat: reſõat uocibus iiſdẽ:
ſimili excãtatiõe. Excuſſere nebulas. excuſſerunt
pluuias quæ emanãt e nebulis. Nymbos: uẽtos
inducẽtes ſerẽitatẽ. Solutis comis.paſſis capillis
Intumuit: in fluctus erectũ eſt. Rurſus. cõtra.
Cõticuit:ſiluit quieuit: Turbãte:cõcitãte. Sinus
ferẽtes.pupim tremuere:uela ſũt facta tũida cõtra
uẽtũ in quẽ fert̃ & nauis. Torrẽs:copia aquæ præ
cipitis & nõ natiue. Fixus: firmatus & qui nõ flu
xit.Virgi.Siſtere aquã fluuiis & uertei ſidera retro.
Abſciſſa. decliui & præcipiti. Nõ qua pronus
erat: ſed ſurſũ. Nilũ nõ extulit æſtas: nõ auxit &
æmiſit in agros ut ſolet. Meander.fluuius flexuo
ſus qui cariã irrigat. unde in tertio eũ errãtẽ appel
lat. Arar: qui leniſſimus eſt: & moueri nõ uidet̃:
rhodanũ ingredit̃ celerrimũ. Submiſſo:demiſſo
& in planũ effuſo. Olympus: mõs macedõiæ in
cuius ſummũ nubes nũquã perueniũt. Suſpexit:
ſe altiores aſpexit. Scythicæ.quæ altæ ſũt & duræ
Brũa rigeret:hyẽs aſpera eſſet. Dimaduer: diſſo
lutæ ſũt. Impulſã ſidere thethym. oceãus qui ho
ris lũaribus ſolet augeri: nõ creſcit harũ carmini
bus prohibẽtibus. Defẽſo littore:nõ enim ut ſo
let terras inundat. Terra quoq;:faciũt terræmotũ
& firmamẽtũ terræ cẽtrũq; ipſũ qui immobilis eſt
ut Macrobius tradit cõcutiũt. Axẽ: cẽtrũ. Ver
gẽs niſu:inclinãs ſe & firmãs. Titubauit. cõtrẽuit.
Mediũ in orbẽ.in cẽtrũ. Tãte molis onus.terra
inquit aperit & ſcindit ſe magica uoce: aliãq; cœli
partẽ oſtẽdit quæ eſt ſub terra. Receſſit.ſciſſũ eſt & ſeperatũ. Dedit proſpectũ:fecit ut uideret̃ cœlũ quod
circũ terrã uertit̃. Potẽs lethi.lethiferũ. Et genitũ nocere: natũ ad hominũ pernitiẽ.
¶OMNIBO. Axibus & ra. poli etiã nõ uertũt cœlũ quãuis ipſe Iuppiter mãibus cõcutiat ut moueat̃:
dicit̃ autẽ polus uero:& duplex eſt.ſ. Arcticus & antarcticus.arcticus ſublimis: antarcticus humi
lis.Virgi.Hic uertex nobis ſemper ſublimis at illũ ſub pedibus ſtyx atra uidet maneſq; profũdi. Aſtrolo
gi dicũt diãetrũ uſq; ad cẽtrũ terræ trãſire:& ab uno polo ad alterũ peruẽire:eſt autẽ diãeter ad ſimilitudi
nẽ axis fixus trãſiẽs uſq; ad cẽtrũ terræ & pertingit polos & uoluit̃ quẽadmodũ Bootes: dicit igit̃ cũ cir
ca polos aſſidua uertigine uoluat̃ cœlũ:nũc uero ſtetiſſe:ac Iouẽ mouere nõ potuiſſe. Nũc omnia cõplẽt
noctis rotãtes caput mouẽt nebulas. Vẽtis ceſ.faciũt tũeſcere maris undas uẽto nõ ſpirãte. Rurſus uẽ.
e diuerſo etiã ſi uẽtus flauerit faciũt quieſcere mare: Cõticuit. traqullũ fuit & fruſtra facta eſt. Puppẽq;
ſe.etiã uela tumuere cõtra uẽtos. Sinus.i.uela. In:pro cõtra. De rupe pe.to.torrẽtes ſũt amnes magnitu
dine imbris de montibus decurrentes:quia torrent̃ æſtate.ſ.ſiccant̃.Græce Χειμάῤῥους. Pependit.i.faci
unt ut torrentes inhæreant.ne decurrere poſſint: Fixus.i.herens monti. Abſciſſa.i.præcipiti. Pronus.re
trogradus in fontẽ. Nilũ nõ extulit. & æſtatis tempore nõ inflatus eſt nillus: nã in ægypto nunquã ſunt
pluuiæ.ſed Nilis ſingulis quibuſq; annis creſcit:& inundat ægyptũ eãq; facit fœcundã. Meander:flu.per
phrygiã currit.poſtea cariã Lydiãq; diſterminat.& tortuoſus eſt ut fluat & refluat.ut nõnunquã uideat̃ in
ſe reuerti. Arar flu.galliæ eſt per fines Eduorũ atq; ſequanorũ.in rhodanũ influit. adeo leniter currens:
ut quã in partẽ fluat:oculis uix uideri poſſit & cũ natura lenis ſit:carmine theſſalidũ efficit̃ impetuoſus.
Morã præci.rhodanus ante uelocior erat.Arare.qui flu.Galliæ maximus eſt:ſed nunc Arar efficit̃ impe
tuoſior. ut Rhodanũ impellat: Arar amnis(auctore Strabone)Rhodano apud Lugdunũ commiſcet̃.
Submiſſo uertice:faciunt etiã ut montes adæquentur ſolo. Submiſſo: demiſſo uſq; ad terrã. Suſ.ol.&
olympus mons q ſolet tranſcendere nubes.tñ carmine hsrũ inferior efficit̃ nubibus. Dimaduere.i.nullis
ſolibus liquefactæ ſunt: Scyticæ.i.ſeptentrionales. Rigeret. congelaret. Impulſã ſidere. ideſt creſcen



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

te luna mare etiã creſcere ſolet:ſed ipſæ carminibus repellunt maris undas. Impul. tethym: ideſt mare: Sydere.ideſt luna creſcente huius incrementi cauſas diximus in primo. Littore.quia nõ permittunt attingere littus. Terra quoq;.teremotũ faciunt:adeo ut cœlũ concutiat. Immoti ponderis axẽ.quia poli nitunt axibus diametri terræ:mota igit terra concutit polus: concuſſis polis concutit & cœlũ. ideo etiã cogunt terrã a ſuo centro diſcedere. Immoti ponderis:quia nunquã ſuo pondere innixa centro moueri poteſt. Vergens in orbẽ. ideſt pollos qui uertunt circa orbẽ. Titubauit. ideſt concuſſus eſt. Tantæ molis.ſcilicet terræ magna enim moles terra eſt quæ ſua grauitate deſcendit in centrũ: Receſſit. ſcilicet a centro ſuo. Circũlabentis olympi.efficit ut cœlũ labi uideat. Omne potens alimal. ut ſerpentes leones & tygrides carminibus theſſalidũ manſueſcunt.

SVLPI. Et pauet.mãſueſit enim ipſarũ carmine:& depõit irã & uim nocẽdi. Inſtruit: præparat prodeſt enim eis & faciũt ad inferẽdã mortẽ. Auidæ.cupidæ ſãguinis uel rabidæ. Nobilis ira: ſolet leo nõ niſi in magnas feras iraſci & ſupplici homini nõ nocere. His ueneficis uel ex cãtatiõbus Explicat:diſtẽdit ſinus & replicatiões. Pruinoſo frigido: ſerpẽs enim quãqua ſua natura lociq; frigeat eorũ tamẽ carmine incaleſcit & repit. Viperei coeũt: ſerpẽtes dilaniãtæ redeũt in integrũ corpus:nodoſq; faciũt. Hũanoq;:naturale eſt ut afflati a ſerpẽtibus hõines lædãt:& pereãt:ipſæ tamẽ efficiũt ut ſerpẽtes aflatu hõinũ moriãt. Quis labor cũ exclamatioe inquit unde tãtã uim habeat magica. Labor: laborioſa cupido. Spernẽdi timor q timẽt ſpernere. Comercia: cõmutatiões & cõcordiæ. Habuere deos aſtrictos.obligauere ad obtẽperãdũ. Merẽt: ipſæ ueneficæ. Pietate ignota: ut alii neſciãt tã pie colere deos:& eſt Irõia. Minis tacitis:quas tacite in deos intẽdũt. Hoc iuris.hæc poteſtas. Imperioſa. ſuperba & cogentia deos. Certũ:propriũ ſeparatũ ab aliis. Qui:certus qui cogit cogere mũdũ. Illis. theſſalis primũ deducta ſũt e cœlo ſidera & ſtellæ. Phœbæ ſerẽa: luna clara. Obſceſſa uenẽis:excãtata carminibus. Arſit ignibus: rubuit luce nõ clara ſed fũoſa ut eſt terreni ignis. Quã ſi tellus: quã ſi eclypſim pateret quæ fit interpoſitiõe terræ inter ipſã & ſolẽ. Ima

Et pauet hemõias & mortibus inſtruit artes
Has auidæ tygres: & nobilis ira leonum
Ore fuent blãdo, gelidos his explicat orbes
Inq; pruinoſo coluber diſtenditur aruo,
Viperei coeũt abrupto corpore nodi,
Humanoq; cadit ſerpens afflata ueneno
Quis labor hic ſuperis cãt⁹ herbaſq; ſeq̃ndi
Spernẽdiq; timor: cuius comertia pacti
Obſtrictoſ habuere deos: parẽ neceſſe eſt:
An iuuat: ignota tantum pietate merentur:
An tacitis ualuere minis: hoc iuris in omnes
Eſt illis ſuperos: an habẽt hæc carmina certũ
Imperioſa deũ, qui mũdũ cogere quicquid
Cogitur ipſe poteſt. illis & ſidera primum
Præcipiti deducta polo: phœbeq; ſerena.
Nõ aliter diris uerborum obſeſſa uenenis
Palluit: & nigris terreniſq; ignibuſ arſit.
Quã ſi fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereretq; ſuas flãmis cœleſtibus umbras
Et patitur tantos cãtu deprenſa labores
Dõec ſuppoſitaſ propior deſpumet i herbas

gine fraterna ab aſpectu ſolis qui eſt eius imago ſimilima: Insereret:immiſeret ipſa tellus umbra.ideſt noctẽ uſq; ad ſidera & aſtra:cũ nõ excedat altitudinẽ lũæ. Deprehẽſa:obſeſſa uel depræſſa facta uicia terræ Propior: uicinior. Labores.ut pallere & deduci: Deſpũet:ſpũas emittat qb⁹ poſtea utãt ad ueneficia.

OMNIBO. Pauet:quia timẽt carmina ueneficaꝝ. etiã ſi ſint ſæuiſſima animalia. Auidæ tygres.ſ. ſãguinis cũ præſertim pauloãte pepererint: Blãdo: mãſueto. Nobi.ira.le.nã leo dedignat minora animalia perſequi.ſed tãtũ tauꝝ uel equũ ferorẽ inuadit & ſi hõminẽ inuaſerit iratus.quẽ iã dilãiare uelit:& ille ſe terræ ſubiciat quaſi ſupplex diſcedit ab eo & relinquit in tactũ. Explicat:extẽdit orbes:quãuis gelidos.quia coluber tẽpore hyẽis habitat in cauernis.illæ uero mulieres. cũ uoluerũt faciũt exire. Viperei coeũt ſerpẽtes etiã mortui reuiuiſcũt: & uiuẽtes moriũt carminibus illarũ. Abrupto corp. no. etiã ſi ſectus fuerit ſerpẽs in ſuã formã rediit. Afflata.ſ.ſpiritu ueneficarũ. Cadit.i.morit. Quis la.hic ſu.hic Lucãus cauſãs quærit cur dii ueneficis huiuſmodi parere cogãt: multas autẽ cauſas dicit cũ admiratiõe quãdã nõ.n. cõuẽiẽs uidet ut uim tãtã hadeãt mulieres quo poſſint carminibus ſuis ad uolũtatẽ ſuã cogere deos quæ cauſa eſt inquit ut dii uſq; adeo laborẽt obſequi ueneficis: ut nihilominus timeãt earũ præcepta q̃ ſi deorũ eſſẽt: Quis.qualis eſt. Cuius co.pacti:qua cõuẽtiõe dii inter ſe pepigerũt: ut huiuſmodi cõuẽtiõibus ſtare cogãt: Obſtrictos.ſ.his mulieribus. Parere ne eſt. nũquid hoc neceſſitate faciũt dii. an uolũtate:ut quæcũq; illæ iuſſerint uelint & ipſi. Ignota pie.quia alienæ ſũt ab omni pietate: ideo hoc ipſis potiſſimũ cõcedit religio eſt ſẽtẽtia colẽdorũ deorũ.ſed pietas eſt eſt iuſtitia ergo deos: ergo ab omni pietate rẽotæ ſũt: Tacitis minis.i. ſecretis q̃s ſcire nẽo poteſt. Hoc iuris in omnes:hãc poteſtatẽ habẽt ne cõtra deos omnes:& cõtra eũ q eſt deorũ deus.ut uno illo coacto neceſſario cogãt & cæteri. Imppioſa: q̃ impeo deoſ coercẽt. Qui mũdũ ge.poteſt cõuertere mũdũ ad uolũtatẽ harũ mulierũ poſtq̃ ipſe coactus fuerit: Mũdũ.i.cœlũ. Illic & ſi.q ita admiret iuſta cã ẽ:& rõ admiratiõis priæ fuerũt theſſalides q̃ ſtellas de cœlo deduxerũt: Præcipiti.p ipſa ſidera p̃cipitia. Phœbeq; ſe.& car.haꝝ mulieꝝ.nõ aĩr expaluit lũa q̃ ſi pateret eclipſi:phœb⁹ dĩ ſol hæc phœbe phœba dĩ lũa. Obſeſſa.oppſſa. Ditis.u.i.car. Paluit:obſcurata ẽ. Arſit:ea luce q̃ lucere ſolet tũc:cũ terra ẽ interpoſita lunæ & ſoli. Terẽis.i. luce q̃ habere ſolet:cũ terra interpõit. Fina.i.dicũt aſtrologi lunã eẽ corp⁹ rotũdũ i formã ſtellæ:& lumẽ a ſole cõci



pere:& quãtũ a ſole diſtat:tm̃ augeri uidet.cũ uero luna cõtra ſolẽ ex aduerſo fuerit:ipſa ueluti ſpeculũ ſolis imaginẽ recipit:& tũc cũ plena ẽ.pleniluniũ appellat:ergo ſi iter ſolẽ & lunã aliq̃ umbra terræ interuenerit tũc luna patit eclypſim. Prohiberet:qa nõ pmittit ipſũ ſolis imaginẽ reddere:hæc cã ẽ iſerta telre. Flãmis Cæ.uidelicet ſolis & lunæ. Et patit tãtos poſtq̃ carmine lunã de cælo deduxerint: nõ prius pmittunt ipſam in cælũ redire:q̃ ſpũas dimiſerit in herbas:quibus utuntur in ueneficiis.

Hos ſcelerum ritus hæc diræ carmina gẽtis
Effera damnarat:nimiæ pietatis ericto:
Inq; nouos ritus pollutam duxerat artem,
Illi namq; nefas urbis ſumittere tecto:
Aut laribus ferale caput:deſertaq; buſta
Incolit:tumulos expulſis obtinet umbris:
Grata deis herebi: cœtus audire ſilentum
Noſſe domos ſtygias arcanaq; ditis operti
Non ſuperi non uita uetat:tenet ora profãæ
Fœda ſitu macies:cœloq; ignota ſereno.
Terribiliſ ſtygio facies pallore grauatur
Impexis onerata comis:ſi nimbus & atræ
Sidera ſubducunt nubes tunc theſſala nudis
Egreditur buſtis nocturnaq; fulmina captat
Semina fœcundæ ſegetis calcata peruſſit.
Et nõ lethiferas ſpirãdo perdidit auras.
Nec ſuperos orat nec cantu ſupplice numẽ
Auxiliar uocat nec fibras illa litãtis
Nouit funereas aris imponere flãmas.
Gaudet & accẽſo rapuit quæ tura ſepulchro
Omne nefas ſuperi prima iã uoce precantis
Cõcedunt carmenq; timent audire ſecundũ:
Viuẽtes animas & adhuc ſua mẽbra regẽtes
Infodit buſto fatis debentibus annos
Mors inuita ſubit peruerſa funera pompa
Rettulit a tumulis fugere cadauera lethum:
Fumantes iuuenum cineres ardentiaq; oſſa
E mediis rapit illa rogis ipſamq; parẽtes
Quam tenuer facem nigroq; uolẽtia fumo
Feralis fragmenta tori ueſteq; fluentes
Colligit in cineres & olentes mẽbra fauillas

SVLPI. Hos ſceleꝝ:Ericto theſſalidũ ſceleſtiſſima reliquarũ morẽ nõ ſequebat. Sed noua inſtituta ſibi indixerat.nõ.n.urbes ĩgrediebat nõ domos & i ſepulchris hitabat adibatq; iferos arbitrio ſuo. Ericto pietatis ni.Ironia ẽ poteſtq; id a uerbo regi. Gẽtis:theſſalidũ. Buſta:loca i qbus fuere cõbuſta cadauera. Expulſis:uel ueneficio uel qa cũ ipſa habitat metuerũt. Noſſe domos:Dii q uix ſinũt uiuos ad inferos ire ſed redire nũquã uel ſaltẽ non ſæpe:& q uoluere res inferũ eẽ ignotas ipſam phibere nõ poſſũt. Vita:uiuis.n.illa noſſe ñ licet. Tenet ora:effictio. Situ:putredine ſq̃lore. Profanæ ſceleſte erictus. Ignota cælo ſereno: q nũq̃ ſe luci clare oſtẽderat ſed noctu errabat. Grauat:plena ẽ & oppſſa. Stygio:inferno & q̃lis mortus eẽ ſolet. Impexis:icultis. Nymbus:uẽtus & nubes. Subducũt ſidera:inducũt obſcuritatẽ ut ſol luna & ſtellæ nõ uideant. Nudis:ſine cadaueribus. Captat: frequẽter capit in uſum ſuũ. Semina fecũdæ ſegetes:terrã & herbas quas calcabat urebat utrũq;.n.ſeges ſignificat. Et nõ letiferas ſpirãdo pdidit auras corrupit ſalubrẽ aerẽ alitu ſuo. Nec fibras: Sacrificia qbus dii placãt fibris hoc ẽ iocinoꝝ extremitatibus i ignẽ poſitis. Funereas:ex rogo raptas. Flãmas:ardẽtia ligna: Sepulchro:pyra. Nefas:monſtrũ ſcelus. Carmẽ ſecũdũ:repetitã excãtationem. aĩas:uiuis mortẽ inferebat & diu uicturis.mortuoſq; reuocabat in uitã. Infodit:ſepeliuit. Fatis dẽtibus ãnos:q̃q̃ aliqs ex fato & ſidere ſuo diu uictur⁹ eſſet:ñ ipſa uolente moriebat. Peruerſa põpa:ex triſtitia in lætitiã mutata. Funera:mortuos. Fugere lethũ:reuixere. Cineres iuuenũ:qbus in ueneficiis uterent. Ipſãq; parẽtes:faces e mãibus parẽtũ incẽdẽtiũ filioꝝ rogos in ueneficia rapiebat. Fragmẽta:fruſtra ſãdabilæ & carbones p aera uolitãtes & cinerem ueſtium & fauillas corporis colligebat. Tori feralis:feretri. Fluentes:dũ fluerẽt. Olẽtes mẽbra:quæ adhuc ſeruabant odorem:

OMNIBO. Hos ſceleꝝ:inter cæteras theſſalides erat una Erichtho:q̃ crudelitate cæteras uinceret:& ueneficiis deos ſupos & inferos in oẽ fas & nefas cogeret. Erichtho: græce dĩ ἐριχθὼ ἐριχθῶυσ ſicut ſapho ſaphus:ſed latine dicimus didonis: erichthonis. Dãnauerat ni.pie.q̃q̃ alie crudeles eſſent tamen cõparatione ſui pias nimium exiſtimbat. Pollutã.i.artem deteſtabilitatem. Nouos ritus: quia noua genera inuenerat crudelitatis. Laribus:mœnia urbis ingrediebat nec ſubibat tecta ædiũ. ſed ſemper ſub diuo pnoctabat. Deſertaq; buſta:nã ſepulchra mortuoꝝ erãt domus eius. Deis he.i.diis inferis.herebus uocabulũ græcum quaſi ἐρέβεννοσ.i.obſcurus. Cœtus au.ſilem.nec contemptu deorum nec metu mortis tenebatur:quo minus audiret congregationes umbraꝝ inferorũ & inferos frequẽtaret: & ipſius Plutonis arcana inq̃reret. Supi.i.metus deoꝝ. Cœtus:cõgregatiões umbraꝝ. Teneto.p.ſi uis ſcire ſpẽm eius uultu nõ tegebat ĩpietatẽ:torua facies:macilẽta atra: & ſqualore obſita:ut facile apperet q̃lis eẽt. Profanæ:deteſtabilis ſceleſtæ:pfanũ dĩ q̃ſi pcul a fano:pfanũ & facꝝ cõtraria ſũt:ut pcul eſt pfani. Fœda ſitu.i.ſq̃lore deformis. Cæloq; ignota:qa nũq̃ cõſueuerat pdire i aptũ.ſed ſp in tenebris uerſabat:cuius facies lurida erat q̃lis eoꝝ q i carcere detinẽt. Terribilis:ut ipſo ituitu terrorẽ icuteret. Impexis onera co.qa ipexæ erãt cõæ:iõ graues & capiti oneroſæ. Impexis:ñ pexis & imũdicia plẽis. Si nimbus:e ſepulchris exire ſolebat:cũ nubilũ tps eẽt. Nudis buſtis.i.aptis ſepulchris ſubducũt:de cælo. Nocturnaq; ful.ca.i.elegit noctẽ illã qua cælũ intonat. Semina fæ.q̃cunq; incedit etiam ſi ſata fœcunda fuerint ea pedibus huius erichthonis calcata ſtatim areſcunt Et non læ. & q̃uis aer ſalubris ſit atque ſince

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ruſ:ipſius ſpũ inficit polũ. Nõ lætiſſimo ſalubres. Nec ſuo:nõ utiť pcibus ut cõpos fiat:ſed ipſis diis imp at:& ipio ſuo dii parere cogũť. Fibras litã.i.nõ nouit ipſa ſacrificia diis grata:nã litare ẽ ſacrificiis deũ ſibi ppitium reddere. Fibras li.i.uictimas placãtes deos. Funereas a.& ſi qñ ſacrificabat nõ alio utebať igne:q̃ eo quẽ ex rogis rapuerat:araſq; illo incẽdebat. Funereas.i.de funere raptas. Et accẽſo:ſi tute placare uolebat inferos:eo utebať quo añ ſepulturæ mãdata corpora fuerãt. Oẽ ne.ſu.Erichtho tãtæ ipietatis erat:ut dii ſupi atq; inferi eã metuerẽt:& qcqd illa uolebat anteq̃ bis peteret illi ſtatim adimplebãt. Supi:ergo multo magis iferi. Viuẽtes aias:& anteq̃ ſpũs a corpore exiret ipſa in ſepulchris cõgerebat & ſepeliebat. Fatis de.an.& q uicturi erãt carmine ipſius moriebãť:& q morituri erãt reuiſcebãt. Retulit a tu.i.fecit mortuos reuiuiſcere:& q cadauera elata pſecuti fuerãt ad ſepulchra:& redibãt eo reſuſcitato. Põpa.ſ.mortuoꝝ. Fugere cada.le.i.mortui uitã recipe. Fumãtes iuue.ci.exuſtãtis cadauerib⁹ cineres apiebat qbus utereť i ueneficiis ſuis ꝙ oſſa ſemicõbuſta rapiebat cũ carnibus ſuis. Ipſamq; pa.qap pinqores ſubiiciebãt facẽ rogo. Nigro uo.fu.qa cadauera cum pcioſiſſimis ueſtibus:& quæ ipſis gratiores fuerat comburebantur:dicit ergo ꝙ ſumebat reliqas harũ ueſtium:& partẽ tori:cui cadauer ſupimpoſitũ fuerat. Olentes fauil.i.q̃ adhuc redolebãt uſtrinam carnium & membrorum.

Aſt ubi ſeruãtur ſaxis:qbus intimus humor
Ducitur:& tracta dureſcunt tabe medullæ
Corpora:tunc omnes auide deſeuit in artus
Immergit q; manus oculis gaudetq; gelatos
Effodiſſe orbes:& ſiccæ pallida rodit
Ex cremẽta manus:laqueũ nodoſq; nocẽtes
Ore ſuo rupit:pendẽtia corpora carpſit
Abraſitq; cruces:percuſſaq; uiſcera nimbis
Vulſit:& incoctas admiſſo ſole medullas.
Inſertum manibus calybẽ:nigramq; per art⁹
Stillantis tabi ſaniem:uiruſq; coactum
Suſtulit:& neruo morſus retinente pepẽdit
Et quodcũq; iacet nuda tellure cadauer bra
Ante feras uolucreſq; ſedet nec carpere mẽ
Vult ferro mãibuſq; ſuis:morſuſq; luporum
Expectat ſiccis raptura e faucibus artus.
Nec ceſſant a cede manus:ſi ſanguine uiuo
Eſt opus:erumpat iugulo qui primus apto.
Nec refugit cedes:uiuum ſi ſacra cruorem
Extaq; funeræ:poſcunt trepidantia menſæ
Vulnere ſi uentris non qua natura uocabat
Extrahitur partus calidis ponẽdus in aris.
Et quotiẽs ſæuis opus eſt ac fortib⁹ umbris

❡SVLPI. Aſt ubi:ſi qñ incidebat in ſepultos in marmoreo tumulo ubi corpora deſiccãť & nõ corrũpunť:euellebat illis oculos abrodebatq; ungues dentibus. Quibus:in qbus. Intimus humor:interior cadauerũ ſuccus. Duciť:educiť fugiť attrahiť ut atq; ubere ducunt:& duceret apricis in collibus uua colorẽ. Tabe tracta:macie & ſiccitate cõtracta uel tabe.i.corruptione medullæ educta ut ſit aphereſis. Dureſcũt:ſiccãť. Deſeuit:ualde ſeuit & rapit Orbes gelatos:oculos ſanguine conſtrictos. Excremẽta:unguiũ purgamẽta q i mortuo creſcũt ut capilli. Ore:dentibus. Laqueũ:capiſtrũ alicuius ſuſpenſi. Carpſit:laniauit dẽpta parte. Cruces:ſaniẽ cruciũ. Percuſſaq; uiſcera nimbis:carnẽ q diu fuerat expoſita uẽtis & pluuiis. Incoctas:duratas. Admiſſo:recepto. Calybẽ:manicas ferreas aut clauũ fixũ. Nigrã ſaniẽ:cruorẽ putridũ. Vir⁹ coactũ:humorẽ cõgelatũ. Et morſus neruo:& cũ non poſſet auferre qđ momorderat ipediẽtibus neruis ſuſpendit ſe dentibus ut auelleret. Sedet:ſeruat. Morſus luporũ:ut prius mordeãt lupi quorũ ore famelico & ieiuno rapiat mẽbra. Nec ceſſant a cede:pimit ẽt hoiem ſi calido ſanguine indiget. Et eo qui e uulnere primus egrediť. Sacra:ſtygia ſacrificia. Extaq; funereæ poſcũt trepidãtia mẽſæ:& ſacra ex hominis morte requirunt exta palpitãtia. Vulnere ſi uentris:ſi fœtus nondum æditus ponẽdus eſt in aris per uterũ uulneratũ:educitur. Qua natura uocabat:qua ſolet naturaliter egredi. Sæuis umbris:anima crudeli & immani.

❡OMNIBO. Aſt ubi ſer.nã de his cadaueribus q̃ marmoreis ſepulchris cõdebanť oculos manib⁹ ipſa euellebat:& dẽtibus ſuis etiã unguiũ excremẽta rodebat. Humor.ſ.cadaueꝝ. Vbi:qñ ſeruãť.ſ. ſaxis cadauera. Ducitur.i.deſiccať:nã ipoſita cadauera marmoreis monumẽtis deſiccãť qa ſi cõderẽť terræ putreſcerẽt. Tracta ta.p extracto ſanguie ex oſſib⁹. Gelatos:frigidos mortuos. Extremẽta ma.qa mortuis ẽt ungues creſcũt. Laqos nodoſq; nocẽ.nã ãtiq alios crucifigebãt:alios ligabãt:ſi crucifixi erãt euellebat clauos:ſin ligati ptẽ funiũ ſumebat:ptẽ ẽt cadaueris & his utebať. Nodoſq; no.p nodos nocẽtiũ.i.funes. Pẽdẽtia corpa.i.ẽt de ſuſpẽſis corpibus partẽ accepit. Abraſitq; cruces.ſ.dẽtibus:qa crucis ptẽ abſtulit. Percuſſaq; ui.q̃ diu ſuſpẽſa a nibus & uentis pcuſſa fuerãt:de his cadaueribus ẽt auulſit partẽ. Incoctas medullas:ualde coctas.i.duratas & ſiccas. Coactũ:congelatũ. Manibus:ut ſi qs crucifixus erat non ligatus. Calybem.i.calybeũ clauum. Inſertum:infixũ. Stillãtis:ideſt ſanie ſaliẽtis & liquentus partus. Neruo.m.r.p.qa dẽtibus appræhenſo neruo pendebat a cadauere. Et quodcũq; iacet:ipſa apud cadauer ſedebat:nec prius cadaueris partẽ rapiebat:q̃ feræ & lupi laniaſſent:& e dẽtibus luporũ abſtuliſſet Sanguine uiuo:p ſanguine uiui hois. Aperto iug.ſ.manibus ſuis:nõ refugit cædes.i.nõ fugit quo minus occidat hoies. Sacra:ſacrificia. Vinũ cru.uiui hois. Mẽſæ.i.ſi libuiſſet ueſci carnibus hũanis. Vulnere.ſi uẽtris:& ſi ſacrificabat nõ expectabat partũ:añq̃ natus eẽt:imo ipſã matrẽ pgnantẽ interficiebat & e uentre eius cõceptũ partũ eripiebat. Vẽtris uul.i.ſciſo oẽtre mris:ñ a parte q̃ natura uocabat. Calidis:



incenſis. Et quotiens ſæuis:& ſi opus erat recenti umbra ideſt quæ paulo ante a corpore diſceſſiſſet:interficiebat hominem.

Ipſa facit manes:hominũ mors ois in uſu eſt
Illa genæ florẽ primæuo corpore uulſit
Illa comã læua morienti abſcidit ephœbo.
Sæpe etiã charis cognato in funere dira
Theſſalis incubuit mẽbris:atq; oſcula figens
Trũcauitq; caput:cõpreſſaq; dẽtibus ora
Laxauit:ſiccoq; hærẽtem gucture linguam
Præmordẽs:gelidis infudit murmũra labris
Arcanũq; nefas ſtygias mãdauit ad umbras.
Hãc ut fama loci põpeio prodidit:alta
Nocte poli:titan mediũ quo tempore ducit
Sub noſtra tellure diem:deſerta peraua
Carpit iter:fidi ſceleꝝ ſuetiq; miniſtri
Effractos circũ tumuloſ ac buſta uagati
Conſpexere pcul prærupta in caute ſedẽtẽ
Qua iuga deuex⁹ pharſalica porrigit hæm⁹
Illa magnis magiciſq; deis incogita uerba
Tentabat:carmenq; nouoſ fingebat in uſus.
Namq; timẽs ne mars aliũ uagus iret i orbẽ
Emathis & tellus tam multa cede careret
Pollutos cantu diriſq; uenefica ſuccis
Conſpſos uetuit trãſmittere bella philippos
Tot mortes habitura ſuas:uſuraq; mundi
Sanguine cæſoꝝ trũcare cadauera regum
Sperat:& heſperiæ cineres auertere gentis.
Oſſaq; nobiliũ:tãtoſq; acquirere manes
Hic ardor:ſoluſq; labor:quid corpoꝛ magni
Proiecto rapiat:quos cæſaris inuolet artus.
Quã prior affatur pompeii ignaua ppago
O decus hemonidũ populis quæ pãdeꝛ fata
Queq; ſuo uentura potes diuertere curſu
Te precor ut certum liceat mihi noſceꝛ finẽ
Quem belli fortũa paret non ultima turbæ.
Pars ego romanæ magni clariſſima proles

❡SVLPI. Ipſa facit.m.ipſa hoiem ſæuũ interficit ut habeat eius aiam in ſuũ uſũ. Ois mors:cadauera cuiuſcũq; generis ſexus & ætatis:& q̃cunq; morte ceciderit. Genæ florẽ:ſolet adoleſcẽtibus mortuis barbæ lanuginẽ uellere. Ephœbo:adoleſcẽti. Leua:manu ſiniſtra. Theſſalis:Ericto ipſa. Charis:qa ppinquorũ. Trũcauit:aliqua parte iminuit abſcidit enim aut narem aut labrũ aut aurẽ. Laxauit apuit. Cõpreſſa:clauſſa ſtricta. Herẽtẽ:fixam. Sicco:arido quale ẽ mortui. Infudit murmura:immurmurauit dixitq; carmina. Gelidis:mortuis. Mandauit:cõmiſit aliqđ ſcelus ſecretũ ut umbris renũciaret. Põpeio prodidit:manifeſtauit Sexto. Alta nocte poli:pfundis tenebris. Vitã medium quo tpe:quũ apud Antipodes eſt meridies:q fit media nocte nr̃a. Fidi miniſtri:famuli ſexti pompeii. Vagati:diſcurrẽtes. Prærupta in rupe:pcipiti & alta. Hemus deuexus:mons pẽdẽs. Porrigit:extẽdit. Pharſaliam iuga:colles in qbus ẽ pharſalos oppidũ. Incognita inaudita. Tẽtabat:meditabatur. Fingebat.formabat excantationes. Namq; timens.metuebant.n.ne prælium alibi cõfereret & ipſa cadaueribus potiri neqret.itaq; ueneficiis hoc tentabat auertere. Philippos.campos in pharſalia quos excãtauit & ſparſit herbaꝝ ſuccis ne alibi fieret pugna. Tranſmittere.trãſferre in aliũ locum. Mortes:cadauera. Auertere:remouere abuti romanoꝝ cineribus. Tantos manes:tantorũ uiroꝝ animas. Ardor:deſideriũ eius. Quid:quã corporis partem. Inuolet inuolam ſuam ponat & rapiat tractumq; ẽ ab auibus auctore donato. Pro pago ignaua:Sextus pompeii degener filius. O decus:exordiť a beniuolẽtia. Fata:futuros euentos. Diuertere:impedire ne eueniãt. Vt certũ:Narratio ẽ ſiue petitio. Non ultima turbæ:a pſona ſua quam commendat a patre captat beniuolentiam.

❡OMNIBO. Manes:animas cũ & corpore aiæ diſceſſerint:manes dicũť:facere manes nihil aliud eſt q̃ occidere. Fortibus umbris:quia diſcedẽtes a corporib⁹ umbræ ſunt fortiores & uæhemẽtiores ad id qđ uolũt ueneficæ. Hoium mors ois:ipſa cõſuetudine adeo facta erat crudelis:ut oẽm cuiuſlibet ætatis hoiem occideret. Hominũ mors p cuiuſlibet hois mors. Genæ florẽ.i.auulſit aiam adoleſcentis:Primæuo cor.i.adoleſcẽte tunc.n.uirere ætas dr̃ cũ ad quartũ & decimũ annum peruenerit. Morienti ephebo.i.adoleſcenti quem ipſa occiderat:ephebus dicitur adoleſcens & eſt græcus ſermo.nam ἐπι ad & ἥβη pubertatem ſignificat:ſed pp daſſeam.π.uertiť in.φ. Sæpe etiã caris:nec ſuorum cognatoꝝ corporibus pepcit. Cognato in fu.p in funere cognatorũ. Caris:q̃ ipſi cara eſſe debebant qa ſanguine cõiuncta erãt. Atq; o.ruſtica ſatis:nã dum oſculareť aliquẽ:dẽtibus narẽ ſecabat. Ora la.qa mordẽs labra abſcindebat:& dẽtes appebãt. Sicco.g.qa mortuum. Præmordẽs:circũmordẽs. Gelidis i.la.qa mordẽs linguã rapiebat:& imurmurabat q̃ſi mãdata daret ad iferos. Hãc ut fa.lo. poſtq̃ cœpit Sextus Pom.audire uulgata fama:ꝙ erichtho cæteris ueneficii arte pſtabat hãc pcæteris audire cõſtituit:& alquot cõitibus huius ſceleris ſecũ ſumptis q̃ſiuit:ubi nã hitare ſoleret iuenitq; eã inter buſta & ſepulchra mortuoꝝ tpe noctis. Alta no.i.intẽpeſta. Sub.n.t.i.ad ãtipodas:nã quo tpe meridies ẽ apud antipodas hic ẽ media nox. Fidi ſce.cũ huius ſceleris miniſtri ſexti mõiti eẽnt locoꝝ ubi hitabat iter buſta mortuoꝝ cõſpiciẽtes:uiderũt illa ſepulcro quodã iſiſteꝛ:& ſtati illã adiere. Sueti.i.ſcelerib⁹:q̃lis erat dñs. In ca.i crepidine ſaxi. Hem⁹:mõs theſſaliæ & icuru⁹ & lõgus uſq; i thraciã. Illa m.cogitabat noua carmia q̃ nllis aña unq̃ magis cognita fuerãt. Magis:magicis ueneficis. In u.i.ad deteſtabile & inauditũ ſcel⁹. Nãq; t.n.m:carmẽ hmõi faciebat ne bellũ ciui.poſſet

ex agris philippicis diſcederẽt:ut hr̃et copiã mortuoꝶ:oſſibuſq; eoꝶ & mẽbris uteretᷣ i ueneficiis ſuis. Vagis:mutabilis. Aemathis dis:ẽ forma patronymica ꝓ gẽtili. Succis:herbarũ. Suas.i.i uſũ ſuũ. Cadauera regũ:ſi bellũ hic gereᷣ:multi reges cæis cadẽt:quorũ capita & manes multo potẽtiores erũt ad ueneficiũ q̃ priuatoꝶ hoium & humiliũ. Heſpiæ gẽtis:uidelicet.ut Ro.nẽo referatᷣ i patriã.Hic ardor ſolus:in hoc uno tm̃ mẽs eius intẽta erat. Quid corpore magni:qd de Põpeio magno:qd de Cæ.rapiã nã ſpabat utrũq; cæſũ iri. O decus hæmonidũ:hæc petitio hẽt partes ſuas non oẽs tñ:petitio ãt cõſtat ex his ptib' ut honeſta ſint:ut poſſibilis hñs actionis modũ:& ſit remũeratio:ut Vir.æole nãq; tibi diuũ pr̃ atq; hoium rex:illic poſuit oẽs ptes:ſed nõnulla hic deficiũt. Potes oñdit poſſibilitatẽ. Potes maiora:ergo ẽt minora:qa ſi potes naturã & rerũ curſum mutare in toto orbe:ergo potes fata pãdere. Vẽtura deuertere curſu .i.potes deoꝶ fata & ſeriẽ cãrum puertere:ne cauſæ ſuo ordine ꝓcedant. Nõ ultima turbæ:oſtẽdit honeſtatẽ:qa hoc petit nõ infimus homo:nã quãto nobilior ẽ perſona quæ petit:tanto ẽt petitio honeſtior.

Vel dominus rerum uel tanti funeris heres
Mens dubiis perculſa pauet:ruſuſq; parata ẽ
Certos ferre metus:hoc caſibus eripe iuris
Ne ſubiti cæciq; ruant:uel numina torque
Vel tu parce deis:& mãibus exprime uerũ:
Elyſias reſera ſedes:ipſamq; uocatam
Quos petat e nobis mortẽ tibi coge fateri:
Nõ humilis labor ẽ dignũ eſt qd q̃rere cures
Vel tibi quo tanti preponderet alea fati:
Impia lætatur uulgatæ nomine famæ
Theſſalis:& contra:ſi fata minora moueres
Pronũ erat o iuuenis quos uelles iq̃t i actus
Inuitos præbere deos:conceditur arti
Vnam cum radiis preſſerũt ſidera mortem:
Inſeruiſſe moras:& quanuiſ fecerit omnis
Stella ſenẽ:medios herbis abrũpimus ãnos
Ad ſimul a prima deſcẽdit origine mundi
Cauſarum ſeries:atq; omnia fata laborant

Brutæ pias inter gaudentē uidimus umbras
Abruptis catilina minax fractiſq; cathenis
Exultat.mariiq; truces nudiq; cethegi

¶SVLPI. Effera:imanis. Agitat:uexat nam inter ſe certāt. Arma impia:ciuilia bella. Quietē:pacē & ſilentiū maniū. Tartara:in q̄bus ſceleſti puniunt̄.Eſt enim munitiſſimus & p̄fundiſſimus locus tripliciq; muro munita ars & adamantinis turribus

Fecere palam:manifeſtarūt. Triſtis felicibus: animis optimorū in erat in uultu triſtitia. Natūq bello Sannitico per.M.liciniū pontificē diis ſtygiis ſe deuouit.ut uictoriā ſuis relinqueret exemplo patris q eodem ſucceſſu bello latino per ualeriū ſe deuouerat. Luſtrales:appoſitio hoc eſt expiatorias: nā ſua deuotione romanorū peccata expiauerūt & exercitū icolumē p̄ſtiterūt. Camillū:furiū Camillū q captā patriā a gallis ſenonib⁹ liberauit. Curios: Mani⁹ Curius dētatus de ſannitibus ſabinis & lucanis triūphauit & iterū de ſabinis.legatis ſannitiū aurū offerētibus cū rapas torreret:malo hæc inq̄t in fictilibus meis eē:& aurum habētibus impare. Querentē:q̄d pompeius neceſſarius ſuus eēt a Cæſare ſupandus &;in egypto piturus. Scipio:æmilianus cuius progenitus ſcipio cōſul pōpeii gener pompeianæq; factionis in aphrica. Cato maior hoſtis carthag. Cato cēſorinus qui carthaginē in delēdam ſenatu eſſe ſuaſit precocē ficum inde allatam oſtēdēs ut plinius tradit: Mæret fata nepotis:dolet mortē Catonis uticēſis ſolum te: Solus inquit Iunius brutus q Tarquinios expulit:& patriā liberauit:primuſq; cōſul fuit lætus eſt q̄d uidet brutū eius progenitū Cæſarē occiſurū. & p̄iam iterū a tyrānide liberaturū. Catilina.L.Catilina ſeditioſus cuius:& patriæ hoſtis cū.reliq̄s impiis lætus eſt. Minax:minis plenus. Cathenis:quibus uictus erat & cruciabatur in tartaro. Marii.pater & filius. Cethegus:Cethegus fuit Catilinæ,ſocius i cōiuratione. Nudi:alluſit ad humerū exertum quo hæc familia i prelio utebatur ut diximus libro primo.

¶OMNIBO. Quod tn̄ e cūctis:ſed q̄d potui ex oibus umbris cognoui bellū ciuile inſtare. Impiaq; inferna:q̄ diſcordia ē inter romanos uiuos eadē ē inter manes eoꝝ apud inferos. Elyſi as alii ſedes:nā pii relictis elyſiis mœſti diſceſſerūt:at uero impii relicto tartaro læti cedebant:ut appareret meliorē partē Pōpeii aduerſa fortuna afflictum iri:at uero deteriorē.ſ.Cæſ.lætari:ex quo facile cognoſci poterat,uter eorū uictoriam eēt habiturus.Alii:ex Romanis uidelicet umbra piorū. Diuerſi:animæ ipiorū. Palam.i.manifeſtū fecere. Vidi decios:q p̄ repu.ſe deuouerūt:& uitam ſuā incolumitati patriæ poſtpoſuerunt:oēs hi mœſticiā & ſqualorē quēdam præſe ferebant. Decios.ſ.patrē q p̄ rep.deuouit ne bello latino:filiū q in bello gallico animas luſtrales.i.expiatorias:q̄d p̄ patria & exercitibus Romanorū quaſi piacula ſe deuouerint. Flentē camillū:reip.amantiſſimū q illā a gallorū manibus liberauit.Curios.q & ipſe p̄ patria cōtra Pyrrhū Epirotarū Regē fortiter pugnauit. Syllā de te.ſ.q.nāq; Syllæ partes cū Pō.adoleſcēs eēt armatus defendit:q.cōſtructo ualido exercitu uoluntariorū:ad ſyllam uenit ad quē deſerta p̄pe urbe:nobilitas omnis ſe in caſtra cōferebat:partē nobilitatis defendebat ſylla:partē uero plæbis Marius:deinde ſucceſſerat in partē ſyllæ pōpe.in partē uero marii Cæſ. Fortuna:q̄ cū antea ipſi fauere cōſueuiſſes:nūc mutato uultu ſæuire inciperes.

Deplorat liby.ſcipio et iā deplorat filiū ſuū piturū eē in terris libycis:quas ipſe aliquando impio Romā.ſubgerat:& de q̄bus triūphauerat:nā ſcipio cū rege iuba uictus ē in Numida. Scipio.ſ.africanus. Infauſtā ſobolem:ifelicē ſcipionem ſocerū Pompe. Maior:nam duo ſcipiones fuerunt.ſ.maior & minor: uel potius ordo ſit.Cato maior hoſtis carthaginis q̄ fuerit ſcipio.nam Cato aſſidua uociferatione ſuaſit excidendā eſſe carthaginem:allatis in ſenatū ficubus:hiſtoria ē nota apud Plini.ita uidetur carthago deleta prius conſilio catonis.q̄ armis ſcipionis. Cato.ſ.uticenſis:q ne cæſari ſeruiret ſibi mortē conſciuit. Solum te conſul:cæterorū q̄dem umbræ oēs quæ i campis elyſiis erāt triſticiam præ ſe ferebant.ſolus Brutus lætabatur:ex quo illud inuere uolebat progeniē ſuam fata maiorum ſuorum imitaturam: q̄ uidelicet patriā ſuam liraret:ſicuti ille brutus in libertatē patriam aſciuit expulſi tyrannis:hic eſt brutus a quo deſcendit Brutus ille qui pōceps coniurationis Cæſarem in curia Pompeiana.xxxiii.uulneribus confodit quo occiſo iterum in libertatem patria rediit tametſi breui tempore frui licuerit. Depulſis tirannis:nam exactis regibus tarquiniis propter ſtuprum Lucretiæ:primus cōſul fuit Brutus. Catilina:ſedicioſus ciuis. Exultat:q̄a uidet ſui ſi

miles uicturos. Fractiſq; cathenis:quia cathenis ad iferos circũligatus tenebat. Mariiq; truces.ſ.exultant hi eñi ſeditioſiſſimi oẽs fuere: q coniurarũt oẽs:ut i hiſtoriis leges. C.marius bella ciuilia aduerſus ſyllam geſſit:& multa milia Romanorũ cecidit. Nudiq; cethegi:q ſocii Catilinæ fuerũt. Nudi:iſepulti: nã unco tracti ſunt ad ſcalas gemonias:& ide præcipitati:honore ſepulturæ priuati ſunt.

¶ SVLPI. Druſos:Liuius Druſus trib.pl:ſocios & Italicos populos ſpe ciuitatis romãæ ſollicitauit legibuſq; agrariis & frumentariis latis cũ ciuitatem præſtare nõ poſſet:italicis & ſenatui factus inuiſus: uelut ſocialis belli auctor incertũ a quo domi occiſus eſt. Popularia noia:q populo aſſentabant. Immodicos:nimios. Grachos.C.& Tyberiũ Trib.pl. ſeditioſos. Manus:facinoroſorũ & ipiorũ. Conſtrictæ nobis calybũ:q̃ ſunt i uiculis ferreis i tartaro Plauſere: lætitiæ ſignũ dedere. Turba nocẽs:Impii ad elyſios ire nolũt. Poſſeſſor:dis orc' pluto. Aperit ſedes: ſinit igredi & parat ſe ad puniendum nocentes quos & patentibus hoſtiis & admiſſurus. Aſperat:i crucia tũ animarũ. Et durũ:parat etiã uictori cæſari adamantina uincula. Placido manes: põpeium cũ tota familia i bellis ciuilibus ꝑiturũ oſtẽdit. Expectare:placido ſinu:ſuſcepturos blande & reuerenter. In ſerena parte:i campis elyſiis: Nec gloria paruæ ſolicitet:noli exilarare te breui uita.

Veniet hora q̃ miſceat omnes:qua ꝑeant & põpeiani & Cæſariani. Properate mori:moriamini libenter. Magno:forti & conſtanti: Deſcendite:ite ad inferos. Quanuis e paruis buſtis:quale fuit põpeii. Calcate manes deorum: pedibus contundite animas occupatorum patriæ q i deos ferent eſſe conuerſi:nam uos eritis eorum ſuperi:qppe i tartaro cruciabunt hocq; dixit ꝓp cæſarem Auguſtũ & Claudiũ. Querit:a manibus. Quem:ex ducibus.

Vidi ego lætantes popularia nomina druſos
Legib' imodicos:auſoſq; ingentia gracchos
Aeternis chalybum nodis & carcere ditis
Conſtrictæ plauſere manus:cãpoſq; piorum
Poſcit turba nocens regni poſſeſſor inertis
Pallentes aperit ſedes abruptaq; ſaxa
Aſperat. & durũ uinclis adamanta parat q;
Pœnam uictori. refer hæc ſolatia tecum
O iuuenis. placido manes. patreq; domũq;
Expectare ſinu. regniq; in parte ſerena
Pompeio ſeruare locum. nec gloria paruæ
Solicitet uitæ. ueniet quæ miſceat omnis
Hora duces ꝓperate mori magnoq; ſuperbi
Quanuis e paruis animo deſcendite buſtis
Et romanorum manes calcare deorum
Quã tumulũ nili. quẽ tybridis abluat unda
Quærit. & ducibus tãtũ de funere pugnaẽ
Tu fatum ne quære tuũ. cognoſcere parcæ
Me reticente dabũt. tibi certior omnia uates
Ipſe canet ſiculis genitor pompeius in oris.

Tumulum nili:ſepulchrũ apud nilũ ubi pompeius ſepeliet. Quẽ Tybridis:hoc ꝓpter Cæſarẽ dicit q ſepultus eſt i campo martio. Ducibus:manibus eorũ qui duces fuere. Tu:o ſexte. Parcæ dabunt:fata tibi inferent etiam ſi non dixero. Tibi certior:Imago tui patris in ſomnis omnia tua incommoda ſicilia tibi uaticinabitur.

¶ OMNIBO. Vidi ego le.uidi alios ſeditionis auctores:iter quos uidi druſos:hoc dicit ꝓpter liuiũ druſum tribunũ plæbis:q & ipſe ſeditioſus fuit:cũ trib.plæ.eſſet.ut res ſibi acqreret.pernitioſa largitionis plæbẽ cõcitauit:& ſocios italicos populos ſpe amicitiæ Romanæ ſolicitauit:hiſq; addiuuantibus per uim legibus agrariis frumentariiſq; latis iudiciariam quo pertulit:ut æqua parte iudicia penes ſenatũ & equeſtrem ordinẽ eſſent. Immodicos:itemperatos:i legibus ſuis: uidelicet i lege agraria. Gracchos.ſ.tyberiũ:& C. Graccũ leges agrarias ferẽtes:uterq; autẽ eadem legis cã occiſus eſt. Alter qdem.ſ.tiberius a Scipione naſcica. Alter uero.ſ.Caius a Lucio opimio:lætabant autem qa uidebant ſuos ſimiles futuros eẽ uictores. Nodis:cathenis chalybeis: Campoſq; piorum:& impii iuadunt pios ut eos campis elyſiis expellant. Regni poſſes. Pluto aperit huiuſmodi umbras. Aperit:quaſi:paulopoſt immenſam turbã ſuſcepturus eſſet eorũ q bellis ciuilibus perituri ſũt. Regni ietis.i.tartari propter aeris craſſitudinẽ. Abrutaq; ſaxa: reſpicit ad illud qđ Virg.dicit Et e catilina minaci pendentẽ ſcopulo deſcribẽs catilinã ſcopulis pendentẽ:ut pœnas daret perturbatæ ciuitatis. Abrupta:præcipitia. Aſperat.i.aſperiora facit ut noua ſupplicia præparet uẽturis Adamanta:ꝑ cathenas adamantinas. Victori pœnã.i.ubi pœnis afficiat Cæſarẽ. Refer hæc ſolacia tecũ conuertit ſe ad ſextũ Pompeiũ dicẽs:o ſexte horũ malorũ hoc debet tibi eſſe ſolaciũ nõ mediocre:ꝗ tuorũ oium & tui ipſius ũmbræ ad campos elyſios pueniẽt. Domũ.ſ.ueſtrã. Nec gloria puæ.nec doleas quod poſt uos uiuat ipſe Cæſar:nã paulopoſt ẽt uictores morient. Miſceat:pturbet cõfundat. Oẽs duces:ſicut fuit poſtea:nã bella ciuilia geſta ſunt iter.M.anto.& Octauiũ ab una pte:& Caſſiũ & Brutũ ab altera Deuictis Caſſio & Bruto:tunc octauius & anto.necnon Lepidus iter ſe partiti ſunt orbẽ:& ꝑ triẽniũ triumuiri ſimul cordes fuere:paulopoſt diſcordia orta eſt iter illos qa Octauiam Octauii ſororem quã i matrimoniũ acceperat anto.repudiauit:Octauius uero bellũ mouit aduerſus anto.& apud Leucada bello nauali antonius uictus eſt cũ claſſibus ꝓſecutus eum Octauius alexandriã uſq;. Tandem eũ ad mortem coegit. Paruis buſtis:illud reſpicit:qa Põ.occiſus eſt ab ſeptimio ptolemæi iuſſu conſilio Photini & achillæ & Theodori cuius magna apud regẽ auctoritas erat:& cadauer eius i maris undas eiectum tandem i littore:a Codro ſepultus eſt iopi ſepulchro.Cn.Põ.magni pompeii filius maior i Hiſpania occiſus eſt:haud procul a munda ibi & ipſe pauperem ſepulturam conſecutus eſt. At uero Sextus pompeius minor natu i aſia apud miletum occubuit. Et Romanorum manes:impetatorum Ro.reſpexit ad umbras Cæſaris & auguſti: qui poſt



mortẽ in deorũ numero habiti ſunt. Calcate:iuidioſe.i.pedibus ſubiicite Ro.deorũ manes:qa uos i campis elyſiis habitatis:ipſi uero ad iferos detrudent:licet ro.tantum dii uocari meruerit. Et ducibus tantum: non de uictoria,inqt certatur ſed de tumulo uterq; eñi moriturus eſt.q.d.non meliorem multo fortunam habebit.Cæ.quam Põ. Quem tumulum ni.nam i ripa nili ſepultus eſt pompe.i campo aũt Martio:q iuxta Tiberim eſt:ſepultus eſt Cæſar. Tu fatum:quod ad te pertinet o Sexte: Parce:deæ quæ apud inferos:ſfata diſpenſant dabunt tibi cognoſcere mortẽ tuam. Tibi certior:ficta ſunt hæc oia:nam nunq̃ legimus põ. filio i ſomnis apparuiſſe. Genitor canet:diuinabit cuius umbra tibi apparebit:& hæc oia tibi futura ꝓdicet.

Ipſe quoq; incertus quo te uocet uñ repellat
Quas iubeat uitare plagas quæ ſidera mũdi
Europam miſeri libyen aſiamq; timete
Diſtribuet tumulos ueſtris fortuna triũphis
O miſeranda domus toto nihil orbe uidebis
Tutius æmathia. ſic poſtquam fata peregit
Stat uultu mœſtus tacito mortemq; repoſcit
Carminib' magicis opus ẽ herbiſq; cadauer
Vt cadat: & nequeũt animã ſibi reddere fata
Cõſumpto iam iure ſemel. tũc robore multo
Extruit illa rogum. uenit defunctus ad ignes
Accenſa iuuenem poſitũ ſtrue linquit ericto
Tandẽ paſſa mori: ſextoq; ad caſtra parentis
It comes. & cœlo lucis ducente colorem.
Dum ferrent tutos intra tentoria greſſus
Iuſſa tenere diẽ denſas nox præſtitit umbras.

¶ SVLPI. Quo uocet:re in quẽ locũ conſulat fugias ut ſis tutus. Plagas:regiones. Quæ ſidera: quam orma ſuis ſub ſideribus poſitam. Europã miſeri:Nulla orbis pars illeſos ſeruare uos poterit. Diſtribuet tumulos:diuidet ſepulchra ꝓ uictoriis ueſtris. Pompeius.n.q uictor i aſia fuit ad nilũ ſepelietur Sextus i aſia.gn.filius i hiſpania.Cato & ſcipio i aphrica. Nil tutius æmathia:qm illic nullus ex põpeii domo ꝑibit:ſed alibi.Sextus.n.ipſe poſtq̃ uictus ab auguſto i freto ſiculo fuit.i aſiam fugiẽs Amyntæ regi nullo ſe fœdere tradidit.a quo Mileti eſt obtrũcatus.quũ ageret quadrageſimum annum:frater uero eius ad Carteiã i hiſpania cecidit:ubi Cæſarẽ ad deſperationẽ redegerat. Repoſcit:nutu indicat ſe uelle mori. Vt cadat: ut moriat. Reddere animã ſibi:ad ſe aiam reuocare niſi permittat Ericto. Conſumpto iã iure ſemel:qa ſemel e ſua ditione eam liberauerunt & iuris alieni fecerunt. Extruit rogum lignorũ congeriem parat. Venit:iuit pedibus ſuis. Strue:i pyra. Tandem:ex defuncti deſiderio dixit It comes:comitata eſt ſextum. Et cœlo lucis:& cum iam inſtaret dies ſuis carminibus noctem produxit tenebris geminatis ne cõſpiceretur ab aliquo

Tenere diem:retinere lucem. Præſtitit:effecit.

¶ OMNIBO. Ille quoq; icertus:hoc dicit qa poſtq̃ Agrippa Octauii Cæ.Auſpicio bello nauali i Sicilia uicit Sextum pompeiũ.Sextus primo uenit Mitylenas:ubi quondã cũ Cornelia a patre ſuo contra Cæſarẽ bellũ geſturo:adhuc puer repoſitus fuerat poſt dies aliquot cogitauit:qd facturus eſſet:primo uoluit tentare ut ſe cũ antonio cõiungeret:iã eñi inter Octauiũ & antoniũ ſimultates erãt:ſed poſtq̃ audiuit a Medis contra quos exercitũ duxerat parthiſq; fuſum:ſperauit ſe illi ſucceſſorẽ fore ſi iteriiſſet.ſin ãt cũ illo iperiũ diuiſurũ.Legatis ad antoniũ miſſis.ſimul ad parthoꝝ Regẽ & i Thraciã & põtũ mittit clãculũ cũ regulis inituris fœdus: legatis deinde iterceptis:& ad antoniũ ductis: Lãpſacũ per proditionẽ cœpit & Furniũ reſiſtẽtẽ fugauit.Nicea quoq; & nicomedia capta pecuniis potitus eſt.Tertius deinde ob Titii aduentũ:naues iſcendit:deſtitutus uero ab amicis: ad Bityniæ mediterranea ſe cõuertit:quẽ Furnius & Titius & Amyntal inſecuti ſunt:& cum ſe dedere uellet:Furnio non admittente eo Amyntæ ſe committere tentauit:q nec ipſe uidebatur ſuſcepturus. Nocte igitur clanculum tentorio egreditur ad mare progreſſurus:Sed ſcaurus quidã tranſfuga eius iter ꝓdidit. Tũ uere Amyntas illũ mille & qgentis equitibus ſecutus eſt:ad quem omnes q cum pompeio erant tranſfugerũt.deſtitutus igitur ab oibus Amyntæ ſeipſum nullo fœdere tradidit.quẽ ille Mileti interemit:cum & quadrageſimũ annũ Attingeret. Certior:qa primo tentanit Reges Thraciæ & ponti:& i bithyniam iclinauit:eo animo ut ſe transferret i Armeniam: Quas pla.i.uniuerſum orbem terrarum: Europam:ubi ſepultus eſt ſextus pompeius. Libyam:ubi.Gn.Pompeius magnus ſepultus eſt. Aſiam:ubi uictus eſt Sextus pompeius:Vnde Mar.pompeios Iuuenes aſia:atq; europa:ſed ipſum terra tegit libyes:ſi tamen ulla tegit. Diſtribuit.t.qa ubi uictores aliquando fuiſtis:ibi etiã ſepulti eritis: nam magnus pompeius aliquando in Regnum collocauit Regem ptolæmeum:quem tamen conſilio photini & Achillæ occidit Sextus in ſicilia uictor fuit:& iſulam aliquandiu tenuit:& Sardiniam ſimul & Corſicam.Gn.etiam pompeius aliquando uictor extitit i Hiſpania:adeo ut de ſalute ſua Cæſar dubitauerit. Domus.ſ.pompeii. Thutius æmathia:quia ibi nullus eorum periit:q̃uis ibi uicti fuerint. Sic poſtq̃.ſ.p.nũc dicit quomodo ſe habuerit cadauer poſtquã reſpondit ad ea quæ erictho interrogauerat. Peregit fata.i.reſponſa dedit. Mortemq; rep.ſ.ut præmitteret umbram ſuam a corpore diſcedere. Car.ma.opus eſt:nec mori poterat niſi carminibus ericthus ut quæ ipſum excitauerat:eadem mori permitteret. Fata.ideſt parcæ. Animã ſibi reddere.ideſt repetere:& ad ſe retrahere:niſi erichtho euellet q̃ ipſa erichthoni conceſſerant. Conſumpto iam iure ſe.nam omnibus ſtatutum eſt ſemel mori:hic ſemel mortuus erat ergo iterũ mori nõ poterat: niſi erichtho iuberet. Robore.m.ideſt arboribus q̃mis. Ac ſtrue.icenſa pyra. Sextoq; ad ca.dicit autem erichtho comitatam fuiſſe ſextũ pompeiũ ad caſtra pr̃is redeuntẽ. Et cœlo.lu.iuſſit erichtho carminibus magicis:ne dies ſuperueniret priuſq̃ i caſtra pr̃is rediret ſextus ne ab hoſtibus captus ad Cæ.deferret. Ducẽte co.non luceſcente die:& aurora apparente. Dũ ferrẽt.i.dũ beneficio noctis tuti i caſtra redirent. Iuſſa

ſ.carminibus magicis. Tenere:retinere diem ne ſuperueniret. Nox præſtitit umbras.i.ſemp nox fuit.

Io.Sulpitii Verulani In ſepti/mum Lucani Interpretatio.

s Egnior oceano:Cū ꝑlii dies certo fato i/ſtaret:Sol mœſtus inqt poeta ortus ē ſolito ſegnius:& uoluit eclypſim pati.ſeq; nubibus inumbrauit: ne puris in theſſalia radiis luceret. Luctificus:mœſtus: luctuſq; nūtius. Segnior: tardior: Lex æterna:inſtitutū ei a natura impoſitū ut certo tempore oriat̃ certumq; curſum pagat. Vocabat oceano:euocabat e mari unde uidet̃ egredi. Egit æquos:impulit quadrigas. Cōtra ethera:cōtra motū mundi qui eſt ab oriente in occidentem cū ipſe uehat̃ curſu contrario ab occidente in orientē Ouidius rapido contrarius euehor orbi. Retorſit curſum:contra nixus eſt. Polo rapiente: cogente ipſum ad motum mundi ſequendū cui repugnabat ne oriretur:& futuram cladem ſpectaturus eſſet. Defectū:eclypſim. Labores raptæ lucis:Videt̃ eni ſol laborare quum nobis eius ſplendor per lunæ interpoſitionē aufert̃. Non pabula flammis non: ut aleret ſeipſum.Nā ignes celeſtes humore nutriri primo libro ſup eo uerſu docuimus Flamiger an titan ut alentes hauriat undas. At nox ſomnū pōpeii cōmemorat quod ei occurrit ī illa ultima nocte felicitatis. Pars ultima appoſitio ē. Fœlicis:poſt hac.n. infœlix fuit. Solicitos inqetos: Imagine:ſomno. Pōpeiani:quod ipſe met extruxerat. Cornelius tacitus ſit habet:Quū Gn:quoq; pompeiū incuſatum a Senioribus ferunt quod manſuram thatri ſedē poſuiſſet nam antea ſubitariis gradibus & ſcena in tēpus ſtructa fuerat:ſed conſultū parſimonie. quod ppetua ſedes theatro locata ſit potiuſq̄ immenſo ſumptu ſingulos per annos conſurgeret ac ſtrueretur. Effigiem plæbis imaginē populi romani. Atolli erigi clamore. Cuneos ſonantes:multitudinem in theatro certatim clamare & plaudere. Facies populi:apparentia & lætitia illa quum primū triumphauit e ſicilia aphricaq; reuerſus.perpenna Domitio & hiarba uictis. Iuuenis:quartū eni & uiceſimum annū agebat: Iberus torrens:flu.in hiſpania uelox & uehemens. Ambit:circuit.

## IO.SVLPITII ARGVMEMTVM IN LVCANI SEPTIMVM LIBRVM

ſ Eptim⁹ ut magni narrauit ſōnia plorat
Fata ducis,mox turba ois ſibi plia poſcit
Ceſet idē cupid⁹ facūdo tulli⁹ ore
Dux dat id inuitus.ſcribit tum dira poeta
Prodigia:inſtructas acies factura ducumq;
Verba ſuis animos: & prælia geſta fugamq;
nuehitur poſt hæc in te ſæuiſſime cæſar
Damnans pharſali cōpletos ſanguine cāpos.

## M.ANNEI LVCANI PHARSALIAE LIBER SEPTIMVS.

ſ Egnior oceano q̄ lex æterna uocabat
Luctificus titā nūq̄ magis æthera cōtra
Egit equos:curſuq; polo rapiēte retorſit
Defectuſq; pati uoluit:raptæq; labores
Lucis: & attraxit nubes:nō pabula flammis,
Sed ne theſſalico purus luceret in orbe
Vt nox fœlicis magni pars ultima uitæ
Sollicitos uana decepit imagine ſomnos,
Nam pompeiani uiſus ſibi ſede theatri,
Innumerā effigiem romanæ cernere plæbis,
Attolliq; ſuum lætis ad ſidera nomen
Vocibus & plauſu cuneos certare ſonantes
Q ualis erat populi facies,clamorq; fauentū
Olim quum iuuenis primiq; ætate triumphi
Poſt domitas gētes quas torrēs ambit iber⁹

s Egnior ocea.q̄ lex æter.uo.Hic ſeptimus cōtinet primo q̄dē ſomniū pōpei:ī quo exiſtimabat ſe romæ in theatro eē:q̧ ipſe magnificētiſſimū ædificauerat & ibi plauſu maximo a po.R o.excipiebat̃:Deinde qūo uictus tādē incolumitati ſuorū arma nō negauit.magis q̄ cōceſſit.poſt hæc deſcibit̃ pugna cōmiſſa inter utrunq; exercitū.qua tandē uictus.pōpeius aufugit.relictis caſtris:poſtremo īuectiones poeta ſequit̃ primū cōtra Cſarē.q̧ cæſorū corpora ſepultura ꝓhibuerit. Alterā contra æmathiā:q̄ belli ciuilis cladē tādē fecerit.primū igit̃ dicit ſolē inuitū reuexiſſe diē:quo tā tetrū ac atrox bellū futurū erat inter Romanos:ubi uniuerſi orbis populi ad internetionē ꝓpemodū cæſi ſūt.deinde ſomnium pōpei deſcribit. Segnior oce.nūq̄ inqt ſol magis īuitus diē reuexit:q̄ hoc tpe cū bellū ciuile ſecuturū eēt. Q uā lex æter.i.lex q̄ ab æterno poſita ē ſoli. Luctificos equos.i.nūq̄ magis tadauit luctificū diē.i.q luctus inducturus erat:pp cædes eorū:q bello ciuili piere. Aetherea co:qa luna & cæteri planetæ motus habēt:motui ſphæræ cæleſtis cōtrarios cū eni firmamentū in occidētē ferat̃:ſol oriente uerſus uergit̃. Cōtra æthera:contra ſphærā firmamenti cæleſtē. Retorſit:retro uertit. Polo:ra.i.q̄uis poli circa quos uertit̃ firmamentū raperent ſolem tamen retinebatur contra motū ipſius ſphæræ & firmamenti. Defectus.i.eclypſim. Raptæq; la.l.i.eclipſis nō q̧ ita naturaliter obſcuraret̃:ſed ne uideret cædem in campis philippicis futurā Attraxit nubes: ideſt tenebras : non nubes quibus ignem cæleſtem paſceret ſed ut caput obtegeret : nam ideo nubes trahuntur a corporibus cæleſtibus:q̧ ignea ſunt:& terræ maris & aquarum uaporibus aluntur qui ex aquis excitantur.q̧ niſi uaporibus alerentur.conſumerentur.& aſtronomice loquitur: Non pabula; flam.ut recrearet ignes ſuos. At nos felicis:at uero nocte in ſomniis Pompeius exiſtimauit ſe in theatro quod Romæ magnificentiſſimum conſtruxerat : magno plauſu totius populi romani excipi : & læti-



tia urbis reuocari quaſi uictor in patriā rediiſſet. Nox:ap.pars ultima. Felicis uitæ:quia poſt hanc noctē omnia ſemper aduerſa fuerunt pō. In nu.effi. pro innumerabilis ro. plæbis imaginē. Soli.ſō.i. ſolicitudine plenos:nō.n.ſine ſollicitudine inſtantis:belli quieſcebat pō. Nā pō.nā uiſus eſt ſe ſuſcipi a po.ro.ea lætitia qua quod ā cū ro.eques eſſet triumphauit. Pompeiani theatri.i.ſui q̧ de nomine cōditoris pō.appellabat̃. Martialis ī pōpeiano dormis leuine theatro. Attoliq; ſuū:qa ſic cōſueuerat po.ro.cū pricipes ſuos uideret bene de repu.meritos manuū plauſibus:& uocibus:& laudibus nomē eoꝝ efferre. Cuneos ſo.i. multitudinē clamantē. Q ualis erat:qualis tunc fuit:cū ſublimis curru triumphans cū totius orbis clamore equis albis ueheret̃ per urbē ad capitoliū deuicto Mithridate aut ſertorio. Facies .i. uultus & habitus populi. Iberus: hiſpaniæ flu. a quo iberia dicta eſt hiſpania.

Et quæcūq; fugax ſertorius impulit arma
Veſpere pacato:pura uenerabilis æque
Q uā currus ornante toga plaudente ſenatu
Sedit adhuc romanis eques ſeu fine bonoꝝ
Anxia uenturis ad tempora læta refugit
Siue per ambagas ſolitas;contraria uiſis
Vaticinata quies: magni tulit omnia plantus
Seu uetito patrias ultra tibi cernere ſedes
Sic romā fortuna dedit:ne rumpite ſomnos
Caſtrorū uigiles:nulla turba uerberet aures,
Craſtina dira qes,& imagine mœſta diurna
Vndiq; funeſtas acies feret,undiq; bellum
Vnde pares ſomnos populi noctēq; beatā,
O felix ſi te uel ſic tua roma uideret
Donaſſent utinam ſuperi patriæq; tibiq;
Vnum magne diem,quo fati certus uterq;
Extremum tanti fructum caperetis amoris
Tu uelut auſonia nadis moriturus in urbe
Illa rati ſemper de te ſibi conſcia uoti
Hoc ſcelus haud unq̄ fatis hærere putauit
Sic ſe dilecti tumulū quoq; perdere magni
Temiſto fleſſet luctu iuueniſq; ſenexq;

℄SVLPI. Sertorius ro.exul qui cū totā hiſpaniā ſuſcitaſſe in bella uictus eſt a pō.ut diximus libro ſecundo. Veſpere : hiſpania.& occidente qui ſub ſtella ueſpere eſt. Aeque:tā uenerabilis. Pura tota:candida ueſte & nō picta. Quā ornante currus:q̄ triumphali illa quæ ſtellata palmata ue fuit. Eques adhuc ante .n. q̄ ſenator eſſet & ante legitimos annos etiā ſylla improbante triumphauit. Seu: unde conflatū fuerit Somniū perſcrutat̃ poeta: ſiue inquit q̧ mens animaduertens finē bonoꝝ & calamitatē futurācon uertit ſe ad elapſā felicitatē . Siue id ſe obtulit ſomniū per contrariā ſignificationē ut lætitia uerteret̃ in luctū.Siue cū nō concederet̃ ei poſthac ro. uidere uoluit fortuna ut ſaltē per ſomniū intueret̃. Anxia uenturis:mœſta futura calamitate. Fine : deeſt in. Ad tempora læta: ad priſtinā fortunā . Per ſolitas ambages:per circuitiones & implicationes: nā ſomniū proprie eſt auctore Macrobio q̧ uelat ambagibus celat figuris. Viſis:ſomniis.Quanquā Viſū proprie eſt phantaſma : quæ inter uigiliā : & adulteriā quietē occurrit . Tulit omnia : attulit auguria & fuit prænuntius. Vltra:poſt hac. Sic: per ſomniū. Dedit:conceſſit obtulit. Ne rumpite:per commiſerationē apoſtrophe utit̃ inquiens nolite excitare pō. quia nox ſequens erit ei inquieta diriſq; imaginibus agitabit̃. Nullas tuba : hypalage. Craſtina quies: nox ſequens. Dira:inquieta. Diurna imagine : his quæ uidebit in die uidelicet exercitū profligatū. Feret:offeret repræſentabit. Funeſtas: funeribus affectas. Vnde:propter q̧. Pares ſomnos:ſomnia populū & duc noctē felicē. Vel ſic:etiā per ſomniū aut

uictū fugatū. Donaſſent utinā:utinā per diē tibi eſſe licuiſſet in urbe ro. ut populus ſciret te periturū amiſſurūq; pariter libertatē:ut mutuā inter uos caritatis officia ut lætitiā & luctū oſtēderetis. Fructū:affectus uenerationes & lachrimas. Fati:calamitatis. Vterq; : populus & tu. Velut moriturus : tanquā rediturus ro. uictor. Semper ſibi conſcia:quæ ſemper continet firmū deſideriū tui nō putauit te alibi periturū. Rati : firmi. Hærere:fixū eſſe & euenire poſſe. Hoc ſcelus:ut te tuoq; tumulo priuaret̃. Q uoq; : etiā. Sic dilecti : tā amati & culti. Miſto luctu: confuſis lachrimis.

℄OMNIBO. Et quæcunq; fugax:nā ſertorius hoſtis po.ro.iudicatur: uniuerſam hiſpaniam contra ro. concitauit.Aduerſus eum primo miſſus eſt metellus:deinde pō.a quo tandem debellatus eſt nec de ſertorio triumphum egit:quia ciuis ro.erat:nec de ciue ro.ulli triumphare licebat:ſed de hiſpaniis qui eum ſecuti erant triumphauit. Veſpere pacato.i.occidente:in quo eſt hiſpania. Aeque.i.tam uenerabilis. Romanos eques:quia ante ætatem aphrica tota ſubacta triumphauit:nondum.n.ad eam ætatem peruenerat:quia ſummum imperium gerere poſſet.nam uigintiquinque anno triumphum egit:cum antea nemo poſſet:niſi poſt trigeſimum annum per leges triumphare. Adhuc ro.eques.i.nondum ſenatoriū ordinem ingreſſus . Seu fine bonorum:cauſas exquirit:quare hoc ſomnium uidit pō.cum ſequēti die in tantam calamitatem inciderit:ut profligatus relictis caſtris fugere coactus ſit.dicit triplici ratione hoc potuiſſe fieri . Seu quod ſomnium illud ſolicitum fueris malis tempora fœliciora repetebat. Sine bonorum : quia iam fœlix pō. fortuna ad finem peruenerat. Refugit .i. redit ad fœlicitatem præteritam. Siue per : ſeu ſomnium contraria oſtendit : his quæ futura ſunt. Per am. ſo. quia per ambages ire conſueuit. Contraria uiſis: quia lætum ſomnium uidit:ideo triſtitia ſecuta ſunt omnia . Seu uetito:apoſtrophat ad ipſum pompeium ſeu fata uoluerunt ut uel hoc modo romam uideres:quam tibi poſtea uidendam negarunt. Sic: per ſomnium. Nec romam: nunc conuerſus ad milites pompeii rogat ut ſilentium teneant. pompeium quieſcere ſinant : ut in hac lætitia ſomnii diutius permaneat. Et ima.mœſta.di.quia diuerſa erit imago diei:ab hac imagine notis : nam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

plena cædis & luctus erit. Vnde pares ſomni: quaſi conquerit ꝙ nunquā poſtea huiuſmodi quietē habitu rus ſit pō. ergo dū licet illū quieſcere permittite. O felix .ſ. eſſes o pō. ſi ita te uideret ro. quemadmodū per ſomnū uidebat. Vel: pro ſaltē. Sic: quemadmodū in ſomniis exiſtimabas. Quo ſa. cer. u. i. ut certes uolun tatis deorum: ꝙ uidelicet pō. periturus eſſet & urbis ro. libertas. Tanti amo. quantus inter utrūq; fuit: nā pō. reipu. amantiſſimus fuit: & ro. bene de ſe meritū magna caritate pō. amplectabat. Tu uelut: nunc dicit in magna incertitudine utrūq; uerſatū eſſe: ꝙ etiā maiorē moleſtiā fecit. acrior. n. dolor qui fuerit inexpectatus atq; improuiſus eſſe ſolet: nā pō. diſceſſit ab urbe: nō quaſi nō rediturus: immo hac ſpe: ut uictor rediret: & ro. eū dimiſit: nō quaſi nō amplius ſuū futurū: immo illū magno deſiderio expectabat. Vadis: diſcedis. Il la: ro. Conſcia uoti: quia nouerat illa: quantū abs te amaret: & illud uotū tamē erat ut in patriā uictor redi res. Rati: quia cuperes in patria mori. Hoc ſcelus: ut in aliis orbis terrarū partibus uitā tuā finires. Hære re: imo tū eſſe. Te mixto flexet: ſi in patria inquit uitā ſuā finiſſet pō. pueri & mulieres illū luxiſſent totū an nū: ſicuti fleuiſſe ferunt brutū.

Iniuſſuſq; puer, laceraſſet crine ſoluto
Pectora fœmineum ceu bruti funere uulgus.
Nunc quoq; tela licet paueāt uictoris iniqui
Nunciet ipſe licet cæſar tua funera: flebunt
Sed dū tura ferunt, dum laurea ſerta tonanti
O miſeri quorum gemitus odere dolorem
Qui te non pleno pariter planxere theatro
Vicerat aſtra iubar quū miſto murmur turba
Caſtrorum fremuit: fatiſq; trahentibus orbē
Signa petit pugnæ. miſeri pars maxia uulgi
Non totum uiſura diem. tentoria circum
Ipſa ducis quærit magnoq; accenſa tumultu
Mortis uicinæ properantes admouet horas
Dira ſubit rabies. ſua quiſq; a publica fata
Præcipitare cupit. ſegnis pauiduſq; uocatur
Ac nimiū patiens ſoceri pompeius. & orbis
Indulgens regno, qui tot ſimul undiq; gētes
Iuris habere ſui uellet pacemq; timeret.
Nec non & reges populiq; queruntur eoi
Bella trahi, patriaq; procul tellure teneri
Hoc placet o ſupi quū uobis uertere cūcta
Propoſitū: noſtris erroribus addere crimen

SVLPI. Iniuſſus: nō iuſſus a parentibus: ſed ſponte. Vulgus fœmineū: matronæ. Ceu bru. fu. Iuniū brutū: qui reges eiecit uniuerſæ matronæ de plorauere & per annū luxere. Tela: Cæ. uiolentia: Funera: mortē: Sed dū: nō modo priuatū & profe ſtis diebus ſed etiā feſtis & quando Cæ. triumpha bit. O miſeri: miſeros eos dicit qui metu doloris ſi gnificationē cogebant diſſimulare & nō publicæ ip ſū deplorauerunt. Gemitus odere dolorē: hypalla ge eſt. Vicerat aſtra iubar: lucifero inquit orto Stel læ aliæ obſcurabant. Quū miſto: cū turba ſuperio ribus elata uictoriis circunſtetit pom. & petiit: ut ſi gnū pugnæ proponeret. Erat autē ſignū pugnæ ue ſtis purpurea ſiue cruenta: ut ait Appianus. Sed huc ex hiſtoria aliquid afferamus. cū pō. de diuidendis bonis & honoribus. Cæ. & eius exercitus: deq; tabel lis ferendis inimicitiiſq; perſequendis inter ſe certa rent & conſultarent. Cæ. parata re frumentaria confir matiſq; militibus tentandū exiſtimauit quid nā pō. propoſiti aut uoluntatis ad dimicandū haberet. ex ca ſtris eduxit exercitū aciēq; inſtruxit pauloq; a caſtris pō. longius ut progrederet ille e caſtris ſuis. pō. ca ſtris in colle habitis ad infimas radice montis aciē in ſtruebat: ſemper ut uidebat expectans ſi iniquis locis Cæ. ſe ſubiiceret Cæ. nulla ratione ad pugnā elici poſſe pō. exiſtimans. caſtra ex eo loco mouere & paſ ſim frumentari conſtituit. Signoq; profectionis: iā dato tabernaculiſq; incenſis animaduerſū eſt longi us a Vallo eſſe aciē pō. progreſſā: ut nō iniquo loco poſſe dimicari uideret. Tunc Cæ. ad ſuoſcū iam eſſet agmē in portis: differendū eſt inquit iter in præſentia nobis, & de prælio cogitandū: Trahentibus ot bē: mundū in pernicīē impellentibus: Nō uiſitura totū diē: peritura ante noctē. Tentoria: prætoriū caſtro rū. Accenſa tumultu: inflamma concurſu. Admouet: propinquas fecit & accelerat. Dira ſubit rabies: quiſ ꝙ iraſcit & præliū cupit. Præcipitare: urgere ſine ullo ſui; & publico reſpectu. Segnis: arguebant pō. ꝙ pi ger ꝙ timidus eſſet & ꝙ gauderet bella protrahere: ut diutius in regno pſeueraret. Nā toti orbi & etiā regi bus imperabat Vnde: ut Appianus ſcribit eū regē: regē & agamennona appellabant. Indulgens regno: in cumbens imperio. Iuris: poteſtatis. Timent pacē: ne imperiū & ius ingentes eſſet depoſiturus. Reges: ut Deiotarus Arietes & Taxiles. Bella trahi: præliū differri nā cū ſuperiores numero eſſent certā ſibi uictoriā pollicebant. Hoc placet: cū admiratione conquerit. ꝙ dii eos quos euertere ſtatuerunt in errorē & ſuæ cul pā calamitatis inducunt. Vertere: apheresis. Crimē: culpā.

OMNIBO. Iniuſſuſq; puer: quia pueri non intelligunt cauſam doloris: tamen cum uidiſſent alios fle re. & ipſi fleuiſſent. Fœmineum uulgus. multitudo mulierum. Fune. bru. quia (ſicut Liuius ſcribit) matro næ totum annum luxere brutum: qui pulſis regibus libertatem populo romano prius uindicauit. Nunc quoq; tela. quia cum etiam procul a patria occubueris. flebunt tua funera. Tela pauent. ideſt quanuis bella minetur Cæſar: tamn prohiberi non poſſunt quin te lugeant. Nunciet ipſe. quid dixi licet paueant. ſed fle bunt te etiam dum ſacrificia diis exhibebunt pro uictoria Cæſaris. Lau. ſerta. ideſt ferent ioui lauream coro nam pro Cæſare qui coronatus lauro triūphabat. Edere dolo: ideſt comedere. dolor etiam editur nunc cum in pectore comprimitur. ut Virg. premit altum corde dolore. Miſeri. fuerunt. ſ. ro. qui non auſi ſunt tuam mortem o pō. metu Cæ. deplorare. Vicerat aſtra iubar: nunc declarat quomodo ſe habuerint milites pō. poſtquā illuxit. dicit. n. frequenter ad prætoriū populū conueniſſe petentes: ut ſignū pugnæ pō. propone



ret: & iā omnes ita cōcitati erāt ad pugnā ut cōtineri nō poſſēt: ſed negociū Ci. dēandat: qui uerba pro uni uerſo exercitu apud pō haberet. deſcribit autē tēpus quo frequētes milites ad prætoriū pō. cōuenerūt. ſimu latq; illuxit. Iubar. ſolis ſplēdor eo. ꝙ in iubarū modū ſpargit. Pars: quia pauci admodū erāt qui nō impu gnā cōſētirēt. Fatis trahentibus. quia fata nolebāt exitiū inferre orbi terrarū. Tra. or. ſ. in perniciē. Totū diē. eodē die multi Cæſi fuerūt a Cæ. Circa tentoria. i. prætoriū: nā prætoriū proprie dicit imperatoris ta bernaculū. Properātes admo. & mors apropinquaret: ipſi ruebāt in mortē. & prouocabāt ac ſtimulabāt. Di ra rabies. i. pugnādi ſcæuus furor. Pu. fata. i. mortē quia pereuntibus ro. ciuibus etiā reſpu. peribat. Præci pitare. i. temere euertere. Se. pa. q. uo. & pō. qui conſulto bellū trahebat: modo ignauus: modo belli imperi tus: modo timidus dicebat: ꝙ nō auderet ipſe ſe cū pluribus: aduerſus Cæ. cū paucis pugnare. Patiēs ali quādo rēiſſiōi animi tribuebāt. & aliquādo ipſū regni cupidū appellabāt. Indul. re. i. nimiū intētus. ꝙ quaſi rex totius orbis diutius eſſe uellet. Sui iuris. i. poteſtatis. pulchrū pō. uidet uniuerſū orbē ſub imperio ſuo retinere. & id eſt ꝙ cū perficere poſſit bellū. repugnat. Vndiq;. nā ex pluribus regionibus orbis. populi. ac natiōes ad pō. uenerāt. Pa. q. ti. i. qui nollet pacē habere: ne priuatus efficeret. Necnō & re. trigāes rex arme niæ. Ariobarzāes. Deiotarus. Hoc pla. conquerit de diis. ꝙ ipſi ſua fata cōuertāt in culpā hominū. Crimē. i. culpā. nā error eſt culpa. ſed erramus nos tūc cū uolumus id ꝙ fata uetāt: igit error eſt: ꝙ in fata noſtra rui mus. tūc cū nos cogitis in pernitiē noſtrā ruere ſed huic errori o dii culpā addere uultis. ut id noſtri erroris cauſa factū eſſe dicat

Cladibus irruimus nocituraq; poſcimꝰ arma
In pompeianis uotum eſt pharſalia caſtris.
Cunctorum uoces romani maximus auctor
Tullius eloquii, cuius ſub iure togaq;
Pacificas ſæuus tremuit catilina ſecures
Pertulit: iratus bellis cum roſtra forumq;
Optaret: paſſus tam longa ſilentia miles
Addidit inualidæ robur facundia cauſæ
Hoc pro tot meritis ſolum te magne p̄catur
Vti ſe fortuna uelis proceresq; tuorum
Caſtrorum: regeſq; tui cum ſupplice mūdo
Affuſi: uinci ſocerum patiare rogamus
Humani generis tam longo tempore bellū
Cæſar erit: merito pompeium uincere lente
Gentibus indignū eſt te trāſcurrere ſubactis
Quo tibi feruor abit, aut quo fiducia fati.

SVLPI. Irruimus: ultro imus. Pharſalia: locꝰ ille pernitioſꝰ & conflictꝰ. Eſt uotū: in pō. caſtris. ue hæmenter optat. Cunctorū uoces Vnꝰ Ci. pro om nibꝰ pō. eſt allocutꝰ. Maximꝰ auctor eloquii. Fabiꝰ ſic ait Dono quodā prouidentiæ genitus in quo totas uires ſuas eloquentia experiret. idē Apud poſteros uero. i. conſecutus: ut Ci. iā nō hominis nomē: ſed eloquentiæ habeat. Sub iure: poteſtate conſulari. Togaq;: pacifico conſilio & iuſtitia. Sæuus: im pa triā impiꝰ. Pacificas ſecures conſulatū. Nō. n. ui ſed conſiliis Catilinæ coniurationē deleuit & ipſū eiecit. Pertulit uoces: locutꝰ eſt. Iratꝰ bellis: ferens iniquo animo bella. Roſtra: unde concinaret ad populū aut ſenatui conſuleret. Fo.: ubi cauſas ageret. Mi les: qui militabat ſub pō. Facundia: eloquentia ſua firmauit & perſuaſibilē facit cauſā infirmā nō enim erant ſatis ualidæ rationes ad ineundū certamē: Hoc pro tot: ſuadens præliū Cice. facileq; uictoriā pollicens primū a felicitate argumentat. Adhor tatq; magnū ne fortunā ſuā priſtinā deſerat. inde eli cit argumenta ab auctoritate populorū & regū & in dignitate rei & pigritiæ fugienda. a deorū procliui benignitate. a ui & comtemptu fugiendo. Conclu ditq; per ſimplicē complexionē. Tot meritis: quæ in te contulit: Velis uti ſe. ut utaris ipſa. Proceres: prin cipes: Tui: tibi fauentes. Affuſi: ſubmiſi & genuflexi. Socerū uinci: ut Cæ. uincat. Rogamus: ſyllepſis eſt directa & deeſt nobiſcū. Humani: a rei indignitate locꝰ. Merito eſt indignū. nō iniuria cenſet inquū. Vin cere lente: nō accelerare uictoriā. Gentibꝰ ſubactis te tranſcurente. Argumento a maiori ad minꝰ hoc eſt cū tranſcurrendo perſequendoq; mythridatē multas uiceris nationes. ut iberes albanoſq; & adiacentes boſ phoro ad tanaim uſq;.

OMNIBO. Cladibus irru. quia non ipſi noſtra mala concupiſcimus: ideo nobis attribuitur ꝙ fa ue tant. Phar. uo. eſt. i. exercitum ſuum quaſi uotum concupiſcere. Pompeianis: ibi. n. pars magna moritura erat ro: pharſalia. n. fatalis erat ciuibus ro. Cunctorum uoces. i. totius exercitus ſententiam. Tullius elo quii. nam ipſæ ro. linguæ princeps ſine dubio perhibebatur de quo Mar. Hoc tibi roma caput quū loquere ris erat: Cuius ſub iure. i. poteſtate & conſulatu. Togaq;: quia non armis: ſed conſilio & uirtute Catilinam ſubegit cum coniuratis. Sæuus: impius contra patriam. Iratus bellis: neq;. n. forenſi & cauſidico bella pla cebāt. Roſtra: ut poſſet ad populum contines habere. Forum: ubi cauſas ageret: ſicuti conſueuerat. Lon ga ſi: nam qui modo in ſenatu: modo in foro modo in contione dicere conſueuerat: & eloquentia ſua ma gnam laudem conſequi poſſet indignabatur: quod tam diu miles pō. factus ſilentium tenuiſſe. Inualidæ cauſæ: bene quia poſcere bellum ciuile turpe uidebatur. Addi. ro. cauſæ ideſt hanc cauſam minus poten tem & honeſtam eloquentia ſua fecit: ut uim maiorem haberet. Hoc pro tot me. habet hæc oratio ſuaſio nem: ergo in deliberatiuo genere eſt conſtituta: non utitur prohœmio quia ſatis auditorꝫ animi parati erāt ad audiendum: ſed probat tantum modo ꝙ intendit: uidelicet pugnam eſſe ſuſcipiendam. primo quidem dem probat a facili cum dicit fortunam ipſam rogare: ut ſe ipſa uelit uti pom: Eſt autem argumentum ſum ptū ab attributo perſonæ: uidelicet a cauſa: in quo conſideratur: quid euenit: quid euenerit: & quid euentu ſit quid eueniet pō. nam quia ſemper uicit uicit igitur nunc quoq; uincet fortuna: ergo principiū ſuū ſeque

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tur. Fortuna pre. hoc pro me. quia bene merita ē de te fortuna. & feliciter tecũ egit. Vti ſe. quia ſemper tibi fauit. ideo uelis uti ſe ipſa te poſtulante. Proceresq; tuoꝝ. eſt argumentũ ab auctoritate. in quo probat. laudabile eē: ut hác pugnam ſuſcipiat: quam oẽs reges: oẽs natiões. deniq; uniuerſus orbis terrarũ probat ergo ſi omnes conſentiunt. nõ debes tu ſolus reſiſtere. Proceres. ſenatus populuſq; ro. Affuſi. i. poſtrati pedibus tuis. Humani generis. arguit a uindicatione. quia æquũ eſt ut patriæ expugnatores uindicent. nunquid inquit aliquando ſuppliciũ ſumet de Cæ. qui ſolus eſt perturbator totius pacis. Merito. arguit ab attributo perſonæ. in quo fatis attribuit. nomẽ natura diſpoſitionẽ ſiue effectũ habitũ præſidiũ conſilia fata caſus. & orationes. In cauſa cõſideraṫ quid euenit. ut uiciſti ſemper. ergo nũc eueniet ut uincas. nã ſi orbẽ terrarũ uiciſti tranſcurrẽdo. quanto facilius nunc uincere poteris cũ omnes te ſequanṫ. ideo aũt tranſcurrendo. quia dũ mithridatẽ inſequereṫ. uicit iberes. albanos & gentes omnes quæ adiacent boſſoro uſq; ad tanai. Tranſcurrẽte: dignũ eſt. n. cũ tráſcurrẽdo ſubegeris orbẽ terrarũ nunc uelis bellũ protrahere. Lente: nã gentes ita ſcunṫ ſi uis uincere tarde. Quo tibi feruor: nunc arguit a fortitudine. quia ſi fortis eſſes ſicuti antea conſueras. magnanimus eſſes & iã diu uiciſſes. Fiducia fati. i. fortunæ.

ℭSVLPI. Ingrate: qui tot uictorias diis accepiſti nunc deſperas. Feruor: magnanimitas. Cauſa: quæ iuſta eſt. Credere. committere deorũ poteſtati. Signa: aquilas. Proſilient: incurrent in hoſtes. Pudeat uiciſſe coactũ. cogeris uinceṙ cũ tuo dedecore. Si duce te: argumentatio neceſſaria. ſi ſenatus inquit creauit te ducẽ: & bella geruṅt pro publica libertate. habeat uis ſenatꝰ conſerendi præliũ arbitrio ſuo uel te inuito. Iuſſo: a ſenatu. Nobis: in publicũ uſũ. Concurrere. præliari. Quid mundi. illũ uiuere. ſi nis quẽ omnes cupiunt mori: Vibrãt. quatiunt in Cæ. Vix ſigna maxima eſt omniũ pugnãdi auiditas: Propera. ad uictoriã. Ne te tua. ne te comtempto milites præliũ ineant. Scire ſenatus. ſimplex complexio eſt. cuius altera parte delecta concludiṫ eē pugnandũ: nã ꝙ ſenatus milites ſub põ. nõ fatebimur. Si fatemur: erit dilema & nõ complexio. Rector: põ. Eſſe dolos: uidelicet ꝙ pugna tã acriter poſcereṫ. Si placet hoc: clã imprudentiæ accuſat exercitũ culpã in deos transferens excuſanſq; ſe & oſtendens potuiſſe ſine ſanguine & ſola fame hoſtẽ ſuperari. qui quidẽ in eũ deſperationẽ iã uenerat ut mori pugnando optaret Cæ. uero metu maloꝝ nõ magnanimitate eſſe audacẽ ait. Sceluſq; eẽ: commitere fortunæ certã uictoriã. inde conqueriṫ plutibus optatq; mori: eo ꝙ tanta cede peracta is qui uictor erit efficietur infamis: qui uictus calamitatibus affligeṫ: Tempus: hoc negociũ in quo uerſamur.

De ſuperis ingrate times, cauſamq; ſenatus
Credere diis dubitas, ipſi ſua ſigna reuellent
Proſilientq; acies, pudeat uiciſſe coactum;
Si duce te iuſſo ſi nobis bella geruntur
Sit iuris quocũq; uelint concurrere campo:
Quid mũdi gladios a ſanguĩe cæſaris arces?
Vibrant tela manus, uix ſigna morãtia q̃quã
Expectat, propera ne te tua claſſica linquant
Scire ſenatus auet miles te magne ſequatur
An comes, ingemuit rector: ſenſitq; deorum
Eſſe dolos, & fata ſuæ contraria menti.
Si placet hoc inquit cunctis: ſi milite magno
Non duce tp̃s eget: nihil ultra fata morabor
Inuoluat populos una fortuna ruina.
Sitq; hoium magnæ lux iſta nouiſſima parti:
Teſtor roma tamẽ magnũ quo cũcta perirẽt
Accepiſſe diem potuit tibi uulnere nullo
Stare labor belli: potuit ſine cede ſubactum
Captiuum, ducem romanæ tradere paci.

Milite: ut militis nõ ut ducis officiũ agat. Nil morabor: parebo uobis nec impediã fata. Inuoluat: euertat humanũ genus. Nouiſſima: ultima. Magnæ parti: quæ peribit. Accepiſſe. nõ conſtituiſſe ſed ab aliis conſtitutũ accipere. Potuit ſtare tibi nullo uulnere: potuiſti abſq; ſanguine uincere. Stare. conſtare. Captiuũ: captũ. Subactũ: ſubiugatũ Cæ. exercitus traditione pax ſequebaṫ.

ℭOMNIBO. Times: cũ ſemper dii tibi fauerint nunc uero times. Ipſæ ſ. ſi. nunc a neceſſario: neceſſe eſt enim ut ſignũ pugnæ militibus proponas: nã niſi hoc feceris: ipſi ſua ſponte ſumptis armis in aciẽ uenient & contra Cæ. pugnabunt. Reuellent: refigent. Proſilientq;. ſcilicet de caſtris. ideſt explicabunṫ aduerſus hoſtẽ. Pudeat uiciſſe coactũ: ut dicant te coactũ a militibus tuis obtinuiſſe. Si duce te iuſſo: quod ſi pugna reprohibes ſenatus ipſe auctoritate ſua militibus arma concederet. id enim eſt quod ſenatus ſcire cupit: comes ne tibi ſit: an miles. Iuſſo: a ſenatu. nõ enim dux eſſes: niſi ſenatus iuſſiſſet: ergo quod iuſſit ſenatus: id etiã in eius poteſtate eſſe debet. Nobis: ideſt libertati noſtræ. Bella geruṅt: ut libertatẽ noſtrã uindicemus: nõ autẽ tuo imperio. ſed auſpitio noſtro bella geris. Iuris: poteſtatis noſtræ hoc uidelicet. Concurere campo: ideſt manũ cũ hoſte conſerere in quocũq; campo. Quid arces: quid arcere tentas: nunquid te exiſtimas: tantũ poteſtatis habere ut tenere poſſis totius orbis terrarũ animos: ne ſuã ulciſcanṫ iniuriã. Vibrant te. manus paratæ ſunt ut tela in hoſtes reip. torqueant. Vix ſigna: & nemo eſt qui expectaṙ poſſit morã pugnæ: niſi tu ſignũ propoſueris. propterea quia neceſſariũ eſt hoc: quia poſt hac te inuito contra hoſtes procedent: & pugnã inibunt. Scire: hoc eſt ꝙ ſcire cupit ſenatus: nunquid ſit tuus miles: an comes. comes eſt potius nõ. n. tibi ſubditus eſt ſed ſponte ſua tibi imperiũ tradidit: & ſalutẽ reip. demandauit. Ingemuit. ſub hanc Ci. orationẽ dicit põ. nõ tenuiſſe gemitũ: quaſi ſentiret fatũ imminens. ꝙ ſuo conſilio reſiſteret: nã ipſe conſiliũ tuũ ſequebaṫ: cũ exercitũ ſine cauſa nollet imponere bellis. Si placet hoc: beniuolentiã a perſona aduerſariorum ſumit quos in odium adducit. Quia confidenter eos facere oſtendit. ꝙ uelint teme



re cũ hoſtibus pugnã conſerere: cũ nulla neceſſitas cogat. Si milite magno: ſi uultis me tanquã militẽ: & nõ tanquam ducẽ ueſtrũ. eſto. ſed tamen tempus requirit. ut ducem habeatis. Nil ultra. ſ. conceſſio color: quæ fit quotiens aliquid ita concedimus. quod concedendo magopere negamus. Virgi. I nunc ingratis offerere irriſe periclis. Nõ duce: ſi tempus huiuſmodi eſt: ut multos duces habeatis pompeio præſtantiores: & tali ductore uobis minime eſt opus. Inuoluat populos: dicit hanc pugnã ſi ſuſcepta fuerit futurã exitũ orbis terraꝝ. ergo quod concedit: magnopeṙ negat. Iſta lux. qua pugna committenda eſt. Teſtor roma: nunc a perſona ſui beniuolentiã captat: oſtendit. n. ſe uirũ bonũ in ſuos eſſe quod eos periculis obiicere nolit: quando uictoriã incruentã conſequi poſſit Teſtor roma tamẽ: tot negare nõ poteſt: uidelicet hunc diẽ inuitũ accepiſſe: ſed nõ ſponte tradidiſſe. Potuit tibi: adhuc perſiſtit in illo: ut ſe bonũ uirum oſtendat: ſe nolle eos periculis exponere: nunc arguit a clementia quæ eſt coniuncta iuſtitiæ: nã cũ aliquid ſuademus: utimur partibus honeſti aut tuti. nã iuſtitia in duas partes diuidiṫ. ſ. tutũ & honeſtũ: honeſtũ eſt inquit: ut bella ciuilia ſine ſanguine geranṫ: nã ciues debent eſſe clæmentes: ideo a clementia arguit hoc loco: quis inquit tantus furor eſt in bellis ciuilibus: q̃ ſine ſanguine nõ geri poſſe putãt. cũ a ſanguĩe & cæde ciuiũ abſtinẽdũ ſit.

Quis fuor o cæci ſcelerum ciuilia bella
Geſturi metuũt ne nõ cũ ſanguine uincant?
Abſtulimus terras, excluſimus æquore toto
Ad præmaturas ſegetum ieiuna rapinas
Agmina cõpulimus: uotũq; effecimus hoſti
Vt mallet ſterni gladiis morteſq; ſuorum
Permiſcere meis: belli pars magna peracta ẽ
His quibus effectũ ẽ ne pugnã tyro paueret
Si modo uirtutis ſtimuliſq; iræq; calore
Signa petũt, multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali, fortiſſimus ille eſt
Qui prõptus metuẽda pati, ſi cominꝰ inſtẽt
Et differre põt, placet hæc tam proſpera reꝝ
Tradere fortunæ, gladio permittere mundi
Diſcrimen, pugnare ducẽ q̃ uincere malunt
Res mihi romanas dederas fortuna regẽdaſ
Accipe maiores: & ceco in marte tuere
Pompeii nec crimen erit nec gloria bellum

ℭSVLPI. Quis furor cæci: eos ab imprudentia immanitateq; arguit: nã in bello ciuili refugienda eſt cruenta uictoria: dandaq; opera ut ſine cede uincaṫ. Abſtulimus terras: rationes quibus uictoria certã uidebaṫ aperit. Abſtulimus terras: fugauimus eos. Excluſimus: expulimus nã uictus eſt. Toto: quoniã plurima noſtra claſſe teneṫ. Ieiunia: eſurientia & famelica. Ad præmaturas rapinas ſeg. ad rapiendã ſegetẽ quæ primũ facta eſt eſui apta. Effecimus uotũ: fecimus ut uoueret & optaret. Meis: mortibus meorũ. Belli pars: ſententia eſt. Nõ eſt ultimus inquit ad uictoriã gradus eũ effectũ eſt: ut tyrones pugnare nõ metuant: modo id pugnandi furore faciant: at multi ſunt qui metu pugnare uolunt: Sed fortiſſimi eſt inſtantia malla differre: & nõ deſperare: His: illis ducibus & hoc dicit quia fugauerat hoſtẽ: bis uicerat & ad famẽ redegerat. Signa: prælii. Qui promptus: ariſtoteles in æthicis ait Viri autẽ fortis eſt quæ hominibus terribilia uidenṫ & ſunt ea ſubire: quia decorũ ſit ita fecere & turpe nõ facere: & ibidẽ: Mortẽ uero appeteṙ ob fugiendã paupertatẽ aut amorẽ: aut aliud quicquã graue nõ fortis eſt ſed magis timidi. Ouidius Nã timidi eſt optare necẽ. Ariſtoteles Deſperans quidẽ miticuloſus eſt. & Ci. Nunquã omnino periculi fuga committendũ eſt ut imbelles timidiq; uideamur: ſed fugiendũ etiã illud ne offeramus nos periculis ſine cauſa: quo nihil poteſt eẽ ſtultius. Differre: nõ longe producere & remorari. Hæc tã proſpera: certã uictoriã. Placet tradere fortunæ: uultis periculo exponanṫ: Diſcrimẽ: periculũ. Malunt: milites mei. Ducẽ: meipſũ. Res mihi: iã quaſi deſperatis rebus ad fortunã apoſtrophe utiṫ. Res imperiũ: ut poſtquã res aſiæ. Maioris: auxit. n. ipſe ro. potentiã. Tuere: defende. Pompeii nec crimẽ: nec culpã nec gloriã belli uolo mihi aſcribi.

ℭOMNIBO. Cæci ſceleꝝ. conſtructio uſitata poetis. ut feſſi reꝝ. Bella: ꝙ inquit ſummo ſtudio totaq; mente optare deberent: uidelicet ſine ſanguine uince: hoc maxime metuunt: & arguit a tuto: cũ rationẽ noſtrã tuã oẽ oſtendimus. uidelicet ſine periculo obtinere poſſe ꝙ uolumus: ꝙ eſt ſuaſionis argumentũ ualidiſſimũ. Abſtulimus terra: ad hoc inquit redegimus hoſtẽ: ut cupiat deſperatione quadã pugnare: nã ei aut famæ pereundũ eſt: aut euentũ pugnæ tentandũ: ſed ſi nos bellũ trahere uolumus: iã famæ coactus Cæſar ſe nobis ſubiiecit uictũ. Abſtulimus terras. ſcilicet Cæſari ne poſſit ire pabulatũ. aut frumẽtatũ. Excluſimus æquore toto. nã claſſe ſua pompeius maritimas omnes oras tenebat. Ieiuna: famæ coacta. Præmaturas: nondũ maturas. & intẽpeſtiuas. Votũq; efficimus: ad hanc neceſſitatẽ duximus Cæſarẽ ut deſperatione quadã pugnare uellet. Vt mallet ſterni. ſcilicet quã famæ perire. Permiſcere mei. ut ſi pereundũ eſſe. nõ periret inultus. Pars magna. arguit nunc a partibus prudentiæ. dicit enim prudentia ſua factũ eſſe. ut etiã tyrones non timebant hoſtẽ: ergo belli inquit magnã partẽ peregimus quando id egimus peritia noſtra. ut tyrones quidẽ paruifaciant hoſtẽ. quod ex eo depræhendi poteſt. quod pugnã non timent ſed tamen ait hanc ætatem comprimendam cupiditate eſſe. ne quid temere faciant. Si modo uirtutis. ſed uereor hoc faciant potius quam uirtute. Nam quod tyro negligat hoſtẽ tribuendũ eſt duci. ſed cupere pugnã temeritati tribuendũ eſt. Multos in ſumma pericula miſit. ſi quod malũ inſtaret. quod cogeret nos ſuſcipeṙ pugnã tunc omnibus periculi pugnandum eſſet. quia neceſſitas cogeret. In ſumma pericula. quando malum immine quod uitari non poteſt. tunc ſatius eſt mutare fortunam imminenti periculo quam opprimi. Fortiſſimus ille eſt: qui poteſt differre pericula. quæ etiã ſi inſtent pati nõ dubitat. Cominus. mala eſſe dicunṫ cum ui

¶OMNIBO. Multo:ideſt multorum ſanguine:nam ſicut mos eſt pars maior cum aduerſa fortuna in ſe ſæuierit:uellet eandem fortunam omnibus eſſe:quam ipſe ſentit:ſed non ita pompeius. Nam ſalute potius ciuium Romanorum conſtituit diſcedere:ut iam ſe a pugnando Cæſar abſtineret & ſuperſtitibus parceret:immo ſuppliciter deos rogauit ut ſuperſtites reliquias exercitus ſeruarent incolumes:& ſi Diis placeret:ut ipſe cum omni ſua ſtirpe potius periret. Miſcere:ideſt confundere ut omnia una ſecum inde uoluant ruina. Vt latiæ poſt ſe:nam pompeius q̄uis tantam cladem accepiſſet a diis:tamen nō deſtitit quin oraret illos ut ſeruarēt eos ſuperſtites qui ſuperant. Poſt ſe:ſcilicet uictum. Dignos uotis:tunc enim dii uotis digni ſunt cū exaudiunt: Etiam nūc:ſcilicet accepta tanta clade. Solatia ſui caſus.i.reliquiæ ut exercitus ſupereſſent ne ad internetionē uſq; occiderentur. Parcite ait ſuperi:ſcilicet gētibus & nationibus orbis terraꝝ & ſi me mori uultis nolite omnia proſternere:nā mori poſſum Roma īcolumi Stāte:ideſt durante. Si plura iuuant:ideſt ſi nō eſtis contenti morte mea:paratus ſum & cōiugē:& liberos meos & ſtirpē omnē in exitiū ducere:dūmodo cæteris pcatis. Tot pignora.i.ſigna dedimus. Fatis ideſt fortunæ. Meoſq;.uxorem & liberos. Orbe remoto.i.liberato a clade. Exiguæ clades:quaſi dicat ſumus ingēs clades:quod ſi plus etiam haberemus illud pro ſalute omnium exponeremus. Arma:ideſt armatos. Signa:uexilla ex manipulos. Et reuocat:& cum uideret omnes paratos in tantā mortem rue-

Ac ſe tā multo peuntem ſanguine uidit
Nec ſicut mos ē miſeris trahere oīa ſecū
Merſa iuuat:gēteſq; ſuæ miſcere ruinæ,
Vt latiæ poſt ſe uiuat ps maxima turbæ
Suſtinuit dignos etiā nūc credere uotis
Cælicolas uouitq; ſui ſolatia caſus.
Parcite ait ſupi cūctas pſternere gentes
Stāte pōt mūdo:romaq; ſupſtite magnus
Eſſe miſer ſi plura iuuāt mea uulnera cōiūx
Eſt mihi ſunt nati dedimus tot pignora fatis
Ciuili ne parū ē bello ſi meq; meoſq;
Obruis exigue clades ſumus orbe remoto:
Oia qd laceras qd pdere cūcta laboras:
Iā nihil eſt fortuna meū:ſic fatus & arma
Signaq; & afflictas omni iā pte cateruas
Circuit:& reuocat matura i fata ruētes
Seq; negat tāti:nec deerat robur in enſes
Ire duci:iuguloq; pati uel pectore læthū
Sed timuit ſtrato miles ne corpore magni
Nō fugeret ſupraq; ducē pcūbere orbis,
Cæſaris aut oculis uoluit ſubducere mortē
Ne q̄cq̄ infœlix:ſocero ſpectare uolēti
Præſtādū ē ubicūq; caput:ſeu tu quoq; cōiux
Cā fugæ uultuſq; tui fatiſq; pbatū eſt
Te præſente mori:tūc magnū cōcit⁹ auſert
A bello ſonipes:nō tergo tela pauentē
Ingēteſq; aīos extrema in fata ferentē:
Nō gemit⁹:nō fletus erat ſaluaq; uerēdus
Maieſtate dolor:qualē te magne decebat
Romāis præſtare malis nō impare uultu
Aſpicis æmathiā nec te uidere ſupbum



re potius quam cedere hoſtibus rogauit:ut uiuere uallent:neq; ſe tanti eſſe:ut morerentur omnes. Nec deerat in enſes:quia occurrebat illud:cur non ſe occidebat pompeius. potius quam in diſcrimen ſeruitutis uenire non defuit.inquit magnanimitas pompeio.ut ſibi ipſi mortem inferret.ſed metuebat ne ſi id ageret.nemo deinde uiuere uellet.non igitur cauſa ſui:ſed ſuorum ſe interimere noluit: Robur:magnanimitas. Ire in enſes:ideſt moriturum ruere in hoſtes. Iuguloq; pati uel pectore. ut ſe iugularet:uel pectus tranſfigeret. Sed timuit ne cauſa ſua deniq; milites omnes in mortem ruerent. Supraq; ducem:ideſt ſupra iacentis ducis:aut uultu alia cauſa fuit.uidelicet ne hac læticia cæſarem afficeret ut corpus ſuum occiſum oculis cæſaris obiiceretur: Subducere:ideſt remouere corpus ſuum occiſum ab oculis cæſaris. Nequicquam infelix:quia ubicunq; occubuerit pompeius:cæſar ipſum occiſum uidebit.dummodo uidere uoluerit ſicut caput eius obtruncatum a rege ptolemæo uidit. Sed tu quoq; coniunx:alia cauſa acceſſit cur fugeret. uidelicet. ut uideret corneliam uxorem. Vultus tui:quos tantū amabat.ſ.fuerūt cauſa fugæ Fatiſq; ne.ideſt a fatis fata noluerunt.ut abſente cornelia pompeius moreretur. Tum:poſtquam inde conſtituit diſcedere. Concitus.calcaribus ſtimulatus.ut in aliquas regiones ſe reciperet. non:ergo tela pauentem magnanimitatem pompei oſtendit poeta. Ingenteſq; animos.quod ſicut in rebus ſecundis. ita etiam in aduerſis conſtanti animo ſemper fuerat. Extrema in fata contra ultima pericula.& euentum fortunæ. Non gemitus:dolorem præſe non ferebat pompeius.ſed ita ut nihil a maieſtate ſua indignum faceret. Qualem:ideſt talis uultus illi erat.qualis conueniebat in pernicie reipu. Non impare diſſimili: Emathiam.ideſt cladem æmathiæ. Nec te uidere ſuperbum.quotienſcunq; rem bello proſpere geſſiſti non elatus es:nec in aduerſis oſtendis animi tui imbecillitatem.

Proſpera belloꝝ nec fractū aduerſa uidebūt
Quāq; fuit læto per tres infida triumphos
Tam miſero fortuna minor iam pondere fati
Depoſito ſecurus abis nūc tempore læta
Reſpexiſſe uacat.ſpeſ nunq̄ implēda receſſit
Quid fueris nūc ſcire licet fuge prælia dira:
Ac teſtare deos nullum qui perſtat in armis
Iā tibi magne mori ceu flebilis aphrica dānis
Et ceu mūda nocēs pharioq; a gurgite clades
Sic & theſſalicæ poſt te pars maxima turbæ.
Nō iam pompeii nomen populare per orbē.
Nec ſtudiū belli:ſed par quod ſēp habemus
Libertas & cæſar erunt.teq; inde fugato
Oſtendit moriens ſibi ſe pugnaſſe ſenatus.

¶SVLPI. Fractum. inconſtantem & uacillanti animo. Quanq; fuit. ſicut fortuna inquit fuit infida tibi proſperis rebus.ſic fuit te inferior in aduerſis. quia te de ſtatu mentis non deiecit. Tres triumphos. libycum hiſpanicum & mythrydaticum. Pondere fati. ſpe imperii & uictoriæ: Securus.quia nil plus poſſis amittere. Vacat:uacuum eſt tibi. Reſpexiſſe tempora læta:conſiderare præteritam fælicitatem quæ quidem ex aduerſitatibus cognoſcitur. Spes nunquam implenda. ſitis cupiditatis quæ nunquam expletur nec ſatiatur: Quid fueris nunc ſcire licet:quia ex aduerſorum comparatione proſpera diſcernuntur. Teſtare.iura in teſtes cita & romanos qui poſt hac pugnant non propter te ſed pro libertate pugnare. Perſtat. perſeuerat. Tibi.propter te. Ceu flebilis:ut reliquiæ pugnæ pharſalicæ quæ catone ſcipioneq; ducibus una cum iuba ſunt uictæ. Munda. opp. in hiſpania ubi pompeii filii ſunt ſuperati. Gurgite phario.ideſt in alexandria a cæſarianis illata. pharus inſula in nilo ad alexandriam eſt. Poſt te:poſt diſceſſum & mortem tuam ſignificatq; & hos qui nunc periere.& qui bruti bello. Populare.gratum populis Nec ſtudiū belli:non uoluntas pugnandi ſed cauſa libertatis redimendæ:& cæſaris opprimendi. Erunt par:erunt concertatores. tractum a gladiatoribus quorum quidem ſi duos committimus unum par committere dicimus ſi quattuor duo paria. Quod ſemper habemus:quod ſemper inter ſe pugnat & querit opprimere mutuo. Inde:e theſſalia. Sibi.pro recuperanda libertate.

¶OMNIBO. Infida fortuna:quia nunquam fidem ſeruat. ſed quos antea placido uultu fouerit:eos deinde deſerit: Per tres triumphos:quia triumphauit de mithridate. de ſicilia:de hiſpania. Iam pondere fati.nunc conſolat pompeium ipſum cladem ſane ingentem accepiſſe. ſed tamen hac clade magno rerum pondere.ac ſolicitudine liberatum eſſe. Securus.ſine cura. Pondere fati. ideſt depoſito pondere imperii. quod in fortuna conſiſtit. Nunc tempora læta. ideſt nunc tibi licet reminiſci lætorum temporum. Spes nunquam.iam enim ſperare deſinis. Quis fueris. nam ex aduerſis læta melius cognoſcuntur. Teſtare.ideſt fac deos teſtes. Nullum qui perſtet in armis:nam ſi quis in bello perſeuerare uoluerit.illum crede non tua cauſa mori.ſed ſponte ſua: Perſtet.perſeueret: Ceu flebilis africa. quemadmodum munda fuit ubi: Gn. pompeius magni pompeii filius bellum geſſit in hiſpania contra cæſarem ſicut & alexandria ubi cæſarem bellum geſſit contra ptolemæum: ſicut africa ubi bellum geſſit cato regi iubæ coniunctus aduerſus cæſarem hæc bella non fuerunt cauſa ut tuum nomen defenderetur. Ordo eſt ſic:pars maxima theſſalicæ turbæ. Poſt te. ideſt fortunam tuam. Ceu:quemadmodum pugnatum eſt in africa ad mundam: alexandria: in aegypto non pugnarunt te iubente: ita etiam nunc poſt hanc cladem in theſſalia. non tibi. ſed ſibi ipſis dimicauerunt: non enim auctor fuiſti harum cædium: quod tibi magnam conſulationem afferre poteſt. Ceu munda. Apud quam uictus fuit. Cn. pompeius quamquam magno diſcrimine Cæſar fuerit. Pharioq;: ideſt in

ægypto ubi etiam bellum geſſit contra ptolemæum. Ibi enim aliquot ciues ro. periere & parum abfuit: quin etiam Cæ. uinceretur. & a rege ptolemæo occideretur. Nomen populare: ideſt non erat cauſa nomen tuum o pō. cui fauebant ciues ut bellum amplius gereretur. Studium belli. ſcilicet ut cauſa tua ſtudeant pugnare. Sed par. ſed duo erunt ſemper qui ro. imperent: uidelicet libertas: & Cæ. reſpicit ad illud q̄ poſtquā Cæ. rempu. occupauit: ſemper deinde libertas oppreſſa fuit: & Cæ. omnia tenuit. duo igitur habebimus. ſ. libertatem: ut ſe in priſtinam formam reſtituat Cæ. ut imperium obtineat. Sibi ad utilitatē ſuā.

Nōne iuuat pulſū bellis ceſſiſſe nec iſtud
Perſpectaſſe nefas ſpumātes cede cateruas
Reſpice turbatos icurſu ſanguinis amnes
Et ſoceri miſerere tui quo pectore romā
Intrabit factus cāpis fœliciter iſtis.
Quicqd ī ignotis ſolus regiōibus exul
Quicqd ſub phario poſitus patiere tyrāno
Crede deis lōgo fatoꝝ crede fauori.
Vincere peiꝰ erat ꝓhibe lamēta ſonare
Flere ueta populos lachrias luctuſq; remitte
Tā mala pōpeii q̄ ꝓſpera mūdus adoret.
Aſpice ſecurus uultu nō ſupplice reges
Aſpice poſſeſſas urbes donataq; regna
Aegyptū libyāq; & terras elige morti.
Vidit prima tuæ teſtis lariſſa ruinæ
Nobile nec uictū fatis caput oībus illa
Ciuibus effudit totas p mœnia uires
Obuia ceu læto ꝓmittūt munera flentes
Pādūt tēpla domos ſocios ſe cladibꝰ optāt
Scilicet imēſo ſupeſt ex noīe multū:
Teq; minor ſolo: cūctas iuellere gentes
Rurſus ī arma potes rurſuſq; ī fata redire:
Sed qd opus uicto populis aut urbibꝰ inqt
Victori præſtate fidē: tu cæſar in alto
Cedis adhuc cumulo patriæ p uiſcera uadis
At tibi iā populos donat generi auehit inde
Pōpeiū ſonipes gēitꝰ lachrymæq; ſequūtur:

SVLPI. Nō ne iuuat: conſolat̃ fugientē poeta aſſerens melius fuiſſe uinci quā uincere. Perſpectaſſe: ad finē uidiſſe cladē. Cateruas: ſtrages hominū. Spumantes cede: cruore plenas. Et ſoceri miſerere tui: & nō iraſcere ſed potius miſerei Cæ. qui fuit tanti mali cauſa. Nā ut ait boetius ſicut corporū langor ita uitioſitas quædā eſt quaſi morbus animorū. cū egros corpore minime dignos odio ſed potius miſeratione iudicemus: multo magis non inſequendi ſed miſerandi ſunt quorū mentes omni langore attrocior urget improbitas. Pectore: conſcientia. Iſtis campis: hoc eſt tanta cede.
Quicquid: omnē calamitatē & mortē quā paſſurus es: æquo animo feras inquit & te permitte diis: qui te diu in fœlicitate conſeruare: es quippe minus infelix uictus quā ſi uiciſſes: Solus: nō a multis comittatus. Crede: da in manus deorū. Tyranno phario: ptolemæo cuius iuſſu obtruncabere. Longo: quo diu uſus fuiſti. Vincere prius erat: quia infeciliores ſunt qui faciunt quā qui patiunt̃ iniuriā & odioſū eſt & immaniſſimū tanta ciuiū clade uiciſſe. Lamenta: lamentationes fieri.
Remitte: reprime prohibe. Mala: aduerſitatē quā dii pro meliori euentu tibi dederunt. Reges ut ptolemæū. Regna donata. ut ptolomæo Tygranni Pharnaci Ariobarzani & iubæ cui libyā dedit. Elige terras: nā quocūq; iuris omnino es periturus. Vidit prima pō. primū Lariſſæ appulit nec ibi conſtitit: Sed eadē celeritate ex fuga paucos nactus nocturno itinere nō intermiſſo comitatu equitū triginta ad mare peruenit. Lariſſa theſſaliæ oppidū eſt: Nec uictū fatis: conſtantiā ſeruans. Ceu læto: tanquā uictori. Vires: potentiā in armis. Munera: officia auxilia donaq; offerunt.
Templa domos: aſynthethon eſt. Multū ſupereſt magna pars gloriæ tuæ adhuc ſtat & ideo hi te uenerant̃. Te ſolo minor: erat etiā nunc pō. omniū maximus. ſed ſe ipſo minor: ideſt inferior animo quam eſſet gloria & potentia ſua in fata: in bella & in mortem: Victo: me ipſo. Victori præſtate fidem. ſitis fidi Cæ. cumulo cædis: congerie cadauerum. Vadis per uiſcera: calcas cadauera & adhuc plures interficis. Donat tibi populos: quantum perſuaſit ut Cæ. obedirent. Auehit inde pō. ſonipes: ideſt uectus equo lariſſa diſceſſit.

OMNIBO. Non ne iuuat: pō. ſi conſideras quantum ſceleris & impietatis in campis philippicis perpetratum eſt nonne maximam ex eo uoluptatem capis q̄ inde te ſubtraxeris. q.d. capere debes. Cateruas. ſ. Cæ. & ſtragem militum. Et ſoceri mi. tui. & cum uideas tot uulnera tot monſtra ſcelerum quæ geſta ſunt in ea pugna theſſaliæ: ubi filii cum parētibus parentes cum filiis. fratres cum fratribus occiſi ſunt miſere Cæ. qui harum rerum cauſa & auctor ſteterit: ac ſi. d. tu felicior es Cæ. Quo pectore. i. animo ro. ingredietur. Factus campis felicior iſtis. i. cuius cauſa tot cædes ciuium ro. perpetratæ ſunt. Quicquid in ignotis ſolus: nunc alias quoq; rationes ſubiungit cur melior ſit pō. conditio. Quicquid in ignotis. i. cætera omnia quæ perpeſſus fuiſti poſt quam a pugna pharſalica diſceſſiſti attribuenda ſunt furori deorum. nam etiam ſi exulaueris: & ſi etiam a rege plolemæo obtruncatus fueris: hæc omnia ſigna fuerunt fauoris deorum nam te potius mori uoluerunt quam tyrannidem exercere. in qua poſtea Cæ. conſtitutus fuit nec diu permanſit & bonis omnibus odio fuit. Crede deis. i. attribue fauori deorum quicquid patiere exul. quia pene deſtitutꝰ fuit ab omnibꝰ. Regionibꝰ ignotis ſolus: ut cū uenit Mytilenē priꝰ deinde ſuper ignota maria nō ſecundū imperatoriā dignitatē nauigans: ſed paucis comitibꝰ atq; miniſtris. Quicquid phario ty. i. ſub ptolemæo rege ægypti, cuius iuſſu poſtea obtruncatus eſt. Longo crede. i. comitte



diis q tibi ꝑpetuo affuerūt. Peius erat: ſcilicet q̄ mori. Lamēta ſonare: noli ꝑmittere inqt: ut triſtes mœſtiq; ſint oēs & clamorē emittāt: quaſi te miſeꝝ eē oſtēdant. Tā mala. Nā hæ res aduerſæ ſunt: Sed inſtar felicitatis ſi cōſideres q̄ deterior fuerit uictoris cōditio. Securus: ſine cura: nihil enim eſt quod amittere poſſis. Vrbes: quæ ſub tua ditione fuerūt. Donataq; regna: ideſt quæ donaſti Ariobarzani: Tigrani: Pharnaci: & cæteris regibus. Terras: elige regionem ubi uitam tuam finias: nam in poteſtate tua eſt ubi mori uelis. Vidit prima tuæ: poſt cōſolationem redit ad iter pom. deſcribēs qua uectus eſt equo. Lariſſa ciuitas eſt theſſaliæ. uiderunt inquit te lariſſæi ingredientē mœnia tua dignitate ſeruata. Ciuibus: oēs ciues obuiam tibi e lariſſa ꝓdierūt: nam ſupatus Pom. mutata ueſte (ut oſtēdit Appianus) cōſcēdit equū quattuorq; ex amicis eū cominātibus: nullo in loco curſum ītermiſit: qd exorta luce lariſſam tādem uēit. Ceu læt: & ita tibi occurrerūt: ac ſi uictor fuiſſes: & flētes oia ſua tibi ꝓmittebāt qcqd ſub ſua ptāte eſſet: id tuū eſſe affirmātes. Læto. i. tanq̄ uictori. Munera: quecūq; uelis officia. In fata redire: ideſt rurſus experiri fortunā potes. Sed qd opus uicto: nūc dicit qd reſpōderit Pom. ut audiuit oēs paratos facere qcqd uoluerit: dicit enim ipſos laudauiſſe & cōmendaſſe uolūtatem eoꝝ ſed tamen nil his pollicitationibus motꝰ eſt: & ea potius uictor ſuaſit ut facerent. Inquit. ſ. pompeius. Tu Cæſar: adhuc es inter ſtragem cæſoꝝ: & reliquias pugnæ ꝑficis: cum pomp. in poteſtate tibi regna dimittat: & eos qui parati erāt ipſi obedire: iubeat tibi officium ꝑſtare: nō ſibi. In alto cumulo: in alta ſtrage. Per uiſcera patriæ: ideſt ciuiū tuoꝝ. Populos donat: ideſt ſponte terrarum omnium dominū facit. Inde a lariſſa.

SVLPI. Conuitia populi: maledicta hominū incuſantiū deos. Nūc tibi: Profecto inquit nūc tui

Plurimaq; in ſæuos populi cōuitia diuos.
Nūc tibi magne fides quæſiti uera fauoris
Cōtigit: ac fructus: fœlix ſe neſcit amari.
Cæſar ut heſperio uidit ſatis arua natare
Sāguine: parcēdū ferro manibuſq; ſuorum
Ii ratus: ut uiles animas pituraq; fruſtra
Agmina ꝑmiſit uitæ: ſed caſtra fugatos.
Ne reuocēt: pellatq; qes nocturna pauorē
Protinus hoſtili ſtatuit ſuccedere uallo.
Dū fortuna calet: dū cōficit oia terror
Nō ueritꝰ graue ne feſſis haud marte ſbactis
Hoc foret iperiū: nō magno hortaie miles
In prædam ducēdus erat: uictoria nobis
Plena uiri dixit: ſupeſt pro ſanguie merces
Quā mōſtrar̃ meū ē: neq;. n. dōare uocabo
Qd ſibi qſq; dabit: cūctis en plēa metallis
Caſtra patēt: raptū heſperiis e gētibꝰ aurū
Hic iacet: eoaſq; premūt tentoria gazas.
Tot regū fortuna ſimul magniq; coacta
Expectat dominos: ꝑpera præcedere miles
Quos ſeq̄ris quaſcūq; tuas pharſalia fecit

fructum fauoris & fidei percepiſti quia ex populoꝝ lachrymis quantū amareris intellexiſti. Felix neſcit amari: parœmia eſt. Felices: quia fidē amicorū nō experiuntur quātum & a quibus amentur nō intelligūt. Nam ut ille inquit Amicus certus in incerta re cernitur. Cæſar ut heſperio: Parta iam uictoria Cæſar miſſo præconio ut ciuibus parceret̃: neglectiſq; barbaris qui ſupererant milites ad caſtra diripienda hortatus eſt q̄q̄ ut eſt in Cæſaris cōmētariis a militibus cōtendit ne ī præda occupati reliqui negocii gerendi facultatem dimiterēt. Heſperio: italorum. Parcendum: abſtinēdum. Manibus: quæ cedendo defeſſe erant. Viles: ignobiles & quæ nocere non poſſent. Permiſit: uitæ ſeruauit. Caſtra Pompeii. Pauorem: pompeianoꝝ.
Protinus ſuccedere: ſtatim ingredi pōpeii caſtra.
Conficit omnia: ſola enim trepidatione hoſtium reliquam uictoriam conſequebatur. Hoc imperium: hic iuſſus ut caſtra diriperent. Feſſis militibus ſuis. Haud ſubactis: non uictis. Merces: præda præmium. Pro ſanguine: pro cedibus factis. Meum eſt: mei offici: Dabit ſibi: aſſumet acquiret. Metallis: auro argento electro. Heſperiis: hiſpanis quibus præfuit & quos uicit pompeius. Gazas: diuitias. Fortuna ſimul coacta: diuitiæ ſimul congeſtæ. Dominos: uos ipſos. Propera præcedere: feſtina præoccupare caſtra. Fecit tuas: fecit tui iuris.

OMNIBO. Plurimaq; in ſæuos: Quia populi deos tanquam crudeles uocabant: q̄ uictoriam Cæ. dediſſent. Nunc tibi magne uides: ideſt cognoſcis qui nam ſint ueri amici nam in fœlicitate uera amicitia non dignoſcitur. Fœlix ſe neſcit amari: ideſt nemo ueram amicitiam in fœlicitate cognoſcere poteſt: Syncere enim fidei amici in aduerſis cognoſcuntur. Quæſiti: pro acquiſiti. Cæſar ut heſperio: nunc redit ad Cæſarem qui poſtquam uidit iā eos cæſos eſſe qui uictoriam impedire poterant: uidelicet ſenatores & principes: iuſſit militibus ſuis: ut multitudini parcerent. Agmina: ideſt exercitus reliquias. Parcendum ferro: iam abſtinendum eſſe a pugna: & eſſe parcendum manibus ſuorum qui fatigati erant diuturna pugna. Viles animas: in quibus nullum momentum uictoriæ conſiſteret. Sed caſtra fugatos ne reuo. Sed metuentes Cæſar ne ſe in caſtra fugati reciperent nocte: iuſſit equitibus: ut ſine mora caſtra Pom. irrumperent. Pellatq; quies nocturna pauorem: ne interpoſita nocte uicti ſperare incipiant. Fortuna: ſcilicet ſecunda. Calet: feruet. Dum conficit omnia terror: Quia terrore ipſo perculſi hoſtes fugiebant. Ne feſſis: Reddit rationem quare non timuit: ne fatigati milites hoc imperium grauiter ſubirent quia ſciebat hoc libenter eſſe facturos: quia ipſis caſtra hoſtiū diripiēda ꝑmiſit: nō opus igitur erat hortamine. Victoria nobis. i. iā ſumus uictores: ſed reliquū eſt: ut ꝑmia uictoriæ capiatis: & caſtra hoſtium irrūpatis. Plena: itegra: Supeſt pro ſanguine merces. Nunc nihil reſtat uobis: niſi ut ꝑmium uictoriæ capiatis. Meum eſt: ideſt ad me

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pertinet mõſtrare mercedem:ueſtrũ autem eſt accipere. Neq; enim:nolo hoc in muneris loco ponere: ſed ſibi quiſq; diripiat quæcunq; placuerint. Donare:ideſt hoc donũ eſſe cunctis metallis: ideſt omni ære auro & argento. Raptũq; heſperiis:ideſt omne aurũ quod deuictis gentibus in heſperia tulerat Põpeius hoc eſt aurũ hiſpanaꝶ gentium. Præmunt:ideſt claudum:nam in tentoriis Pompeii orientales diuitiæ poſitæ ſunt & occidentales:nam in hiſpania Sertorium debellauit:& inde magnas diuitias adduxit. Eoas gazas:nã populos orientales deuicit:qui ſub imperio Tigranis:& Mithridatis fuerãt. Tot regũ fortuna:currite inqt in hoſtes quos fudiſtis:aut anteueniatis eos:& in ptãte ueſtra raptũ auꝶ atq; argẽtũ iure belli omne diripiatis. Fortuna:diuitiæ. Tot regũ.ſ.quos Põpeius deuicit. Expectat dominos.ſ.uos cõmilitones. Pharſaliæ.i.uictoria pharſalica.

A uictis rapiantur opes. nec plura locutus
Impulit amentes auriq; cupidine cæcos
Ire ſuper gladios ſupraq; cadauera patrum,
Et cæſos calcare duces: q̃ foſſa quis agger
Suſtineat: precium belli ſcelerũq; petentes
Scire uolũt quãta fuerint mercede nocẽtes,
Inuenere quidem ſpoliato plurima mundo
Bellorũ in ſumptus congeſtæ põdera maſſæ
Sed nõ implerũt cupientes omnia mentes.
Quicqd fodit iber. qcquid tagꝰ expulit auri
Quodq; legit diues ſũmis arimaſpus arenis
Vt rapiant. paruo ſcelus hoc ueniſſe putabit
Cum ſibi tarpeias uictor deſponderit arces
Cum ſpe romanæ promiſerit omnia prædæ
Decipit̃ quod caſtra rapit. capit ipia plæbes
Ceſpite patricio ſomnos. uacuumq; cubile
Regibus. infandus miles p̃mit. inq; parentũ
Inq; toris fratrũ poſuerunt mẽbra nocentes:
Quos agitat ueſana quies ſummiq; furenes
Theſſalicã miſeri uerſant in pectore pugnã:
Inuigilat cunctis ſæuum ſcelus. armaq; toto
Mẽte agitãt. capuloq; manꝰ abſẽte mouent,
Ingemuiſſe putẽ campos terramq; nocente
Inſpiraſſe animas. infectumq; aera totum
Manibus & ſuperã ſtygia formidine noctẽ,
Exigit a meritis triſtes uictoria pœnas

¶SVLPI. Amẽtes:furẽtes. Auriq; cupidine:auaritia quæ eſt habẽdi cupido.ſiue iniurioſa appetitio alieni ut ait ad herẽnium Cicero. Suſtineat.retinere poſſit. Petẽtes:cæſarianos. Pretiũ belli:prædam. Scire uolũt quãta fuerint mercede nocẽtes: feſtinãt pſpicere quid ex ſuis ſceleribus cõſequãt̃. Maſſæ cõgeſtæ in ſumptus belloꝶ:argẽti & auri cõgeſti cõflatiq; in militũ ornamẽta. Spoliato mundo:nam ex oĩbus ciuitatibus fuerat illuc aduectũ. Nõ implerũt mentes:nõ ſatiſfuerũt auaritiam cæſarianoꝶ. Iber:in hiſpania & in ſcythia etiam populus. Tagus:hiſpaniæ fluuius trahẽs arenas aureas. Arimaſpus:Scythiæ populus qui certat cũ grypibus gemmas & aurum cuſtodiẽtibus de qua re diximus libro tectio. Vt quamuis. Scelus hoc: tantã cedem & imanitatem. Veniſſe paruo:uenditum fuiſſe minimo pretio cũ ſperaret pro præmio romam dirripe. Victor:miles. Deſpõderit:promiſerit. Spe:propter ſpem. Promiſerit omnia dixerit ſe facturũ omnia ſcelera. Decipitur:quia maiora ſperabat q̃q̃ maxima ſit conſecutus. Plæbes impia:cæſariani. Ceſpite patritio in tentoriis & terra in qua nobiles romani dormiuere. Infandus:nõ nominandus. Vacuum regibus:in quo reges iacuerũt. Totis parentum:lectulis patrum quos filii patricide peremerũt. Veſana quies:inquies ſomnus. Somniq; furentes:ſomnia furioſa. Verſant in pectore:ſomniãt. Inuigilat cũctis ſæuum ſcelus:Sceleꝶ cõſcientia uexantur: etiam dũ dormiunt. Abſente capulo:cũ non habeãt enſem & ſint inermes. Inſpiraſſe:inſpirando emiſiſſe. Infectum manibus: maculatum umbris. Noctem ſuperam: tenebras nocturnas noſtri cœli plenas fuiſſe territamentis:& malorum dæmonum & furiarum occurſibus. Exigit meritis: merito dant de crudeli uictoria pœnas.

¶OMNIBO. Sic milite iuſſo:oſtendit nullam maiorem militibus adhortationem fieri poſſe:q̃ ut caſtra ipſis diripiẽda pmitteret:ergo nullo metu nullo piculo retineri potuerũt qn amẽtes auriq; cupidine cæci ferrerentur per ſtrata cæſorum corpora. Sic:uidelicet permittendo caſtra diripi. Cæcos:inconſideratos. Quæ foſſa quis agger:quaſi dicat nulla minutio tam uallata eſſe poteſt:quæ arcere poſſit præmia uictoriæ petentes. Quanta fuerint mercede nocentes ideſt quanta mercede cõmiſerint parricidia. Maſſa:Auri & argenti:maſſa dicitur moles quædam rudis. Congeſtæ:non cõflatæ: ſed ſolidum aurum & argentum inuenere. Spoliato mundo: ideſt ex omni parte orbis debellati. In ſumptus bellorum:quod aurum ſecum attulerant:ut poſſent ſtipendia militibus ſoluere. Non impleuit:non ſatiauit. Quicquid fodit iber. Ordo eſt:tamen putabunt milites Cæ.hoc ſcelus ueniſſe paruo. Vt pro quãuis rapiant quicquid. Iber:populus hiſpaniæ:quæ tota abundat metallis:plumbi:ferri:æris:argenti:auri: Auctore pli. Tagus.fluuius:hiſpaniæ aureas trahens arenas. Extulit:ſcilicet euomendo aureas arenas. Arimaſpus:eſt populus ſcythiæ unoculus:apud quem gryphes aurum & ſmaragdos effodiunt & arimaſpi continue dimicant aduerſus eos ut aurum rapiant:ſupra. Auroq; ligatas ſubſtringens arimaſpe comas. Veniſſe:uenditum eſſe. Cum ſpe Romanæ prædæ:quia ita eos ſperare iuſſerat:ſi Põpe.uiciſſent ut urbem Romam diripiendam permitteret. Decipitur:ideo miles uidetur decipi cũ Romam promiſerit:nunc caſtroꝶ tãtummodo diuitias diripiẽdas obiecerit. Capit impia plæbes:cũ indignatiõe dicit: gregarios milites occupaſſe cubilia ſenatoꝶ. Ceſpite patricio:Vbi antea patricii uiri requieuerãt. Præ:



mit.ſ.corpore ſuo. Vacuum:regibus occiſis. Inq; parentũ:filii etiam in cupilibus parentũ:parẽtes filioꝶ & fratres fratrũ iacuerũt:quos antea in pugna occiderãt. Quos agitat:Hi ſoli inqt uidebant ſcelera quæ pꝑetrauerãt. Sõniq; furẽtes:Eumenides etiã dormiẽtibus obuerſabũt̃:ut qetem illã plenã tubationis agitarẽt. Veſana:plena iſaniæ. Agitat:turbat. Innuigilat ſæuũ ſcelus.Obuerſat̃ ante oculos eoꝶ. Agitãt: ideſt cogitãt arma.Capuloq; manus:& dormiẽtium manus mouebãtur:tanquam pugnãtium. Capulo: enſe pars pro toto.Putas:ideſt putare quiſq; poſſet. Inſpiraſſe:emiſiſſe.Superam:ideſt noctem quæ in hemiſperio noſtro eſt. Stygia formidine:ideſt ſtygiis umbris. Exigit a meritis:hæc eam erat ꝙ uictoria ipſa pœnas ſumebat a uictoribus:nam quia impia fuerat:ideo agitabatur furiis. A meritis.i.qui pœnas meruerant occidendo:alii patres:alii fratres.

Sibilaq; & flãmas iſert ſopor umbra perẽpti
Ciuis adeſt. ſua quẽq; p̃mit terroris imago.
Ille ſenum multis iuuenũ uidet ille figuras.
Hũc agitant totis fraterna cadauera ſomnis
Pectore in hoc pater eſt oẽs in cæſar̃ manes
Haud alios nondũ ſcythica purgatus in ara
Eumenidũ uidit uultus pelopeius horeſtes
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultꝰ
Quũ fureſt pẽtheꝰ aut quũ deſciſſet agaue
Hunc omnes gladii quos aut pharſalia uidit
Aut ultrix uiſura dies ſtringente ſenatu
Illa nocte premũt hũc infera mõſtra flagellãt
Quod ſtyga qd̃ maneſ iſeſtaq; tartara ſõnis
Pompeio uiuente uidet tamen omnia paſſo
Poſtquã clara dies pharſalica damna retexit
Nulla loci facieſ reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos cernit propulſa cruore
Flumina & excelſos cumulis æquantia colles
Corpora depreſſos i tabem ſpectat aceruos
Et magni numerat populos epuliſq; paratur
Ille locus uultus ex quo facieſq; iacentum
Agnoſcat iuuat æmathiã nõ cernere terrã;

¶SVLPI. Sibilaq; & flammas infert ſopor: offerunt̃ eis furiæ cum facibus & ſibilãtibus comis uipereis q̃les patricidis occurunt. Adeſt: occurrit mẽtibus. Sua imago:ſcelus qd̃ fecerat. Ille:aliquis diſtributio ẽ. Totis ſomnis:quoad dormit. Oẽs in cæſare manes:Cæſari uero oium imagies ſcelerũ occurſabãt. Horeſtes: Agamẽnonis filius & pelopis ꝓnepos matre occiſa a furiis agitabatur. Sed quũ apud Taurica regionẽ ueniſſet: ibi quibuſdã ſacris ab Iphygenia ſorore purificatus in bonã rediit mentẽ. Tumultus attõitos:perturbationes inſanas. Pentheus:bacchi cõtemptor ita numinis in furorem uerſus eſt ut diximus ſupra. Agauen: pẽthei metrem quæ furore cõcita filium aprum eſſe exiſtimãs ipſum dilacerauit. Deſciſſe:a recta mẽte diſceſſiſſet hoc eſt inſaniſſet. Hunc:cæſarẽ. Dies ultrix:quum ipſe occidetur in ſenatu. Senatu ſtrĩgente:immittentibus ſenatoribus coniuratis qui eum ſunt occiſuri. Monſtra flagellant:furiæ uerberant. Mens cõſcia:dira cõſcientia. Quantũ pœna:profecto multum. Stygia:infernum. Viuente Pompeio:nam eo mortuo maioribus terricula mentis uexabitur. Tamen omnia paſſo:ſed eum fuerit ita nocte uexatus mane occiſorum eſt ſpectaculo delectatus. crudelitatis igitur accuſatur. Retexit:maniſeſtauit & aperuit eedem: Nulla facies:nullus deformis aſpectus. Oculos: cæſaris. Hærentes: affixos. Propulſa:impulſa & aucta. Cumulis:congerie ſua. Depreſſos in tabem:merſos inſaniem. Numerat:tanq̃ numerando proſpicit. Epuliſq; paratur: Illic inquit diſcubuit unde poſſet peremptos proſpectare & agnoſcere. Terram:quæ erat cadaueribus tecta.

¶OMNIBO. Sibila:eumenidum murmura. Flammas:ſcilicet ipſarum eumenidum:quæ inferre uidebãtur faces cum ſibilis. Vmbra:ideſt anima ciuis quem occiderat ante oculos errabat eoꝶ. Sua quẽq; premit:unicuiq; imago terroris ante oculos uagabatur. Ille ſenum:ſicut occiderat:alii ſenes:alii iuuenes ita in oculis erant dormientiũ. Totis ſomnis: Tota nocte. Omnes in Cæſare manes: Vtpote auctore malorum omniũ. Haud alios:per ſimilitudinẽ oſtendit quomodo tota nocte agitati ſint dormientes milites:nõ aliter inquit:q̃ cum furorem bacchus in aliquem imittit:aut Horeſtes cũ occiſa matre in inſaniã uerſus eſt. Nam pẽtheus poſtquam a ſuis mœnibus Bacchi ſacrificia relegauit:miſit ſatellites ſuos: ut illũ abigerent:qui cum nõ redirent:ipſe ꝓfectus eſt. Tunc furorem Agaue matri:& Authonoæ matertere immiſit Bacchus:ut crederent:ipſum pentheũ eſſe aptum:aut uitulum:& inſecutæ thyrſis tandẽ eũ occiderũt. Mater uero eius Agaue per mediam turbã ouans filii caput geſtabat. Nõdum purgatur i ara: Quia ad aram uenerat Dianæ ubi tandem purgatus eſt in taurica regione ſcythie:cuius antiſtes erat ſoror iphigenia:quæ imolata fuerat Dianæ:in cuius locũ Diana ceruã ſubiecerat. Horeſtes pelopeius: ideſt originẽ a pelope ducens:nam pelops genuit atreũ thyeſtem & philiſtenem patrem Agamẽnonis & menelai ex agamẽnone natus eſt horeſtes. Senſere:a libero patre. Cum fureret pen. ſcilicet cõtra deũ: & eũ a finibus ſuis abigeret. Aut ultrix uiſura dies:gladii ob errabant oculis ipſius Cæſaris:quos deinde paſſus ẽ i ſenatu cũ occiſus ẽ:& cõfoſſis tribus & uigiti uulneribꝰ. Strigẽte ſenatu.ſ.cõiuratõe Bruti. Heu q̃tũ pœnæ:Supius rõnẽ attulit cũ cladẽ illã æqori aĩo ferre dẽbat põpe.nũc aũt cãs affert cur miſerior ſit Cæſar:cũ i mẽtẽ uenerit:cũ tãtoꝶ maloꝶ cã auctor extiterit. Heu:cõmiſerãtis ẽ interiectio. Miſero.ſ.cæ. Mens conſcia:ſcilicet tot admiſſoꝶ ſcelerum & cædium:quas pauloante milites ppetrauerant ipſo concitante. Donat:affert. Stygia.i.inferos:nam quo poſtea deſcenſurus erat. Manes:ſcilicet Cæſoꝶ aĩas

quæ dormienti obſeruabantur. Pōpeio uiuente.id enim erat quod cæſarē dolore maiori afficeret. Olꝫ paſſo:Quāuis tota nocte ꝑpeſſus eēt Cæſ.mala oīa ꝑdicta:magna aī ꝑtu bat ione cogitādo quæ ipſe mala ꝑpetrauerat:tamē cum lux facta eēt præ lætiçia oculos a pharſalia remouere nō poterat: ꝙ aduerſarios ꝓſtratos uideret. Retexit:apuit. Nulla loci faties:Quātūlibet execrabilis eē deformitas loci.multitudine cæſorū:tamē oculos a theſſalia nō reuocabat. Reuocat:remouet. Feralibus:ubi feralia ſcelera commiſſa fuerunt. Cernit.p.cruore:Vidit flumina multitudine cædiū inflata:qa tātus erat cæſoꝝ cruor effuſus:ut ipſa etiā flumina creſcerēt. Excelſos colles:uidet ēt ſtragē & ſtruem corporū adeo ſublimem: Vt comparari poſſet montibus. Sidentes:poſitos. Et magni numerat.p.& numerando lætabať. Epuliſq; paratur ille locus:ut quaſi ſpectaculū ante oculos haberet cæſoꝝ militū:dum epularet̃. Vultus facieſq; Aliquid inter ſe differūt:nam facies proprie eſt naturalis cuiuſq; habitus: Vultus autem ē qui ꝓ uoluntate mutatur & fingitur. Iuuat:ſcilicet Cæſarē. Nō cernere terram:ꝙ opta eſſet ſtrage cæſoꝝ.Cæſar autē cū cæſa cadauera perluſtraret:ferť hæc dixiſſe græce. Hoc uoluerūt huc me neceſſitatis adduxerūt:ut.C. Cæſar maximis cōfectis bellis:ſi exercitus dimiſiſſem cōdemnatus utiq; forem.Plutar.

Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes.
Fortunā ſuperoſq; ſuos in ſanguine cernit
Ac ne læta furēs ſcelerū ſpectacula perdat
Inuidet igne rogi miſeris:cœloq; nocēti
Ingerit æmathiā:nō illū pœnus humator
Cōſulis:& libyca ſuccenſæ lampade cannæ
Compellūt:hominū ritus ut ſeruet in hoſtes
Sed meminit nōdum ſatiata cedibus ira
Ciues eſſe ſuos:petimus non ſingula buſta
Diſcretoſq; rogos: unū da gentibus ignem:
Nō interpoſitis urantur corpora flammis
Aut generi ſi pœna iuuat:nemus extrue pidi
Erige cōgetas œtheo robore ſiluas:
Theſſalicā ut uideat pōpei⁹ ab æquore flāmā
Nil agis hac ira tabes ne cadauera ſoluat
An rogus haud refert:placido natura recep/tat
Cūcta ſinu:fineq; ſui ſibi corpora debēt.
Hos cæſar populos ſi nūc nō uſſerit ignis
Vret cū terris uret cū gurgite ponti.
Cōmūis mūdo ſuper eſt rogus oſſibus aſtra
Miſturus:quocūq; tuam fortuna uocabit.
Hæ quoq; eūt animæ: nō altius ibis in auras

℄ SVLPI. Luſtrare:circūſpicere. Sub clade.ſub cadaueribus. Cernit fortunā ſuperoſq; ſuos:agnoſcit felicitatē & deos propitios. Scelerū ſpectacula perdat:nō fruať uoluptate ſpectādi. Inuidet miſeris:nō cōburit nō ſepelit & eſt uetus uerbi cōſtructio cuius meminit Diomedes. Ingerit æmathiā: hypallage id eſt immittit aerē peſtiferū in æmathiam:qui ex cadauerum corruptione inficiebať. Nō illū: Non eſt inqt motus exemplo hannibalis qui ꝗꝗ ſeuiſſimus Pauli tamē æmilii corpus &.M.Marcelli honorificētiſſime ſepeliuit ut Liuius & Silius tradunt. Humator penus:hannibal ſepultor. Cōſulis:Pauli æmilii q cecidit in pugna cānēſi. Cānæ uicus in apulia. Succēſe:coruſcātes pyra. Lampade libyca:igne hannibalis aphricani.Hoium ritus humanitatē ſepeliendi nā nō ſepelire feꝝ eſt & immane. Meminit eſſe ciues ſuos:quos maiori odio habebat ꝗ hannibal hoſtes. Non ſingula buſta:nō nō ut cuiq; ſuum rogū cōſtituas Sed unū in gentē omnibus. Diſcretos:ſepatos. Interpoſitis:ſed cōtinuis: Aut generi:aut ſi uis pōpeium maiori dolore afficere cōgeſtas theſſaliæ ſiluas incēde ut flāmas ex equore poſſit aſpicere. Robore œtheo:lignis œthæ montis. Nil agis hac ira:Vane crudelitatis improbatio:qa nihil odiis ꝑficiat. Tabes:corruptio. Soluat:i terrā uertat. An rogus: an ignis in cinerem. Placido natura receptat cūſta ſinu:oia enim quæ natura cōpoſuit in ſua elemēta diſſoluit Finē ſui:diſſolutionem. Sibi:naturæ. Vret cū terris:Vret qñ omnia elementa uno igne ardebūt idq; ea pythagoræ ſententia dixit.qui apud Ouidium ait:Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tellus, Quo mare quo tellus correptaq; regia cœli Ardeat. Plato quoq; in Tymæo,& Cicero in natura deorum docet Certa temporum reuolutione ex incremento contrariorum elementorum & incendia & diluuia fieri. Communis rogus:generale incendium. Quocunq; tuam:Quo iuerit anima tua uadit nunc hoꝝ quibus uerbis indicat eum nō deum: eſſe ut uulgo putabatur. In auras:ad ſpiritum rettulit quid eos repetit.

℄ OMNIBO. Sub clade.i.latētes ſub cæde:nā cladē ꝓ cæde poſuit: Fortunā:ſcilicet ſuā ſecūdā. Superoſq; ſuos:ideſt propitios:nam ex eo ꝙ tantā cladem ipſe cum militibus ſuis ꝑpetrauerat: intelligebat deos ſibi propitios eſſe. Ac ne leta.f.Et tantam ex cæde læticiam capiebat:ꝙ nec cæſoꝝ quidem corpora ſepeliri ꝑmittebat ut diutius oculos paſceret. Miſeris.ſ.occiſis. Inuidet igne rogi:Notanda eſt hæc conſtructio:inuideo tibi hac re:quæ rariſſima eſt:& nuſquam memini legere:niſi apud Lucanum : nam uſitatum eſt inuideo tibi hanc rem. Cœloq; nocenti:i eſt infecto: nam tum demum nocēs eſt cœlū cū infectus eſt aer. Non illum pœnus:Immanior inquit eſt & crudelior Cæſar ꝗ hannibal:nā noſtris conſulibus ſepulturam non negauit:quod nūc ciuibus ſuis nō fecit. Humator:ſepultor. Conſulis:uel pauli æmilii apud Cannas trucidati:cuius corpus diu quæſitum quantū in ipſo ſepulturæ mādauit. Aut certe Marcum Marcellum conſulem dicit:qui dux in brutiis:dum auidius pœnorum conatus inueſtigaret dum conſilia ſperneret:occiſus eſt:cuius corpus legittimo iure Hannibal extulit & punico ſagulo: & corona etiā donatum laurea rogo ſuperimpoſuit. Lampade:quia omnia corpora Romanorū cæſa apud cannas ſecundum liuium:quæ quinquaginta milia fuiſſe dicuntur:iuſſit comburi:& ſepulturæ omnia man/



dari. Ritus:id eſt mores:nā mos eſt nō inuidere ſepulturā hoſti. Sed meminit nondū: Bis itelligiť nondū:qa nōdū expleta erat ira Cæ.ideo oblitus erat ciues ſuos eē. Petimus non ſingula buſta: ſub perſona ſui inducit loq eos q cæſi fuerant:& ſepultura prohibiti:quaſi ipſi ita loquanť:nō eſt magnū qđ petimus o Cæ.nam ſi id peteremus:ut ſinguli ſingulo rogo cōburerenť:fortaſſe laborioſius tibi uidereť.At uero ut oium noſtꝛ corpora uno rogo extructo cōburať:petimus.Buſtū dr̄ qſi cōbuſtū: & ꝓprie diciť cadauer cū eſt combuſtū. Diſcretos:ſeparatos. Gentibus.ſ.occiſis. Nō interpoſitis.i.ſaparatis:ſed in unū comburātur. Aut generi ſi pœ.iu.aut ſi facis hoc ut maiorē dolorē pōpeio cōmoueas:Iube omnes cæſos in excelſum cacumē pindi.aut œthæ montis efferri:& ibi oēs comburi:ut ex ipſo mari p quod nauigat Pō.flamma uideri poſſit:hoc.n.pacto Pōpeii dolorē augebis. Extrue.ſ.in unā cōgeriē. Pindi:mōtis theſſaliæ:ꝑ magnus ad arcton macedonū partē habet(ut ait Strabo)ad occaſum aūt pebos hoies metanaſtas.i.nugatores continet ad meridiē uero dolopas. Nil agis hac ira:qđ iratus nolis cæſos ſepeliri.nā ſi rogus unus humano labore ſtructus nō cōburet eos:certe extrema illa flāma quas oīs mundus igne ꝑibit cōburētur & te inuito. Tabes an rogus.h.refert:& nihil refert:an ſua ipſorū cadauera corruptione ſoluāť: an dimittanť ſolui in cineres: Placido natura recepta cuncta ſinu:naturale eſt ut quicqd naſciť etiam ſoluatur:& oē cōpoſitū in ſua principia perueniat. Hos cæſar populos:ſi nō nūc:certe tūc comburenť cum ignis oīa corripiet in extremo die. Vret.ſ.ignis.Nā ēt philoſophi uolūt naturali quadam rōne fore ut omnis mūdus igneſcat:ſicut Cice.dicit: Aſtra.quia ignis ille terrena omnia & cæleſtia conſumet. Quocunq;:ad q̄cunq; exitium ueniat anima:tua memento etiā horum animas uenturas:nam & tu moriturus es. Nō altius ibis:tametſi aſſentatores dicturi ſint animam tuam in cælū aſcendiſſe:& conuerſam eſſe in ſydus cæleſte:ut Virg.Ecce dionei proceſſit cæſaris aſtꝛ. Altius:q̄ horum animæ.

Nō meliore loco ſtygia ſub nocte iacebis.
Libera fortuna mors eſt : capit omnia tellus
Quæ genuit:cœlo tegiť qui nō habet urnā.
Tū cui dant pœnas inhumato funere gētes:
Quid fugis hāc cladē:qd olētes dſeris agros
Has trahe cæſar aqs:hoc ſi potes uteř cœlo.
Sed tibi tabentes populi pharſalia rura
Eripiunt:campoſq; tenēt uictore fugato.
Nec ſolum hæmonii funeſta ad pabula belli
Biſtonii uenere lupi.tabemq; cruentæ
Cedis odorati pholoen liquere leones.
Tunc urſi latebras:obſceni tecta domoſq;
Deſeruere canes: & quicquid nare ſagaci
Aera nō ſanū motumq; cadauere ſenſit.
Iamq; diu uolucres ciuilia caſtra ſecutæ
Cōueniūt:uos quæ nilo mutare ſoletis
Threiicias hyemes ad mollem ſerius auſtrū
Iſtis aues:nūquam tanto ſe uulture cœlum

℄ SVLPI.Stygia ſub nocte:in iferno quo migrāt animæ. Meliore loco:circulo ameniore. Libera fortuna mors eſt:mortui īnqt nō ſūt fortunæ iniuriæq; ſubiecti. Capit oīa:ſuſcipit & cōtine:nam in terrā redeunt. Qui nō habet urnā:inſepultus. Tū præterea.& eſt acris increpatio. Cui:ad cuius uoluptatē. Funere inhumato:cadaueribus inſepultis. Hāc cladē:ſpectaculū huius cladis. Olētes:fetētes. Trahe:bibe qm̄ īfecte ſunt ſanguine. Hoc cœlo:qđ corruptū iā eſt & peſtifeꝝ. Tabētes:marcētes & q corrūpūť. Eripiūt rura:fugāt te. Ad pabulū:ad deuorāda cadauera. Biſtonii:threicii a biſtone rege. Odorati:ꝙ odorauerūt:eſtq; participium a deponēte odoror.Eſtq; ꝓprie odoratus q accipit aliunde odorē:Odorus uero qđ p ſe odorem emittit ut roſa. Pholoē:mōtē theſſaliæ. Latebras luſtra. Obſceni:turpes ꝓpter uomitū ex crapulis. Et qcqđ nare ſagacis:oīs fera odoriſeca. Non ſanū:corruptū odore cadauerū. Secutæ:alebantur enim cadaueribus equorum. Voſq;:Grues quæ e biſtonia palude in thracia frigidiori ad tepentē re uolāt nilū. Ad auſtrū mollē ad regiōalē auſtralē q̄ metior eſt:nā thracia ad meridiē habet ægyptum.

℄ OMNIBO. Non meliore loco.ſ.quā illi iacebūt. Stygia nocte:ſtygem tranſibis:ſicut alii & fortaſſe ꝓfundius:quia maloꝝ omnium cā fuiſti. Libera fortuna mors eſt:nō.n.mors fortunæ ſubiacet:ſed q̄cūq; ipſa uoluerit:faciet. Capit oīa tellus: nā ex terra oīa naſcunť:& in terrā redeūt. Cœlo tegiť.nā cœlū eſt ſepultura omniū. Vrnā.i.ſepulturā. Tu cui dant pœnas:ꝑgit poeta oſtendere qđ cœpat.ſ.Cæſarē ipſum:quanuis uictorem:tamē in deteriori conditione eē:q̄ Pōpeium:nā ipſe q iuſſit Cæſorū corpa inſepulta iacere:fugať a mortuis:has.n.dat pœnas qđ tetrū odorē eoꝝ ſuſtinere nō pōt ſed fugere cogiť. Inhumato funere:nō.n.genus pœnæ ē qđ eos ſepeliri ꝓhibes. Has trahe Cæſar aquas:ꝑſiſte inqt in æmathia ſi potes ſed nō poteris: nā ab his quos occidiſti fugaberis:cū uiui te fugare nequerint. Trahe:bibe. Has aquas:q̄ i æmathia naſcunť. Cœlo:aere. Tabētes:corrupti. Nō ſolū æmonii:nūc cōmiſeratione utiť oñdens id Cæſaris imanitate factū eē:ut Cæſorū corpa a lupis:lonibus :aliiſq; feris:& alitibus dilaniarenť & eē facta alimēta feraꝝ:& ē indignatio contra Cæſarē:quāuis ſit & cōmiſeratio Cæſoꝝ. Quæ:ꝓ ſed. Leones odorati:ꝓ odoriſecis:q odorē ſequunť Biſtonii.i.thraces. Ad pabula.i.ad cumulos. Pholoen:mortē arcadiæ: Latebras:nā e cubilibus ſuis urſi ad cadauera dilanianda uenerūt. Et qcquid nare ſagaci:ideſt omne genus ferrarum quod ſagacitatē narium habet ad hæc pabula concurrerunt. Sagaci:odoriſeca.unde ſagaces canes dicūť odoriſeci. Nō ſanum:ideſt infectum. Motum.i.turbatum. Vos quæ nilo ; o grues:inquit:quæ thraciam mutare ſoletis ægypto:quia ſtrimonem fluuium thraciæ ſuperueniēte hyeme deſeritis.& in ægyptum melioris auræ tranſitum facitis:hoc tempore tardiores in ægyptum tranſitis:detentæ uidelicet illecebris cadauerum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Mutare ſoletis.t.h.ſunt.n.quædā aues quæ aeris tēperiem amant: ſicut hirundines:& grues. Threicias hyemes.i.hybernum tempus thraciæ. Ad mollem auſtrum.i.ægyptum:nam ꝑ uentum ſignificauit regionem eſt.n.auſter uentus meridiona:ubi ſita eſt ægyptus Nunquā ſe uulture.i.i.nunq̃ antea uiſi ſunt tot uulturum greges:nam uultur auis eſt carnibus humanis ueſcens.

Induit:aut plures preſſerunt aera pēnæ:
Omne nemus miſit uolucres omniſq; crueta
Alite ſanguineit ſtillauit roribus arbor.
Sæpe ſuper uultus uictoris impia ſigna
Aut cruor aut alto defluxit ab æthere tabes,
Membraq; deiecit iam laſſis unguibus ales
Sicquoq; nō omnis populus ꝑuenit ad oſſa
Inq; feras diſcerptus abit nō intima curant
Viſcera nec totas auidæ ſorbere medullas
Deguſtantq; artus.laciæ pars maxima turbæ
Faſtidita iacet.q̃ ſol nybiq; dieſq;
Lōgior æmathiis reſolutam miſcuit aruis.
Theſſalia infelix quo tanto crimine tell su
Læſiſti ſuperos ut te tot mortibus unam
Tot ſcelerum fatis premerēt qd' ſufficit æuū
Immemor ut donet belli tibi damna uetuſtas
Quæ ſeges in facta ſurget nū decolor herba
Quo nō romanos uiolabis uomere mānes:
Ante nouæ uenièt acies ſceleriq; ſecundo
Præſtabis nōdum ſiccos hoc ſāguine cāpos.
Omnia maiorū uertamus buſta licebit
Et ſtantes tumulos & qui radice uetuſta
Effudere ſuas uictis compagibus urnas
Plus cinerum hemoniæ ſulcis telluris aratur
Pluraq; ruricolis feriuntur dentibus oſſa

℄SVLPI. Induit ſe uulture:a uulturibus fuit frequentatū q ut plinius ſcribit triduo cadauera futura ꝑſentiū. Plures pennæ ꝑſſerunt aera:plures uolucres uolauerūt. Roribus ſanguineis: inſpſione cruoris. Victoris:cæſari. Tabes:ſanies. Laſſis: defatigatis. Vnguibus:bū unguibus.Sunt.n.proprie ungues oīum aīaliū habētiū digitos: Vngula uero eoꝝ q̃ hn̄t aut ſolidos aut bifidos pedes. Mēbra:humana quæ rapuerat. Sic quoq;: etiā ferarū & uolucrum diſcerptione atq; rapina. Nō ꝑuenit ad oſſa:quia multa corpora integra remāſere. Abit in feras:conuertit ſe in carnē ferarū quæ illa carne alebant. Faſtidita:neglecta a feris & auibus: Sol: deſiccando. Nymbi:putrefaciendo molliendo.

Dies:tempus conſumēdo. Reſolutā: corruptā. Theſſalia:Theſſaliam quoq; deteſtat̃ & eam deplorat poeta. Crimine:culpa tua. Te unā:ſolā & ꝑcipuā. Fatis neceſſariis euētis. Quod ſufficit æuū: Quæ ætas inqt eſt ſatis ad tāti damni memoriam abolendā. Quæ ſeges:profecto nulla frumēti herba. Non decolor:nō ſanguinei coloris & palladi Herbarū enim radices arboꝝ ſatiatæ ſanguine aut uini fece rubicunda purpureos fructus producunt Sic perſica & auellanas purpureas fieri docet palladius. Quo uomere:nā quicūq; te arabit cineres eruet romanorum & umbras uexabit Ante nouæ hoc eſt ante hic iteꝝ ꝑliabit̃.dixitq; hoc ꝓpter octauiū & Antoniū q aduerſus brutū & Caſſiū nō multo poſt illic marte cruentiſſimo pugnauere. Secūdo ſceleri:ſecundo ꝑlio ciuili. Omnia maiorum Quāuis inqt omnes cineres omniaq; oſſa mortuorum quæ in toto ſunt orbe in unū cumulēt̃:maior tñ copia erit in theſſalia. Licebit:quāuis: ut apud horatium.Sis pecore & multa diue cellure licebit.

Buſta:loca in quibus combuſta ſunt. Stantes:integros. Vertamus:eruamus. Vetuſta radice:antiqua caprifico diſſoluti apertiq; ſunt.Martialis Marmore meſſale findit caprificus. Vrnas:in quibus cineres oſſaq; ſunt. Victis cmpagibus:diſſolutis coniunctionibus. Sulcis:in ſulcis. Dentibus ruricolis:dentatis inſtrumentis quibus coluntur rura.

℄OMNIBO. Induit:impleuit. Pennæ.i.aues.ps pro toto. Omniſq; cruenta.Et in arboribos ſidentes aues fruſta cadauerū roſtro geſtabāt:e qbus cruor effuſus arbores cruentabat. Roribus.i.guttis. Sæpe ſuper uultus:hoc ēt ſæpius cōtingit:ut membra cadaueꝝ quæ de roſtro auium caderent:in caput cæſaris & militum ſuorum ruerēt & nonnunquam etiā ſigna cruentarent. Tabes:quæ iā cruor eſſe deſierat.

Omnis populus.i.integra corpora multitudinis cæſæ non ſunt oīa corrupta:ſed pars eoꝝ in alituū & ferarum nutrimēta trāſiere. Ad oſſa.i.ad corruptionem. Quæ:pro ſed. Inferas:in nutrimenta ferrarum. Non intima.c.u.& aues iam ſatiatæ uſq; ad faſtidiū parum admodum guſtabāt:reliquam uero partē reliquebāt intactā. Sol.i.calor ſolis & lōgitudo tpis in cinerē cōuertit. Dies:tēpus nam dies fœ.genere tēpus ſignificat. Theſſalia infelix:nunc inuehit̃ in ipſam æmathiā:hanc omni ſupplicio dii irati damnarūt ea oīa cæſorum corpora ſuſtineret:& reſoluta corpora ipſam macularent:ut ibi nihil naſci poſſet nō cruore fœdatum:hoc inquit tibi magno aliquo ſcelere contigit ut una potiſſimum idonea habereris: in qua tot cædes commiterentur.Nam etſi diu æuum durabit:tamen nulla uetuſtas hanc tibi maculā abolere poterit. Quod ſufficit æuum.i.quæ tanta ſeculorum longitudo eſſe potuerit.ut obliuioni tradat̃ hoc nefas quod in commiſſum eſt:quaſi dicat nulla. Immemor:quæ obliuionem inducit. Demet dāna:ne his dānis uitupereris ab oībus. Decolor.i:deformis:& quæ redoleat cruorem cæſoum. Violabis:quocūq; uomere uerſata fueris ſemper uobis oſſa ſemipulta feriet:ita ut manes eorum quodāmodo lædant̃ ab agricolis. Ante nouæ uenièt:ideſt ante q̃ obliteretur prima cædes in te facta o Theſſalia Altera cædes ſupueniet belli ciuilis.Octauius enim & Antonius ab una parte: & Brutus & caſſius ex altera bella ciuilia renouabūt. Sceleriq; ſecūdo:uix primus hic cruor ſiccatus erit:cū nouus iterū fundet̃. Omnia maiorum: di



cit.n.nō unius aut alterius ciuitatis populos iacere inſepultos ſed tot romanoꝝ milia:quot nuſq̃ ſepulta iacēt:Nec ſi inqt omnia romanoꝝ ſepulchra euellātur:& eoꝝ quæ in his cōdita ſunt eruantur:numerum æquare poterūt eoꝝ qui in theſſalia iacent ordo tendit uſq; ad eum locum:tamen plus cinerū arat̃: ſuppletur enim. Licebit:quis. Vertamus.i.euertamus. Stātes tumulos:ſepulchra quæ nondum uetuſtate corruerūt. Et:ſcilicet euertamus ea buſta quæ iam ruere cœperint innatis radicibus caprifici: huius.n. arbuſculæ radices coagmenta lapidum maxime diſſoluunt. Iuue. Hæſuri ſaxis cinerum cuſtodibus: ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici.& Mar.Marmora meſſalæ findit caprificus. Effundere: aperuerunt. Victis con.ſolutis iuncturis. Radice.u.ſcilicet caprifici. Ruricolis.d.dens ruricola nil aliud eſt:q̃ dens uomeris.

Nullus ab æmathio religaſſet littore funē
Nauita:nec terrā qſquā mouiſſet arator
Romani buſtum populi.fugerētq; coloni
Vmbrarū cāpos:gregibus dumeta carerēt
Nullus & auderet pecori ꝑmittere paſtor
Vellere ſurgentē de noſtris oſſibus herbā:
Ac uelut impatiēs hoīum uel ſolis iniqui
Limite:uel glacie:nuda atq; ignota iaceres:
Si nō prima nefas belli ſed ſola tuliſſes.
O ſuperi liceat terras odiſſe nocētes
Quid totū premitis qd totū ſoluitis orbē:
Heſperiæ clades:& flebilis unda pachini:
Et mutina:& leucas puros fecere philippos

℄SVLPI. Nullus ab æmathio:Nemo inquit theſſaliam frequentaſſet aut araſſet aut armenta & greges ibi pauiſſet:ſed tanq̃ ſacram & ut cōmune romanorum ſepulchrum ſeruaſſet inuiolatam & deſertam ſi illic tantum geſta fuiſſent ciuilia prælia. Religaſſet funem:nauigaſſet in æmathiam & inde nauim ſoluiſſet. Mouiſſet: araſſet: Dumeta: ſpineta & ſaltus: Permitteret uellere: cōcederet paſcere herbam naſcentem ex oſſibus & puluere romanorum. Impatiens hominum: inhabitabilis. Vel ſolis iniqui limite uel glacie: ideſt uel uia ſolis ut terræ quæ ſunt ſub torrida zona: & ſub ipſa eclyptica:uel frigore intolerabili quo laborant qui ſunt ſub zonis extremis. Nuda: ſine hominibus. Si non prima:ſi prima certe non ſola nam primus ad differentiam ſecundi & tertii dicitur. Liceat:Votū eſt: cum nō liceat totus enī mundus eſt nocens. Terras nocentes: ut Theſſaliam Aegyptum Ciſalpinam Galliam Aphricā hiſpaniā Tuſciam Siciliam leucadiam quæ ciuili ſanguine maduere. Quid præmitis: cur grauamini & damnatis. Soluitis:liberatis culpa:nam unus locus alteꝝ leuat. Heſperiæ:hiſpanæ & italæ. Pachini:montis in Sicilia apud quem Auguſtus &.M.Agrippa Sextū pompeii filiū naualis prælio ſuperauit. Et mutina:apud quā uictus eſt.M.Antonius ab auguſto ubi & Cōſules Panſa & Hircius ceciderūt. Leucas:Hoc dicit ꝓpter præliū nauale quod in ſinu ambrocio geſſit Auguſtus in Antonium & Cleopatram.

Puros:quaſi innocentes & romano cruore imaculatos & inexecrabiles. Philippos:Poeta ut etiam ſu pradiximus pharſalios campos intelligit.q̃q̃ Plinius philippos in thracia eſſe oſtendit.

℄OMNIBO. Nullus ab æma.ſenſus eſt:adeo deteſtabilis fuiſſet æmathia:ſi nunq̃ alibi geſta fuiſſent bella ciuilia ꝙ nemo ibi habitaret:nemo ſereret:nemo araret:ſed eſſet omnino deſtituta ab hūano cultu. non aliter:q̃ torriſta:aut frigida zona:ſed quia alibi etiam geſta ſunt bella:ideo nō adiudicata eſt nocēs. Ordo uſq; ad eū locum.ſi nō prima nefas belli. Terram:appoſitio:Buſtum popu.roma.Quia ſepulchrū uere romani populi appellari potes. Dumeta:ꝓprie ſunt loca ſpinoſa & arida:ubi paſcere ſolēt greges.

Vellere:paſcere herbā. Nuda:ſpoliata fructu. Ignota.ſ.gentibus:quia nemo habitaret. Limite ſolis iniqui.i.torridæ zonæ. Vel glacie:ideſt frigidæ zonæ:quemadmodū hic nemo habitare poteſt propter nimiū calorē:illic ꝓpter nimiū frigus:ita & hic nemo habitaret:ſi tu fuiſſes non prima:ſed ſola. Terras odiſſe nocentes:ubi tantus romanoꝝ cruor effuſus eſt ſed nūc non licet:quia non uno loco tantū:ſed in multis regionibus romanoꝝ ſanguis ſparſus eſt:quia qcquid multis peccatur inultū eſt. Premitis damnatis:& damnādo totū orbē abſoluitis. Heſperiæ clades:hæc omnia loca ubi fuſus eſt romanoꝝ cruor fecerunt:ut æmathia uideretur eſſe abſoluenda. Heſperiæ clades ꝓpter Gn.pō. quem una cum exercitu ſuo cæſar in Hiſpania deleuit. Flebili unda pachyni:ubi Aggrippa auſpiciis Auguſti cæſaris Sextū pō. magni pō.filiū deuicit. Et mutina:ubi Auguſtus Hircius & pāſa uicerūt.M.Antoniū multiſq; occiſis cōſules lethali uulnere ſauciati ſunt.Et leucas:promontorium Epiri:ubi Octauius Antoniū & Cleopatram bello nauali deuicit ubi multa milia romanoꝝ perierunt.

FINIS LIBRI SEPTIMI.SEQVITVR LIBER OCTAVVS.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

## Io. Sulpitii Verulani Lucani Octauum Interpretatio.

i Am ſup herculeas: Pompeius ita tenuis & nudus ut inquiretes hoſtes plane lateret lariſſam tráſgreſſus ut ad tempe puenit ſe in ora ꝓſternés ſitibūdus e fluuio hauſit. Indeq; exurgés per tempe greſſus eſt quouſq; ad mare peruenit ut tradit Plutarchus. nauē q; fluuialem uel ut Appianus ait frumentari i cóſcendit ſæpe ut dicebat quærés tantú ſe opinioné feſelliſſe: ut a quo genere hoium uictoriá ſperaret ab eo initio fugæ facto pene ꝑditus uideretur. Poeta igitur qbus flexibus: qua trepidatione: quo dolore pudoreq; fugerit & nauim cóſcenderit narrat: Eſt autem ordo iam magnus petés diſpendia deſerta ſiluæ hemoniæ. Super fauces herculeas: tranſuallem & aditum quem hercules diſciſſis oſſa & olympo montibus fecit: & exitum peneo fluuio dedit ut exhauriretur aquis theſſalia: ut meminit Diodorus: & Seneca in hercule furente ait. Sciſſa quum uaſto impetu patuere tépe: pectore impulſus tuo. huc mons & illuc cecidit & rupto agere. Noua cucurrit theſſallus torrens uia. Tempe: uallem de qua diximus libro ſexto. Diſpédia deſerta: damna itineris & circuitus uiæ deſertæ. Hemoniæ ſilua: theſſalici nemoris & ipſorum tempe. Agens cornipedem exhauſtum: impellens equú feſſum. Stimuliſq; negantem: ideſt qui ictus calcaribus non promoueretur. Incerta fugæ ueſtigia turbat: non it recto itinere: ſed confundit & flectit ne poſſit per ueſtigia deprendi: & ut qui perſequūtur reddantur incerti. Implicitas errore: confuſas circuitionibus. Fragorem nemorꝰ: ſonitú arború ex aura. Comitum: nam eorꝰ ſtrepitum terrebat. Qui ferit: qui ſtrepitus reſonat & percellit. Trepidum lateriq; timétem examinat: perterret ipſum non modo a tergo ſed a latere metuentem: Quáuis ſummo de culmine: quis inquit a fœlicitate corruerit tamé ſcit magno pretio ſuá mortem a cæſare expetiri: & nó minori q̃ ipſe mortem Cæſaris emeret. Pretium ſui ſanguinis: pretium quod daret interemptori ſuo. Nódum eſſe uile: ſed maximú. Memor: fati: priſtinam fortunam conſiderans. Adhuc: in tanta calamitate. Iugulum tantæ mercedis: uitam tanti pretii. Pro ceruice auulſa: pro capite: quod collo ſuſtentatur. Deſerta ſequentem: quis per deſerta & occulta fugeret: eius tamen decus & calamitas latere non poterit quia ab omnibus noſcebatur.

### Io. Sulpitii argum entum in lucani librum octauum.

o Ctauo i leſbó fugiés ꝑ deuia magnꝰ
Nauigat: & coniunx lachrimando abducta relinquit.
Deflenté populú: ꝓperás tú nauta monetur
Tédat ut ad cilices: ubi ſextus turba ducúq;
Decernút quo ſit dux cófugiturus: atroxq;
Aegyptus legit: uenientem regia ꝑdit.
Coniugeq; & nato corá cófodit achillas.
Ambuſtú codros truncú clam texit arena.

### M. Annei Lucani pharſaliæ liber octauus

i Am ſuper herculeas fauces nemoroſaq; tempe.
Hæmóiæ deſerta petés diſpédia ſiluæ
Cornipedé exhauſtú curſu ſtiuliſq; negantē
Magnus ages icerta fugæ ueſtigia turbat
Implicitaſq; errore uías: pauet ille fragoré
Motorú uentis nemorꝰ comitúq; ſuorꝰ.
Q ui poſt terga ferit: trepidæ lateriq; timété
Exanimat. quis ſúmo de culmine lapſus.
Nódum uile ſui pretiú ſcit ſanguinis eſſe
Seq; memor fati tátæ mercedis habere
Credit adhuc iugulú: quantú ꝑ cæſaris ipſe
Auulſa ceruice daret: deſerta ſequenté

i Am ſup herculeas fauces néoroſaq; tépe: hic liber octauꝰ hæc cótiet primú qdé pó. ꝓfectioné i iſulá Leſbó ubi corneliá depoſuerat: deide cócioné pó. habitá in Cilicia ubi ps maior ſenatus cóuenerat: cuius ſententia erat ut ſe cóferret in parthiá: & parthorꝰ regú uires res extollens contra Cæſaré concitaret: Huic ſententiæ aduerſatus eſt lentulus: & orationem habuit romano cóſule dignam: & in ſententiá eius ſenatuſcóſultum factú eſt: ut ſe in ægyptum reciperet. Deide etiá narrat quō pópeius poſtq̃ in ægyptú uenit iubente ptolemæo pſuaſu photini & Achillæ obtrúcatus eſt poſtremo cótinet ſepulchrú pom. cuius cadauer Codrus inuentú rogo ſupimpoſuit ac ſepulturæ mandauit. Iá ſup: deſcribit quō Pompeius poſtq̃ a theſſalia diſceſſit fugiens metuebat ſtrepitú oém: ſciebat. n. mortem ſuá a Cæſare plurimú deſiderari. Ordo eſt uſq; ad eú locú magnus agens. Sup herculeas fauces. i. per fauces olympi montis & oſſæ. nam Hercules eú ueniſſet in Theſſaliam: & uideret montibus circúdatam uallé ingenté quæ aquam ſurgentem cótineret: adeo ut lacú feciſſe uideret: cognouit ſi locus undis euacuatus eſſet maximá ibi fertilitatem futurá: itaq; diſcidit olympú ab oſſa atq; effuſa aqua eſt: & inde diuerſa flumina deriuata quorꝰ nomina ſuperius deſcripſit: qua parte igit Herculem olympú ab oſſa diſcidit: hanc fauces Hercules appellat. Nemoroſaq; tempe: ephexegeſis eſt eius qđ dixit fauces herculeas. Nam tépe ſunt inter oſſam & olympú amœniſſima: quinq; milium lógitudine: & ferme ſex latitudine: attolentibus ſe utriq; leniter conuexis iugis: & inter labente peneo nemoroſam conuallem. Pli. latini. tribus tantum caſibus plurali utuntur. nominatiuo accuſatiuo uocatiuo. Sed a græcis uariatur τάτεμ τέάκαι τεμπή. per craſim



quia littera nó ſeruatur. Diſpendia: ideſt uaſtas longitudines: Aemoniæ ſiluæ: ea. n. ſilua. Theſſaliæ magna eſt & lóga: Cornipede: equú. Exhauſtum: defectú curſu. Stimuliſq; negátem: quiá iam ſuppoſita calcaria ſentire nó uidebatur pre nimia laſſitudine. Incerta fugæ ueſtigia turbat: hoc oio faciebat Pom. ne ſequerétur ueſtigia ſua: & ipſum deprehéderent: núc huc: núc illuc circúagebat equú: Implicitas erro: ui. ut errorem ſequétibus iniiceret. Pauet ille fra. ſtrepitú omnem: etiam comitú ſuorꝰ. Qui. ſ. fragor. Redit. i. ſequitur Pom. Lateriq; timenté. i. ſaluti ſuæ ne a latere aliquis inuaderet. Quáuis ſúmo de cul. q̃uis inqt aduerſa fortuna illum de ſúmo gradu deiecerit: tamé ſcit magno precio a Cæ. emptú iri morté ſuá. Nondú uile: imo pretioſum. Seq; me. ſ. i. priſtiæ fortunæ nó dubitat ꝙ q̃tum pópeius pro cæde Cæſaris: tantúdem etiá Cæ. pro ſua daret. Deſerta ſequentem: quamuis per occulta loca tranſiret pompeius: ne dignoſceretur tanta tamé erat uiri maieſtas: ut latere nó poſſet.

Non patitur tutis fatum celare latebris
Clara uiri facies: multi pharſalica caſtra.
Q uú peterét nódum fama ꝓpente ruinas
Occurſu ſtupuere ducis: uertigine rerú
Attoniti: cladiſq; ſuæ uix ipſe fidelis
Auctor erat grauis é magno qcúq; malorú:
Teſtis adeſt: cúctis ignotus gétibus eſſe
Mallet: & obſcuro tutus tráſire per urbes
Nomine: ſed lógi pœnas fortuna fauoris
Exigit a miſero: quæ táto pódere famæ
Res premit aduerſas: fatiſq; prioribus urget
Núc feſtinatos nimiú ſibi ſentit honores.
Actaq; lauriferæ damnat ſyllana iuuétæ
Núc & corycias claſſes & pótica ſigna
Deiectú meminiſſe piget: ſic lógius æuum
Deſtruit ingétes animos: & uita ſupſtes
Imperio: niſi ſúma dies cú fine bonorꝰ
Affuit: & celeri præuertit triſtia letho
Dedecori é fortúa prior: q̃ſq̃ ne ſecúdis
Tradere ſe fatis uidet niſi morte perata:

SVLPI. Multi: auxiliares eútes i pópeii caſtra nódum audita ꝓfligationis fama pópeio obuio ſtupuerút. Prodéte ruinas: indicáte cladé. Vertigie: mutatione & uolubilitate fortunæ. Cladiſq; ſuæ uix ipſe fidelis auctor erat: uix ipſo fugiéte & aſſeréte tanti ruina exercitus credebatur. Grauis: moleſtus. Adeſt teſtis: fit ei obuius & cóſcius eſt calamitatis. Obſcuro noie: nó nota nó celebri fama. Exigit pœnas: quo. n. erat illuſtrior eo iſamior euadebat. Longi: diu preſtiti. Pódere: claritate. Premit: grauat: notaſq; facit. Fatiſq; prioribus urget: uexat ſuperiori fœlicitate. Quo. n. fœlicior fuerat eo nunc miſerior erat. Et rebus fœlicibus aſſuetis difficilius eſt aduerſam ferre fortuná. Sentit honores feſtinatos: pœnitet ſe honores imperia & triúphos ante legitimú tempus geſſiſſe. Acta ſyllana: ea quæ iuuenis egit Syllanis téporibus quú ab eo in Siciliam & Aphricam miſſus de perpéna Domitio & hiarba triúphauit. Laurifere: triúphalis. Corycias claſſes: naues cilicú pyratarú quos mira celeritate repreſſit: ut diximus libro prio. Corycus oppidum in Cilicia croco abúdans: ubi & Corycium antrum. Pótica ſigna: de mythrydate uictoriá qua eius uexillis potitus é. Deiectú: uictú ꝓſtratú. Sic lógius æuú deſtruit igétes aios: ſic nocuit magnanimis clariſq; uiris uixiſſe diutiꝰ & i uita poſt amiſſum iperiú remáere. Deſtruit aios: delet magnanimitas gloriá parthá. Niſi ſúma dies: niſi quis in fœlicitate pereat: & morte ſuá ruinam præueniat priſtina fœlicitas eſt ei dedecori. bene igitur Ouidius ſed ſcilicet ultima ſemp expectanda dies homini diciq; beatus. Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. Niſi ſúma dies cú fine bonorꝰ affuit: niſi mors cum fine fœlicitatis aduenerit. hinc apud Senecá chorus. Fœlix priamus dicimus oés ſecú excedés ſua regna tulit: & paulopoſt fœlix quiſq; bello moriés omnia ſecum cóſumpta uidet. Et celeri præuertit triſtitia letho: præuéit & præterit res aduerſas morte feſtina. Quiſq̃ ne ſecundis: audet ne aliquis fœlicitatem amplecti niſi cum certo in ea moriendi propoſito.

OMNIBO. Clara facies: maieſtas impatoria. Fatú. i. fortuná ſuá aduerſam. Multi pharſalica caſtra: dicit auté multos fugiéti pom. obuiá factos eſſe qui Theſſaliá petebát. nódú. n. ſciebát uictú eé pópeiú & occurrétes obſtupeſcebát. Occurſu: obuiá facti. Vertigine: mutatione fortunæ: & uix credere poterant tantú cladis fuiſſe ut pom. cum tanto exercitu uinceretur: ꝓſertim qui ſuperiori tépore tantus uictor fuiſſet. Cladiſq; ſuæ. i. uix ſuæ cladis erat auctor cui fidem adhiberét audientes. Grauis eſt: & moleſtus erat pompeio quicúq; ſciebat cladé ſuam: Mallet. n. ignotus eſſe q̃ cladem acceptam dignoſci a gétibus: ná pudori uidebatur ꝙ poſt triumphos in ætate a Cæſare uictus eſſet. Obſcuro: ignoto nomine. Sed longi pœnas: quia adeo nominis ſui fama cópleuerat totú orbem terrarꝰ: ut ignotus eſſe nó poſſet. hæc nobilitas illi moleſta erat. For. lon. fa. i. fortuna diu ꝓſpera. Exigit pœ. i. facit hanc pœnam eſſe grauiorem. Pondere. i. tanta mole gloriæ & nominis. Premit: aggrauat. Res aduerſas: recte dicit nam qui diu in fœlicitate fuit aduerſam fortunam grauius ferre cóſueuit: diuturna fœlicitas eſt quoddam quaſi onus interi aduerſitate ſuperueniente. Vrget. ſ. res aduerſas. Fatiſq; prioribus: ideſt ſecundis: quia ſuperiori tempore fata putabant ꝓſpera: ſed núc magis illum premebát res aduerſæ. Núc feſtinatos: ꝙ ante trigeſimú annum de Sicilia de Aphrica triúphauit: partha uictoria auſpiciis ſyllæ. Acta ſyllana. i. auſpiciis ſyllæ: quia miſſus eſt in Aphrica contra Domitium quem uicit: & in Sicilia contra Gn. carbonem quem & ipſum ſuperauit: & de utraq; prouincia triumphauit: quia non licebat alicui de ciue triúphum ducere. Lauriferæ iuuentæ: quia lauream coronam accepit: cum ſublimis triúphali curru per urbem ueheretur. Nunc & corycias: in menté ueniebát priſtinæ uictoriæ pompeio: q̃ núc maiorem moleſtiam ac dolorem afferre



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

bant. Corycias claſſes.i.pyraticas a coryco antro:& oppido ciliciæ:duobus.n.mẽſibus mare pacatũ red/didit põpeius:quod pyratæ infeſtũ fecerãt.Cilices aũt pyratæ funditus deleti fuerũt(ut refert Strabo)pri/mũ a Seruilio Iſaurico:quo tẽpore ille Iſauriã cœpit.Poſtea a pom.q ſupra mille & trecẽta nauigia cõcre/mauit.eorũ uero habitationes excidit:ex hominibus qui ſupfuere in prælio:alios in urbem ſolos deduxit habitatum:quã ille pompeiopolim appellauit:alios didymenã hominibus effœtam:quæ nunc romanorũ eſt colonia. Et pontica ſigna:uictoriã:quã de mithrydate rege ponti retulerat:uexillaq; uniuerſa cœpat ipſo debellato. Sic lõgius æuũ:hoc pacto inquit multis nocuit diutius uixiſſe. Satius.n.fuiſſet Põpeio. ſi ante hanc cladẽ in fœlicitate mortuus fuiſſet.unde Iuue.prouida pompeio dederat cãpania febres opta/das:ſed multæ urbes & publica uota uicerũt. Deſtruit:debilitat. Vita ſupſtes impio.i.qui diutius uiuit q̃ iperiũ durat. Sũma:ultia dies. Præuertit:ante uertit:niſi mors preuenerit aduerſitatẽ:& res lætæ diu/turna uita pmũtur:ut Oui.met.Sed.ſ.ultima ſemp expectãda dies homini eſt diciq; beatus.Ante obitum nemo ſupmaq; funera debet.ſententia Solonis ẽ quã poeta uſurpauit. Quiſq̃ ne ſecũdis:eſt ne aliqs qui audeat ſe fœlicem dicere ante mortẽ.q.d.non. Fatis.i.ſecundæ fortunæ.

Littora cõtigerat per quæ peneius amnis
Emathiæ iã clade rubens exibat in æquor
Inde ratis trepidũ uẽtis ac fluctibus impar.
Flumineis uix tuta uadis euexit in altũ
Cuius adhuc remis quatitur corcyra ſinuſq;
Leucadii cilicũ dominus terræq; liburnæ,
Exiguã uector pauidus correpſit in alnũ.
Cõſcia curarũ ſecreta in littora leſbi
Flectere uela iubes qua nũc tellure latebas
Mœſtior in mediis quã ſi cornelia campis
Aemathiæ ſtares triſtes præſagia curas
Exagitãt trepida quatitur formidine ſomn9
Theſſaliã nox ois habet tenebriſq; remotis
Rupis in abruptæ ſcopulos extreãq; currẽs
Littora pſpiciens fluctus nutãtia longe
Semper prima uides uenie͂tis uela carinæ

SVLPI. Littora cõtigerat:Iã põpeius ad oſtia penei uenerat ubi cymbã natus mitylenas ad Corneliã nauigauit ut Appianus ẽt ſcribit.In cõmentariis:tamẽ ẽ eũ ad ãphipolim una nocte in ãchoris cõſtitiſſe:& irrogata hoſpitibus pecunia cognitoq; cæſaris aduẽtu inde diſceſſiſſe & mitylenas paucis diebus uẽiſſe:Plutarchus inqt eũ cymba inuectum cũ paucis libertis:nã ſeruos ad cæſarẽ ire iuſſerat:cõ ſpectũ fuiſſe apetitio & eũ in nauim onerariã pma/ximã meſtiſſime fuiſſe ſuſceptũ una cũ duobus lẽ/tulis & Faonio q apud eũ ſerui ſubierat miniſteriũ & præter amPhypolim nauigãs ad mitylenẽ tranſiit. Littora:hæc ſunt in ſinu thermaico. Rubẽs clade:cruẽtus.Inde:a lit oribus. Vẽtis ac fluctibus impar:hoc eſt fragilis & q̃ tempeſtati nõ poſſet reſiſtere.Cymbã.n.fluuiatilem fuiſſe Plutarchus & Appianus tradũt.Cæſar frumẽtariã nauẽ. Vadis:locis nõ pſundis. Cuius:põpeiũ uidelicet q adhuc tantũ claſſium habet. Adhuc:hoc tempore. Remis:nauibus. Corcyra:In ionio inſula. Terræ lyburnæ:apud quam erat Octauius ut patet libro quarto. Rector correpſit exiguã alnũ:ab officio geſtu & inſtrumẽto cõmiſeratio.ipſe.n.regebat nauiculam quã repens.i.trahẽs corpus intrauit:legitur & uector hoc eſt qui uehebatr. Alnũ:ex alno arbore cymbã. Cõſcia curarum:Apoſtrophe ad Corneliam doloris ſociã. Stares in campis:cladem ſpectares. Præſagia:prediuinationes mali futuri. Exagitant curas:cõmouent & augẽt meſtitiã. Somnus:cornelia dormiens methonymia. Nox:nocturna quies. Habet:affert theſſalicæ cedis imaginẽ. Tenebriſq; remotis:die uero e ſpecula uenientes naues pſpiciebat. Nutantia:mouentia ſe & inclinantia.

COMNIBO. Littora cõtigerat:nunc autem dicit Pom.ad penei fluminis hoſtiũ peruẽiſſe & ibi naue ad modũ exigua nauigare cœpiſſe:ut Leſbon peteret:ubi corneliam depoſuerat. Peneus:fluuius theſſaliæ qui ex pindo apud gõphos naſcitur.Plin Aemathia clad .i.cruore effuſo in campis philippicis. Inde ratis trepidum:cum ad hunc exitũ amnis perueniſſet:dimiſſo equo nauigare cœpit ſed hic oſtẽdit q̃ inanes ſint hominũ cogitationes:& quã in fragili ſtatu res humanæ poſitæ ſint.Nam Pom.qui claſſe corcyram:Siciliam:Luburniam:Ciliciã:tenebat:nunc p exiguam nauiculam uehi cõtigit.qua uix tuto per flumina nauigare potuiſſet. Inde:poſt hæc ſcilicet dimiſſo equo. Vix tua uadis:q̃ flatum uentorũ & undationem fluminum ſuſtinere nõ poterat. Trepidũ.i.uento tumentẽ: Euexit.ſ.Pom. Corcyra:inſula in mari ionio.quam appellabãt melenã. Sinus leucadii:leucas eſt pmontoriũ epiri. Cilicum dominus.i. qui ciliciam tenebat. Terræq; liburnæ:quæ cõtigua eſt dalmatiæ. Correpſit.i.ſimul cum ſociis ſuis repſit:repere pprie eſt animalium. In alnũ.i.paruam nauiculam:nam alnus ponitur pro fluuiali naui:eo q ex alno arbore cauari ſoleat:Pompeius ex lariſſa ad mare uſq; delatus eſt:eo loci paruam ingreſſus cymbam:cũ teſte Appiano:ad nauigantẽ nauem offendiſſet Mitylenas puenit.Aſſumpta igitr Cornelia uxore triremibus quattuor comitatus:quæ a rhodiis & tyriis ad eum uenerant:corcyram tũc quidem & libyã prætereuectus eſt:quo in loco exercitum alium & nauticos habebat apparatos:ad orientem itaq; cõuerſus parthos ueluti ab illis opem petiturus:nulli patefacto interim conſilio adire ſtatuit:quod pene cũ in ciliciam ueniſſet amicis rettulit.At illi a parthis abſtinendũ ſuadebant:qui nup craſſo inſurrexiſſent:& adhuc ob eius cladem elatiores ſpiritus haberent:nec cornelia ſingularis formæ mulierem in eorũ poteſtate cõmittẽdam eſſe:maxime cũ e craſſo eſſet genita:cum in ægyptum demũ ire ſtatuiſſet uel ad iubam potius ſe conuertere. Amici repudiatis iubæ rebus: utpote que nullius exiſtimationis:aut gloriæ futuræ eſſent: ægyptum ut adiret ſuadere non deſtiterunt. Conſcia curarum:amor corneliæ Pomp.nauigare coegit ad inſulam Leſbon: ubi repoſuerat eam. Mœſtior in mediis:in qua leſbo inſula o cornelia maiori



mœſticia uexabaris q̃ ſi eſſes in mediis theſſaliæ cãpis:nã maiora ſemp pericula animus diuinat. Qua titur:cõmouet:nũq̃ enim quiete dormire poterat. Theſſaliam nox ois habet.i.p ſomnos ſibi theſſalia obuerſabatur. Tenebriſq; remotis.i.exorta luce. Curris:uagaris p littora pſpiciens nũquid nauẽ uideres q̃ cladem nũciaret:quã tibi futuram animo pſuaſeras. Nutantia fluitantia & uentis agitata.

Quærere nec quicq̃ de facto cõiugis audes
En ratis ad ueſtros quæ tẽdit carbaſa portus
Quid ferat ignoras:ſed nũc tibi ſũma pauo
Nuntius armorũ triſtis rũorq; ſiniſter: (ris
Victus adeſt cõiũx:qđ perdis tẽpora luctus.
Cũ poſſis iã flere times. tũc puppe ppiqua
Proſiluit:crimenq; deũm crudele notauit.
Deformem pallor ducem uultuſq; premẽtẽ
Canitiem:atq; atro ſqualẽtes puluere ueſtes
Obuia nox miſeræ cœlum lucemq; tenebris
Abſtulit:atq; animũ clauſit dolor:oia neruis
Membra relicta labant:riguerũt corda diuq;
Spe mortis decepta iacet:iam fune ligato
Littoribus luſtrat uacuas põpeius arenas.
Quẽ poſtq̃ ppius famulæ uidere fideles.
Nõ ultra gemitus tacitos inceſſere fata
Permiſere ſibi fruſtraq; attolere terra
Semianimẽ conãtr herã quã pectore magn9
Ambit & afflictos refouet cõplexibus art9.
Cœpat in ſũmũ reuocato ſanguine corpus.
Pompeii ſentire manus mœſtãq; mariti
Poſſe pati faciẽ prohibet ſuccũbere fatis
Magn9 & imodicos caſtigat uoce dolores.

SVLPI. Nec audes q̃rere: ne qđ ſuſpicabaris audires:& qđ aius pſagiebat depræderes. Fato aduerſitatis. En ratis:cõmiſeratio ab ignoratione de Põpeio aduenie͂te:q̃q̃ Plutarchus inqt eũ cũ iſula hæſiſſet:iuxta littus ad ciuitatẽ nũtiũ miſiſſe:nõ q̃lẽ expectabat Cornelia q̃ ſpabat ex plio ad Dyrrachiũ geſto:illud unũ ſupeſſe põpeio ut cæſarem pſeq̃ret.Is igitr pluta lachrymis q̃ uerbo exprimẽs eã feſtinare iuſſit põpeiũ optaret aſpicere:naui ſola & aliena inuectũ.Ad hæc cũ ſe amẽs ſtrauiſſet non multo poſt uix cõpos mentis,pcurrit ad pelagus & a põpeio ulnis ſuſcepta .cõqueri cœpit. Tẽdit carbaſa:dirigit uela & curſum leſbõ. Quid ferat:fert enim põpeiũ uictũ qui eſt tibi dolor & nũtius. Sũma pauoris:appoſitio eſt: Quid pdis tẽpora abſtinebat.n.ne uideretur mala ominari. Proſiluit:celeriter naui occurrit:& aiaduertit põpeiũ itẽſum & ſqualidũ. Notauit:aduertit. Canitiẽ: canos. Sq̃lentes:decolores & infectas. Obuia nox miſeræ: Caligo pre merore exorta eã exanimẽ reddidit. Cœlũ lucemq;:claritatẽ cœli p endiadim. Clauſit animũ:oppſſit ſenſus & uiribus deſtituta ut exanimis cecidit. Neruis:uirib9. Riguerũt:nõ ſalierũt. nõ palpitauerũt ut uiuis ſolẽt. Decepta:nã in ſe rediit & nõ periit ut optabat. Iam fune ligato:põpeius in littus deſcendẽs & iter mitylenas uerſus arripiẽs ignarus illic in ppinquo adeſſe corneliã a famula uxoris tacito ploratu accitus eſt. Luſtrat uacuas arenas:circuit loca ſola. Nõ ultra gemitus tacitos:nõ niſi tacite & ſubmiſſe. Permiſere ſibi inceſſere fata:inceperũt in fata inuehi. Fruſtra:qa nõ poterãt. Ambit:ãplectitr. Refouet:recreat. Reuocato ſanguine in ſummum corpus:Natura in magno mœtu atq; dolore in altum tota demergitr & deſcendens ad cor ſanguinem quo uelut curru uehitur trahit.eo ſubtracto frigus in extremis membris: & humor dilutior cuti remanet:& ipſe palleſcit:remittente ſe mœtu ſanguis paulatim effundi incipit & ſic redit uigor & color. Poſſe pati:poſſe aſpicere:nam prius ad eius aſpectum ceciderat. Prohibet ſuccũbere fatis:mouet ut ſit magnanima & non cedat aduerſæ fortunæ. Caſtigat:uerbis arguit immoderati doloris q̃q̃ Plutarchus ait ipſam prius uerba feciſſe & poſtea a pompeio hortatam: & utriuſq; orationem commemorat.

COMNIBO. Quærere ne quicq̃:Et quia timebas id quod futurũ erat:ideo neminẽ audebas quærere de rebus in theſſalia geſtis:nã quando aliquid timemus etiã dubitamus quærere ne id forte intelligamus quod nolimus audire. En ratis:quæ oia tibi indicabit etiã tacenti. Nuncius triſtis:Qui etiã tacẽs tibi cladẽ mariti indicabit. Quid pdis:nã tẽpus eſt flendi:noli igitur hoc tẽpus uacuũ abire lachrymis tuis. Tunc puppe ppinqua:Sed cũ iam ppior factus eſſet Pom.& nauiculam cornelia uidiſſet: ipſumq; mœſtum:ſqualida barba:& demiſſis crinibus intellexit ex ipſo habitu uictũ eſſe. Notauit:ex habitu ap po. Crimen crudele deũ:Dicit deos crudeles fuiſſe:qui Pom.reip.amatorẽ uoluerit hac miſeria afficere. Deformẽ:quia pallor faciei ſignificabat rei euentũ. Præmẽtẽ. atq; atro.ſqua.p.quia dũ equitaret puluis erectus totã ueſtem ipleuerat. Obuia nox:ſtatim tenebræ oculis obortæ ſunt:& cecidit exanimis. Nox:uertigo quædam quæ naſcitur pre dolore. Atq; animũ clauſit:oppreſſit ut ſemianimis caderet. Neruis.ſ.contractis:ut quaſi mortua iaceret. Ri.corda.i.præcordia rigida facta ſunt. Diuq; ſpe.mor.qa mori ſperabat:ſed decepta eſt quia tandem ad ſe rediit:unde Oui.ait officiũ fecere pium:ſed iutile nobis indignor miſeræ nõ licuiſſe mori. Iam fune ligato.Pom.nõdum aduerterat uxorem cecidiſſe exanimẽ ſed ligata naue tendebat ad inſulam leſbon:ubi eſt mitylenæ in qua corneliam poſuerat. Quem poſtq̃ famulæ:Viderunt ſqualidũ triſtem & imundicia quadã obſitum ſicut his contingere ſolet qui in miſeria uerſantur:elata uoce cœperunt fata põpeii deplorare. Inceſſere fata:inuehi contra fata. Cœperat in ſummũ:& cum complexam teneret Corneliam Pompeius tandẽ illa ad ſe redire cœperit. Reuocato ſanguine:quia ubi nimius dolor inuaſerat:ſtatim ſanguis ad cor cõcurrit:ut auxilio ſit illi uitali mẽbro ideo extremæ partes corporis deſertæ a ſanguine frigeſcunt:nunc ergo dicit cũ rediiſſet ad ſe Cornelia: totus

ſanguis ad extremitatẽ corporis recurrerat. In ſummũ cor.i.in extremas partes corporis. Prohibet ſuccũbere fatis:& ubi uidit ad ſe rediiſſe uxorem pompeius cœpit eam conſolari nũc eam repræhendendo. nunc precibus rogando.

Nobile cur robur fortunæ uulnere primo.
Fœmina tãtorũ titulis inſignis auorũ.
Frãgis:habes aditũ mãſuræ i ſæcula famæ
Laudis i hoc ſexu:nõ legũ iura nec arma
Vnica materia eſt cõiunx miſer: erige mẽtẽ
Et tua cũ fatis pietas decertet:& ipſum
Quod ſũ uict⁹ ama:nã ſũ tibi gloria maior
A me qđ faſces & qđ pia turba ſenatus
Tãtaq; diſceſſit regũ manus:incipe magnũ.
Sola ſeq:deformis adhuc uiuẽte marito
Sũmus & augeri uetit⁹ dolor:ultia debet.
Eſſe fideles lugere uirũ.tu nulla tuliſti
Bello damna meo:uiuit poſt p̄lia magnus.
Sed fortũa perit qđ defles illud amaſti
Vocibus his correcta uiri uix ægra leuauit.
Mẽbra ſolo tales gemitu rũpente quærelas.
O utinã in thalamos inuiſi cõiugis iſſem.
Infœlix cõiunx & nulli læta marito
Bis nocui mũdo me pnuba.ducit erynnis
Craſſorũq; umbræ dæuotaq; mãibus illis.
Aſſyrios in caſtra tuli ciuilia caſus.
Præcipiteſq; dedi populos cũctoſq; fugant.
A cauſa meliore deos o maxie cõiunx.
O thalamis idigne meis hoc iuris habebat

ℭSVLPI. Nobile cũ robur:Puſillanimitatis cõiugẽ arguẽs eã a futura laude ad animũ erigẽdũ & ſe amãdũ & nõ deferendũ hortat᷑ atq; cura tuorũ maiorũ magnanimitate degeneras cũ fortiter tolerãdo miſerias meas & me nõ priſtinã fortunã amãdo atq; deflendo ppetuã laudã cõſequi poſſis. Titulis auorũ:uictoriis & magiſtratib⁹ Scipionũ. Erat enim Scipiõis filia qui ab illis clarioribus trahebat originẽ. Frangis robur:debilitas animi fortitudinem. Primo uulnere:prima aduerſitate:ante hac enim ſemp uſi fuerãt ſecũda fortuna. Habes aditum:habes inter feminas igreſſum & occaſionẽ ad æternã laudẽ quam neq; dicẽdo iure:neq; adminiſtrando rẽp.neq; re militari cõſequi potes:ſed ſola fide in miſeriis maritũ nõ deſerẽdo. Decertet cũ fatis:pugnet cũ aduerſa fortuna reſiſtatq; ei. Quod ſum uictus:qa ſum infœlix & miſerandus. Maior gloria:erit.n.ueri amoris argumentũ:& nõ te uiri amaſſe fortunã:ſed uirũ ipſum quẽ ab aliis deſertũ ſequaris. Faſces:cõſules. Tanta manus regũ:tot reges. Deformis:turpe eſt inquit uiuentẽ uirũ ita lugere:ut in morte eius nihil ad luctũ poſſit accedere. Vetitus augeri:cui quicq addi nõ poſſit. Vltima fides:ultimũ officium fidei cõiugalis. Tu nulla tuliſti dãna:habes patrẽ & maritũ icolumes quibus ſaluis lugere nõ debes. Fortuna:fœlicitas. Quod defles illud amaſti:Acri ſtimulo & magnanimã & ſui amantẽ reddit:nam ſi illã deflet uirum nõ amauit:ſi uirum amauit flere nõ debet. Eſt ergo ſimplex cõplexio:qua fateri cogitur nõ fortunam:ſed uirũ amaſſe:& ſtulte ſe flere. Correcta:caſtigata. Egra:debilis & infirma. Rumpente:emittente apherefis eſt. O utinam in thalamos:Cũ eõ fato ſegenitam norit Cornelia ut maritis infœlix ſit dolet qđ non nupſerit Cæſari inimicõ:ne tanta calamitate Põpeium afficeret:cui ut omnia ſint tutiora pœnas ſari dare & mori ſe auidam dicit. Iſſem in thalamos:nupſiſſem. Infœlix:infœlicitatẽ afferens. Bis:nũc & ſub priore marito.P.Craſſo.M.Craſſi filio. Erynnis pnuba:furia q̃ præfuit nuptiis meis & me comitatur. Craſſorũq; umbræ:manes patris & filii quibus ego addita ſum & qui me oderũt quod eis fui infœlix. Deuota:deputata:addita:tum quia cõiunxit:tum quia infœlix. Caſus aſſyrios:cladẽ ſimilẽ parthicæ. Dedi præcipites: præcipitaui & interemi. Fugaui deos:numinum fauorem a iuſta cauſa auerti. Indigne meis thalamis:tam infœlici coniuge.

ℭOMNIBO. Nobile cur robur:Pompeii cõſolatio quã uxori afferre ſtudet cũ repræhẽſione ꝙ nimia animi imbecillitate a maioribus ſuis degeneret:nam filia Scipionis erat:qui ab Aphricano Scipione inferiore originẽ ducebat deinde oſtẽdit unicã ſibi uirtutis occaſionem datã eſſe:neq; enim alia ſupereſt uia. Vnde uirtutem ſuã uxor:oſtendere poſſit:niſi in miſeria uiri:dicit enim nondũ antea fortunæ ſæuiciam ſenſiſti:& tamen cũ primũ aſperitas ſeſe oſtendit:ſtatim aio deficis. Titulis inſignis auorum.ſ.Scipionis filia:nam Scipiones ſuperior Aphricanus & inferior uiri illuſtres fuerunt.Publi.& Gn.Scipiones duo præſtantiſſimi duces:qui hiſpaniã populi Roma.imperio ſubegerunt. Primo uulnere. Quando ante fortuna nobis ſecunda fuit:nunc primũ in ipſo impetu fortunæ aduerſæ incipis deficere:contra maiorũ tuorũ uirtutẽ. Habes aditũ:nõ aduertis hac infœlicitate mea magnæ tibi oſtendẽdæ uirtutis oblatã eſſe occaſionem. Laudis in hoc ſexu.ſ.muliebri:nullũ eſt maius argumẽtũ laudis:q̃ miſeriam uiri ſi fortiter uxor tulerit:nõ enim poteſt ex adminiſtratione reipu.laudẽ aliquã comparare. Non legũ iura:in regenda repu. Nec arma:in exercenda diſciplina militari. Cõiunx miſer:eſt ſola materia mulieri:ut laudem acquirat ſi eius miſeriã fortiter tulerit. Et tua cũ fatis.p.d.i.pietas tua erga me uirũ tuum miſeria confectũ pugnet cõtra fortunam. Et ipſum ꝙ ſum uictus ama:Cũ in fœlicitate me poſitũ amaueris:nõ poteſt intelligi:utrũ amor ille uerus eſſet:nec ne:nunc autẽ ſi me amabis:nihil dubitationis erit:quin me ames. Ante ꝙ faſces:ut me:nõ cætera ornamenta amare uidearis. Tanta manus.i.tantus comitatus. Incipe magnũ ſola ſequi:tu nunc ſola ſequi debes Pompeiũ:quia antea me ſequebantur ſenatus:tot reges:tot tãtæq; clientelæ: Deformis adhuc.Senſus eſt:turpe eſt tantũ dolere adhuc uiuente marito:ut dolor augeri nõ poſſit in morte ſua. Sũmus & augeri uetitus.i.cui aliquid accedere nõ poteſt. Vltima.ſ.poſt mortẽ



uiri. Tu nulla tuliſti:ꝙ ego uictus fuerim:nihil ad iacturã tuã pertinet:nã habes uirũ tuũ incolumẽ:quẽ amabas & amare debueras:ſed ſi ita tu leges quaſi me amiſeris:tũc omnib⁹ oſtẽdas ꝙ nõ me:ſed ornamẽta mea potius amabas. Viuit poſt prælia magnus:& icolumis eſt:ergo aliud quærere nõ debes. Quod defles illud amaſti.Videris enim amaſſe fortunã ſecundã:quã defles:quandoquidẽ me incolumi tãtopere doles. Vocibus his:nũc dicit quẽ effectũ habuerit conſolatio Põpeii apud uxorẽ. Rũpente:pro crũpente emittente. O utinã in thalamos:cũ lachrymis legendũ eſt:o utinã:inquit nupſiſſem Cæſari:ut in domũ ipſius fortunã aduerſam tuliſſem:quandoquidẽ auctor eſſe debui maritos meos facere infœlices. Et nulli læta marito:imo triſtis:ſicut tibi:& craſſo iperatori adoleſcenti: qui ſub Cæſare militauerat in gallia:ſub quo anteq̃ corneliæ matrimonio ſe iũxiſſet:bellicis rebus magnã gloriã & laudem conſecutus fuit craſſus pater eius puinciã parthiam & Aſiã obtinuit:cũ tamẽ Rex parthorũ nullã iniuriã populo Romano feciſſet:ſed hæc cauſa tantũmodo ad bellũ impulit craſſum quia cupiebat aurũ eius auferre: cuius auidiſſimus erat:& in cõparando exercitu filiũ ſuum a militia Cæ.deduxit & cũ in parthiã ueniſſet:qa parum cautus iperator eſſet in inſidias præcipitatus eſt:& ſagitis parthorũ obruptus. Bis nocui mundo:ſemel craſſo:nunc tibi o magne. Pronuba:dicit᷑ quæ ſpõſam comitatur prima nocte in thalamum uiri. Erynnis:unã ex furiis inferorũ dicit fuiſſe pronubã quæ ſe in thalamos primũ craſſi:deinde Pompe. comitata fuerit. Vmbræ.ſ.dixerũt:ideſt umbra mariti mei craſſi:& patris eius. Aſſyrios:nã parthia eſt aſſyriæ ps ubi Ninus regnauit. Indigne tha.qa merueras fœliciorẽ uxorẽ.Hoc iuris:uidelicet ut te opprimeret.

In tantum fortuna caput:cur impia nupſi
Sic miſerum factura fui:nunc accipe pœnas
Sed quas ſpõte luã:quo ſit tibi molli⁹ æquor
Certa fides regum:totuſq; paratior orbis:
Sparge mari comitẽ mallem felicib⁹ armis
Dependiſſe caput nunc clades deniq; luſtra
Magne tuas ubicunq; iaces ciuilibus armis.
Noſtros ulta toros ades huc atq; exige pẽas
Iulia crudelis placataq; pellice cæſa
Magno parce tuo ſic fata iterũq; refuſa
Cõiugis in gremium cũctorũ lumina ſoluit
In lachrimas duri flectũtur pectora magni
Sicaq; theſſalia confudit lumina leſbos.
Tunc mitylenenẽ pleno iam littore uulgus
Affatur magnũ.ſi maxima gloria nobis
Semper erit tanti pignus ſeruaſſe mariti
Tu quoq; deuotos ſacro tibi fœdere muros

ℭSVLPI. In tantũ caput:i tãtũ uirũ. Spõte:mirã hoc uerbo pietatẽ oſtendit. Mollius:trãqllius. Certa fide regũ totuſq; paratior orbis:ut nullus a te deficiat & qſq; faueat tibi. Paratior:obſequentior. Sparge mari:obrue me in fluctibus.Mallẽ fœlicibus armis:utinã pro tua uictoria periſſem. Luſtra:expia purga cede mea & his inferiis. Vbicũq; iaces;Apoſtrophe ad Iuliã:quã in odiũ adducẽs ciuili clade ultã fuiſſe dicit cõiugium ſuũ. Placata:mitior facta. Pellice cæſa:occiſa me quæ ſum pellex tua & tuo uiro cõiuncta. Parce:abſtine nocere. Tuo:quẽ tibi amandũ relinquo. Duri flectunt᷑ pectora magni:Põpeii cõſtantia cõmota eſt hic ad lachrymas qbus in pharſalica clade abſtinuit. Sicca:quæ nõ fleuerũt. Tũc mityleneũ; Multitudo leſboꝝq; cõuenerant uæhementer Pompeiũ orauit ut honoris gratia ſaltẽ unã ibi noctẽ hoſpitaretur. oſtendẽſq; ei locũ eſſe tutũ & fidũ:oĩa tam priuata q̃ publica ei offert & ut eis utatur orat.Exordit᷑ aũt a beniuolẽtia glorioſum officiũ ſuũ ſine arrogãtia cõmemorando.Tũ petii.Inde cõfirmãs & refutans quæ obiici poſſent p amplificationẽ & miſerationem cõcludit. Pignus:Corneliã uxorẽ. Dignare muros deuotos:fac dignam ciuitatem tuam. Sacro fœdere:hoſpitali beneficio.

ℭOMNIBO. Caput.i.tanti uiri:q ſemp uictoriã ex hoſtibus cõſeq̃ ſolebas. Nũc accipe pœnas.i.cũ tibi tãtũmodo iũcta ſum:ſume pœnas de me. Quas ſpõte lunã.Ego libẽs inqt patiar pœnas:ut me morte mea incipiãt tibi uẽri eẽ ſecũdi:ſcis.n.me comite oĩa tibi aduerſa fuiſſe. Mollius.i.tranquillius. Certa fides regũ:ut reges fideles ſint tibi:Orbis obſequẽs erit tibi ſi ego piero. Sparge mari.i.fluctib⁹ maris merge me. Depẽdiſſe caput.i.caput meũ dediſſe neci.Cũ adhuc eẽs i fœlicitate. Nũc clades:quãdo nõ peni adhuc te fortũato:peã certe ãteq̃ oĩo te ſæua fortũa pmat. Luſtra:purga clades tuas morte mea. Vbicũq; iaces.Cõuertit᷑ ad Iuliã:ades nũc o iulia ſi rata es Põpeio:ꝙ ei nupſerim & nũc morte mea patrẽ tuũ Cæſarẽ placa:ne amplius ſæuiat cõtra Pom.crudelis:Quæ nimiũ ſæuis cõtra uirũ tuũ irata ꝙ ego illi nupſerim. Pellice.ſ.me.pellex pprie dicit᷑ quæ alieno uiro cõiungit᷑ & dicitur a pelliciẽdo:quia blãdiciis pelliciat ad ſe alienũ uirũ. Cũctorũ lumina ſoluit.i.lachrymis oĩbus cõmouit q aderant:quia plena cõmiſerationis erat. In lachrymas duri:& ipſe Põpeius:qui fortiſſimus erat:& q ſine lachrymis cladem pharſalicã tulerat a lachrymis tẽperare nõ potuit. Sicca.i.ſine lachrymis. Leſbos.i.cornelia quæ in leſbo erat. Tũc mityleneũ:poſtq̃ Põpeius corneliã uxorẽ ppemodũ cõſolatus eſt:& ad ferendã fortunã fortiter excitauit:iãq; oĩs mitylenæ populus i littora effuſus erat:ut honoris gratia Põpeiũ excipet:& ipſum orare iſtituerat ut uel una nocte i urbẽ ſuã pnoctare uellet. Hãc mitylenæorũ inuitationẽ PõPeius gratiſſimã habuit.Sed excuſauit celeritatẽ:ꝙ in ea re ipſis morẽ gerere nõ poſſet:Cũ maiora negocia iminerẽt. Mitylenæũ uulgus:poſſeſſiuũ ẽ p prio:nã mitylenẽſe dicere debuit:ſicut a Verõa ueronẽſis:ſed nõnũq̃ poetæ:imo ẽt oratores & hiſtorici poſſeſſiuũ p prio põere cõſueuerũt.Format᷑ ãt i græcis noibus poſſeſſiuũ hoc modo.Nomẽ deſinẽs in ĩ mutat ĩ in diphtõgũ.αι:addita eos facit apud græcos:apud latinos adita us poſſeſſiuũ:ut cyrene cyrenæus

Tanti pignus ſeruaſ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſe mariti:uxorē uiro acceptam & obſequentē:nam uiro nil carius eſſe poteſt uxore obſequēti ex ſentētia phocylidis. Tu quoq;:ſicut uxor diu apud nos habitare dignata fuit. Deuotos:deſtiatos:& tibi debitos.

Oramus ſocioſq; lares dignare:uel una
Nocte tua:fac magne locū qua cūcta reuiſet
Secula quē ueniens hoſpes roman⁹ adoret.
Nulla tibi ſubeūda magis ſunt mœnia uicto:
Omnia uictoris poſſunt ſperare fauorem
Hæc iā crimē habēt:qd qd iacet iſula ponto
Cæſar eget ratib⁹:pcerū pars magna coibit
Certa loci:noto reparādū eſt littore bellum.
Accipe templorum cultus aurumq; deorum
Accipe ſi terris ſi puppibus iſta iuuentus
Aptior eſt: tota quantum ualet utere leſbo:
Accipe:nec cæſar rapiat:tu uictus habeto:
Hoc ſolum crimē meritæ bene detrahe terræ
Ne noſtrā uideare fidem:fœlixq; ſecutus
Et damnaſſe miſer.tali pietate uirorum
Lætus:in aduerſis & mundi noīe gaudens
Eſſe fidem:nullum toto mihi dixit in orbe
Gratus eſſe ſolum nō paruo pignore uobis
Oſtendi:tenuit noſtros hac obſide leſbos
Afectus:hic ſacra domus chariq; penates
Hic mihi roma fuit nō ulla ī littora puppim:
Ante dedi fugiens ſæui cū cæſaris iram
Iam ſcirem meritam ſeruata cōiuge leſbon
Non ueritus tantam ueniæ cōmittere uobis
Materiam ſed iam ſatis eſt feciſſe nocentes.

¶ SVLPI. Lares ſocios:regiā in qua tua uxor eſt hoſpitata. Fac magne locū:orna & cōſecra locū hoſpitii tui quē omnes poſteri adorabūt. Reuiſcent:ad uiſcendū redibūt & eſt ſuaſio a laude futura. Nulla tibi:ſuaſio a fidelitate præſtita. Nā reliq loca ſalutē a Cæſare ſperare poſſunt:hūc ſolū:quia ſuſcepit Pōpeii cōiugem oderit. Crimen:hoſpitii culpā. Quid qd:ſuaſio a tuto:qa Cæſar inſulā expugnare nō pōt. Procerū:locus ab honeſto. Coibit:cōueniet ut bella reſarciāt. Accipe templorū: a libertate & prōpto auxilio cōciliatio. Cultus: ueſtes ſtatuas tabulas. Aurū:uaſa & laminas. Si terris:ſi puppibus:accipe ſiue terra: ſiue mari eorū opera uti uelis. Quantū ualet:q̄tum pōt facultatiſq; habet. Ne cæſar rapiat: qd nobis moleſtiſſimū eſſet. Hoc ſolū crimen:hanc culpā a nobis de te bene meritis auerte ne uidearis noſtrā fidē cui in fœlicitate te credidſti:in tua miſeria præ noſtra leuitate dānaſſe. Meritæ bene:quæ in te hoſpitale beneficiū contulit. Mūdi nominis:pro toto mūdo:ē enim res mira fides in calamitoſum. Nullū toto mihi dixit in orbe:plena gratitudine oratio in qua oſtendēs quanti eos fecerit quāq; ſibi ſint chari mirifice laudat & deſinit in cōmiſerationē. Nō paruo pignore:littore intelligiq; uxorē illic depoſitā.

Affectus:curas amoreſq; meos. Hac obſide:Cornelia quaſi in pignus fidei data. Penates:deoꝝ domeſticoꝝ imagines. Roma:patria. Ante dedi: prius aduexi. Leſbon meritā irām cæſaris:quæ merito cæſari erit inuiſa obſeruatā cōiugem meam. Non ueritus:nō dubitans. Materiā ueniæ: cāmq; beneficii. Virg. Orantes ueniam & templū clamore petebāt. Fec ſſe nocētes:reddidiſſe inuiſos tāq ſi cæſari nocuiſſetis.

¶ OMNIBO. Vel:pro ſaltem:nam polyſemus ſermo eſt:uel ſignificat:aut etiā & ſaltem:uel pro certe nōnūquam ponitur. Fac magne locū:cuius deſiderio omnes moueantur:ueneratione quadam ſeruatæ fidei:ꝙ in rebus aduerſis fidem tibi ſeruauerit. Oia uictoris: Cætera oppida ſi te non acceperint ſperare poſſunt Cæſaris gratiam:at uero nos iam in culpa ſumus: quia uxorem tuā fideliter ſeruauimus. Omnia.ſ.alia mœnia. Poſſunt ſemper.ſ.uidelicet ſi te non acceperint. Crimen:ideſt culpam habent:quia ſeruauimus tuam uxorem. Quid.ſ.dicendū eſt ad hoc ꝙ ponto tuta eſt:& inſula noſtra in medio mari poſita:& Cæſar naues paratas nō habet:ut ſe huc conferat. Procerū pars magna co. Deinde ſi comites uis habere ſenatores:qui ſuperſtites ſunt:dubitare nō potes quin huc omnes ueniāt:ſciunt enim hic eſſe corneliam:& ueriſimiliter:te quoq; recepiſſe. Coibit:conueniet huc. Fatum:fortuna tua. Noto:tibi ac tuis: Accipe templorum cultus:Et ut intelligas quo erga te animo ſumus parati ſumus omnia in tuā poteſtatem cōmittere:templa quoq; deoꝝ cum ornamentis auro & argento:& quicquid ibi eſt tuum eſſe uolumus. Si terris ſi puppibus:iuuentutē noſtrā ſcito tibi obſequentiſſimā eſſe ſiue mari:ſiue terra uſum ipſius accipere malis:nam quia in mari erant:maritimis rebus aſſueti erant. Terris.i.terreſtri bello. Puppibus:nauali bello. Hoc ſolum crimen:unū eſt quod præ cæteris te exoratum uolumus:uidelicet ut hanc ſuſpitionem de nobis adimas: Ne dum fœlix eras uidearis nobis eſſe confiſus:tunc cum apud nos uxor tua fuit:poſt uero acceptam cladem cū iam te aduerſa præmere incipiant:nobis cōfidere non poſſe uideare:nam ſi noſtra mœnia intraueris:nullam huiuſmodi ſuſpitionem habebimus. Crimen.i.culpam & ſuſpitionē. Benemeritæ terræ:ſcilicet noſtræ quæ de te benemerita eſt. Fœlix:dum in fœlicitate eras. Miſer:poſtq̄ in miſeriam ueniſti. Tali pietate uirorum hæc oratio plena liberalitatis fuit mitylenæorum:nunc dicit q̄ grata fuerit Pompeio eorum pollicitatio. Lætus:reſponſio Pompeii eſt ducētis q̄ grata ſit mihi ciuitas ueſtra ex hoc cognoſcere poteſtis: qd pignus apud uos quod carius eſſe poteſt repoſuerim. Nomine:ideſt cauſa Cicero in ſecundo epiſtolarū. Quamquam me nomine negligentiæ:ideſt cauſa. Nomine mundi:uidelicet ꝙ in aliqua mundi pte fides inueniretur & eſſe diceretur. Leſbos tenuit affectus.i.amores noſtros ſeruauit. Hac obſide:demōſtrātis ē. Hic mihi rōa fuit:nā leſbō loco urbis romæ habui. Nō ulla ī littora:Præterea nō ſolū ex hoc cognoſce



re poteſtis: quod uobis commendauerim corneliam me uos amare: uerum etiam quod uictus ſtatim ad uos me recepi:ut facile omnibus apparere poſſit:quantam uobis fidem præſtiterim. Cæſaris iram: colligebam ex eo quod meam comitem ſeruaueritis meruiſſe uos: ut Cæ. uobis iratus eſſet. Tantam ueniæ materiam:ideſt tantam occaſionem beneficii nam ueniam pro beneficio poſuit ut Virgi. Satis eſſe feciſſe nō. quod Cæ. uobis in feſtum fecerim collocando corneliam apud uos.

Fata mihi totū mea ſunt agitāda per orbē.
Heu nimiū fœlix æterno noīe leſbos
Siue doceſ populoſ regeſq; admitteſ magnū
Seu pſtas mihi ſola fidē nā q̄rere certū eſt.
Fas qbus i terris ubi ſit ſcelus accipe numē
Si qd adhuc mecū es uotoꝝ extrema meoꝝ
Da ſimiles leſbo populos q marte ſubactū
Nō intrare ſuos infeſto cæſare portus
Nō exire uetent.dixit mœſtāq; carinæ
Impoſuit comitē cūctos mutare putares
Tellurem patriæq; ſolū ſic littore toto
Plāgitur iſeſtæ tēduntur ī ethera dextræ
Pōpeiūq; minus cuius fortuna dolorem
Mouerat aſt illā quā toto tēpore belli
Vt ciuem uidere ſuā diſcedere cernēs
Ingemuit populus quā uix ſi caſtra mariti
Victoris peteret ſiccis dimittere matres
Iam poterant oculis tanto deuinxit amore
Hoſ pudor hoſpitaſ caſtiq; modeſtia uult⁹
Q d ſōmiſſa nimiſ nulli grauiſ hoſpita turbæ
Stātis adhuc fati uixit quaſi cōiuge uicto
Iā pelago medios titan demiſſus ad ignes.
Nec qbus abſcōdit nec ſi qbus exerit orbē.
Totus erat uigiles pōpeii pectore curæ
Nūc ſocias adeūt romani fœderis urbes
Et uarias regū mentes nūc inuia mūdi
Arua ſup nimios ſoles auſtrūq; iacentes

¶ SVLPI. Fata mea ſunt agitanda:ego ſum exercendus & erraturus. Aeterno nomine. æterna fama ſeruatæ fidei ſiue alii idem fecerint ſiue tu ſola fueris mihi fida. Certum eſt: decreui qui fidi infidiq; ſint explorare. Accipe numen: deos ſi quis eſt ei propitius precatur. Similes: tam fideles ut leſbos. Non uetent intrare:ſinant ingredi Cæ. perſequente & meo arbitrio ſinant abire. hiſq; dictis eos uictori parere ſuaſit: inque eo qui clemens & æquus eſſet fidere ut ait plutarchus. Comitem: corneliam. Cunctos mutare tellurem: omnes mityleneos in alias terras migrare. Plangitur.manuum ictibus fletur. Infeſtæ: in deos præ dolore immiſſe. Pompeiumq; minus: multo magis diſceſſu corneliæ quam pom. aduerſitate dolebant.

Quam uix: quum etiam ſi ad uictorem maritum iuiſſet non ſine lachrymis dimiſiſſent. Deuinxit: ligauit. Pudor:uerecundia. Submiſſa: humilis. Hoſpita turbæ. blande uulgus excipiens: Stantis adhuc fati:cum adhuc fuiſſet in felici ſtatu ſic uixit ac ſi eſſet in infelici: aduertenduſq; dicendi modus:ſtantis fati hoc eſt ipſa quæ erat in ſtatu. Iam pelago: cronogrophia. Demiſſus ad medios ignes: demerſus ad dimidium ſui corporis. Qui bus abſcondit: nobis. Si quibus exerit: antipodibus quibus oritur quum nobis occidit. Vigiles pom. pectore curæ pom. meditabatur an ad ſocias p.r. urbes an ad reges confugeret an in deſerta libyes iret. Adeunt. cogitat. Ait enim: appianus aſſumpta cornelia uxore triremibus quattuor comitatus quæ a rhodiis & tyriis ad eum uenerant corcyram tunc quidem & libyam prætereuectus eſt: quo in loco exercitum alium & nauticos habebat apparatus ad orientem itaq; uerſus parthos ueluti ab illis opem petiturus nulli patefacto interim conſilio adire ſtatuit quod ciliciæ propinquus cum amicis aperuiſſet illi diſſuaſerunt. Socias: confederatas & liberas. Varias: mutabiles nihil enim habent amicum præter utile. Arua inuia: deſerta libyæ & æthiopiam.

¶ OMNIBO. Fata mihi totum:nunc maiora inſtant. ut experiar totum orbem: quæ nam ſit fortuna mea:& nunquid apud alias gentes fidem inueniam. Heu nimium felix:nam ſi ali fidem ſeruabunt: felix es quod omnes exemplo tuo fecerint.ſin aliter fides tua præſtantior erit quod ſola fidem ſeruaueris. Heu eſt quaſi admirantis. Seu doces populos:ſcilicet ſeruare fidem exemplo tuo. Nam quærere certum:quia conſtitui quære ubi iuſtitia ſit & iniuſtitia. iuſtitia ſi me ſeruauerint & acceperint fideliter. iniuſtitia & impietas.ſi contra me proditione utentur. Fas. iuſtitia. Scelus. ideſt perfidia. Accipe numen: nunc ſuam orationem ita concludit pom. ut primum deos obteſtetur:ſi quis adhuc deus mecum eſt:quaſi omnes alii a me diſceſſerint:illum oro ut faciat mihi alios populos non aliter ſeruare fidem quam leſbos ſeruauit: ut ſine intrare uelim:ſine exire.mihi ſemper limina pateant. Numen.ideſt deus. Non intrare. Vtrunq; dixit non uetent intrare.nec exire: ſicut fecit leſbos. nam ptolemæus non uetuit intrare: ſed uetuit exire.

Mœſtumq; carinæ impo. cum pompeius diſcederet cum comite ſua: non aliter lacrhymas de digreſſu ſuo mitylenæi dabant. quam ſi omnes relicta patria in alienas regiones migrarent. Mutare tel. ire in exilium. Sic:ideſt uſq; adeo plangitur. Infeſtæ. iratæ: Pompeiumq; minus: tam & ſi ipſis moleſtus fuerat diſceſſus pompei. tamen aliquanto moleſtus diſceſſum corneliæ tulerunt ob humanitatem & liberalitatem mulieris: cuius uirtute ac manſuetudine omnes ſibi deuinxerat. Minus: quam corneliam. Cuius fortuna tametſi ipſe auctor erat & cauſa doloris. Quam toto tempore: nam commiſeratione ipſius mouebantur populi omnes, ꝙ uidelicet de ſummo & grandi loco ad tantam clamitatem deueniſſet. Ciuē

quia ita complectabant eã:quaſi una ciuis eſſet. Quĩ ſi nec mirũ:ſi in diſceſſu ipſius fleuere matronæ:nam ſi et ii uir fuiſſet uictor:nõ poterant uidere illã ſine lachrymis diſcedere. Peteret ea.m.ſi ad læticiã iret:nõ ad mœrorem. Tanto.d. amore:ratio quia diuerſis uirtutibus ſuis cornelia omnes ſibi miro quodã amore deuinxerat. Caſtiq; mo.uultus:quia innatã uultu habebat quandã modeſtiã:ut cũ omnes dignitate præſtaret.humilibus quibuſq; par eſſe uideret. Summiſſa:remiſſa.quia ſe humilibus æquabat. Nulli grauis.immo ſuauis:quanuis adhuc in felicitate eſſet. Turbæ. Ignobili uulgo & multitudini. Stantis adhuc fati:quanuis adhuc eſſet in fœlicitate. Iã pelago medios.deſcribit tempus quo pompeius nauigans:animũ in diuerſas curas iactabat.animo conſyderans an urbes peteret an reges an populos:& ſecũ animo uoluens quibus magis crederet.dicit enim nõ animo ad occaſũ deſcẽderat ſol.quia dimidius ſolis erat in hemiſperio noſtro.& in hemiſperio inferiori:tũ cũ aduerſis curis animus pompei diſtrahi cœpit ad quos proficiſceret populos Nec quibus abſcondit:ſcilicet nobis. Nec ſi quibus exerit.ideſt aperit antipodibus. Ad medios ignes.ideſt ad medios orbes igneos quia igneus eſt ſol. Adeunt.ideſt intendunt ad urbes. Socias.r.ſ.ideſt coniunctas fœdere romanis: Varias mentes.r.q; reges ſolent uarii eſſe atq; diuerſi. Inuia arua:libyã ſignificat. Auſtrũq; iacentẽ:ideſt depreſſũ reſpectu ſeptentrionis.

Sæpe labor mœſtus curarũ:odiumq; futuri
Proiecit feſſos incerti ponderis æſtus:
Rectoremq; ratis de cunctis conſulit aſtris:
Vnde notet terras:quæ ſit menſura ſecandi
Aequoris in cælo:ſyriam quo ſydere ſeruet:
Aut quotꝰ i plauſtro libyã bene dirigat ignis
Doctus ad hæc fatur taciti ſeruator olympi.
Signifero quæcunq; fluunt labentia cœlo
Nunquam ſtãte polo miſeros fallẽtia nautas
Sidera non ſequimur:ſed q nõ mergit undis
Axis inoccidus gemina clariſſimus arcto
Ille regit puppes: hic quũ mihi ſemper i altũ
Surget & inſtabit ſũmis minor urſa ceruchis
Boſphoron:& ſcythiæ curuantẽ littora põtũ
Spectamus: quicqd deſcẽdit ab arbor ſũma

SVLPI. Sæpe labor meſtus ægritudo animi laborans repellebat tediũ ſolicitudinũ & rerũ futurarũ. Aeſt' feſſos:defatigatas cogitationes. Conſulit.interrogat. Vnde notet.a quibus aſtris qua ratione. Quæ ſit menſura ſecandi equoris.quæ aſtra obſeruando nauiget. Seruet ſyriã:dirigat curſus in ſyriam.ad quam euntibus arcto occidit. Quotus ignis in plauſtro.quota ſtella in urſa maiore quæ minore eſt lucidior.& proprie plauſtrũ eſt appellata a forma & poſito ſeptẽ ſtellarũ:ex quibus conſtat. Seruator olympi:magiſter nauis ſtellarũ contemplator. Signifero:nõ ſtellas quæ occidunt ſed ambas arctos quæ in cœli uertice ſemper apparent nautas obſeruare dicit. Labentia.labendo occidentia: Signifero:ferenti multa ſigna tũ in Zodaico tũ extra. Fluunt.diſcurrunt tã motu externo quã proprio. Nunquã ſtante ſemper ſe mouente. Axis inocciduus.populus arcticus qui ſemper apparet. Gemina arcto:maiore & minore urſa quam draco appellat'. Surget:apparebit. Inſtabit ſummis ceruchis:imminebit ſummis cornibus antennarũ dirigimur in boſphorũ & mare euximũ.ceruchi dicti a κεράσ quod eſt cornu,& χέω fundo de his Virgi. intellexit quũ dixit cornua uelatarũ obuertimus antennarũ. nã aſclepiades ut ſcribit macrobius libro quinto ait naualis ueli partẽ inferiorẽ paterã uocari:at circa mediã ferme partẽ dicit ſummã uero partẽ catcheſiũ nominari.& inde diffundi in utrũq; ueli latus eaq; cornua uocant': Boſphorõ & thraciũ & cymmericũ nã duo ſunt unus ad bizantiũ alter ad paludes meotides. Pontũ; euxinũ mare circa quod eſt ſcythia. Quicqd:quãtulũcũq; arctophylax erit inferior malo & urſa minor erit mari uicinior in ſyriã nauigãus

COMNIBO. Sæpe labor mœſtus.aliquando etiam uidebatur obliuiſci huiuſmodi curarum & loquebatur cum gubernatore:petebatq; quibus ſtellis uterentur nautæ:cum diuerſa loca nauem intendere uellent. Mœſtus curarum.i.propter curas:ſicut feſſus rerum. Odiumq; futuri.ſ.fati. Feſſos æſtus:æſtus appellat cogitationes & fluctuationes mentis ambiguas & comparat fluctibus maris ſicut Virgi. æneas nario curarum fluctant æſtu. De cunctis aſtris:quibus ſtellis utitur in nauigatione. Vnde:a quibus aſtris Secandi æquoris.i.nauigandi:nam ex ſyderibus & menſura ſtellarum intelligunt nautæ qua parte maris:& quanto ſpacio nauigauerint & nauigaturi ſint. Syriam quo ſydere dic mihi qua ſtella nauigatur in ſyriam. Libiam.i.qua ſtella dicitur nauigari in libyam.nam tendere cogitabat in libyã pom.ad regem iubam. Quotus ignis.nam maior urſa meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis.ſed minor urſa ſeptentrionem uerſus ambitur capite ſerpentis:nunc ergo dicit quotus ignis,quia ſerpens ipſe ſeptem ſtellas habet:quæ imaginẽ ipſius oſtendunt:habet unã in humero.alterã in pectore:tertiã in dorſo quartã in uentre tres autẽ in cauda. Sunt etiã aliæ ſtellæ lucentes quæ has ſeptẽ præcedunt:unde ſtella eſt quã uulgo occiduã uocant.per antiphraſim.quod nunquã occidat.hanc dicunt aſtrologi eſſe ſole ualde maiorẽ:quanuis nõ ita uideat'. nã remotiſſima eſt a nobis:ut nec ſplendorẽ ſuũ oſtendat. Quotus ignis.prima uel ſecunda uel tertia in plauſtro. Doctus ad hæc fat'.introducit nunc reſpondere põ.gubernatorẽ nauis qui peritus erat eiuſmodi artis. Seruator taciti olympi.i.nocturni cæli. Signifero cæl.i.ſtellato nolim exiſtimes me o põ.ſeruare ſtellas omnes:& præcipue errantes:ſicuti nõnulli gubernatores:qui ita errant.ſicut & ille ſed tantummodo ſtellas ſeptentrionales circa polũ uertentes:quæ nunquã occidunt. Polo:cælo pars pro toto.quia polus nunquã ſtat:ſed ſemper uertit' ideo ἀπὸ λέω:uerto deriuat'. Labentia.errantia. Axis inocciduus.ſeptentrionalis qui nunquã occidit. Gemina arcto.maiori urſa & minori.maior urſa (ut ante



dictum)meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis.nam ſerpens in modum.S.litteræ inter utranq; urſam fluit.maior cauda:minor uero capite cingitur.quæ helice appellatur:& cynoſura: Hic:ſcilicet axis:ideſt minor urſa quæ plauſtrum uehit. Summis ceruchis:cum urſa minor uidebitur perpendiculariter in ſummitate mali ferre plauſtrum nunc nobis curſus erit in boſphorum ſcythiæ nam duo:ſcilicet boſphorus trhacius qui & byzantius dicitur.alter cimmerius in aditu paludis meotidos.in ſcythiam uergens:& dicitur eo quod iuppiter in formam bouis conuerſus uexit europam de phœnicia in græciam & de nomine puelle appellauit europam tertiam orbis partem:unde & ſimilitudinem illius eſt boſphorus ſcythiæ appellatus:At ut inquit Strabo os byzantiacum thracius boſphorus appellatur.cimmerius uero boſphorus dicitur quodcunq; meotidis paludis hoſtium continet:dictus cimmerius quaſi cimbribus.quod cimbri errabundi militiam ſuam ad meotim uſq; agitarint. Pontum inſulam in qua mithridates regnauit. Ceruchis:ideſt antemna & ſummitate mali.in qua ſũt cornua quibus uela ſuſpenduntur ut Virgi.cornua uelatarum obuertimus antemnarum & dicitur κερούχοσ cornutus a κέρασ cornu.& ἔχω habeo. Quicquid deſcendit:ab arbore ſumma.reſpondet illud quod pompeius petierat ſuperius.ſcilicet ſyriam quo ſydere ſeruet:ſed non nihil plauſtrum declinauerit & ſummitate mali:tunc petimus ſyriam.

Arctophilax propiorq; mari cynoſura feretur
In ſyriæ portus tendit ratis inde canopos
Excipit auſtrali cœlo contenta uagari
Stella timens boreã illa quoq; perge ſiniſtra
Trãs pharon in medio tãget ratis æquor ſirti
Sed quo uela dari quo nũc pede carbaſa tẽdi
Noſtra iubes:dubio cõtra cui pector magꝰ
Hoc ſolum toto reſpondit in æquore ſerua
Vt ſit ab æmathiis ſemper tua longius oris
Puppis & heſperiam pelago cæloq; reliquas
Cætera da uentis comitem pignuſq; recepi
Depoſitũ tunc certus eram quæ littora uellẽ
Nunc portum fortuna dabit,ſic fatur at ille.
Iuſto uela modo pendentia cornibus æquis
Torſit & in læuum pupim dedit utq; ſecaret
Quas aſinæ cautes & q̃s chios aſpat ũdas.
Hos dedit in prã tenet hos i puppe rudẽtes
Aequora ſenſerũt motus aliterq; ſecãte
Iã pelagus roſtro nec idẽ ſpectãte carina
Mutauere ſonũ nec ſic moderator æquorũ
Dexteriore rota leuũ quũ circuit axem
Cogit inoffenſæ currus accedere metæ.

SVLPI. Arctophylax:bootes qui eſt ita uicinus arctis ut eius ſiniſtra manus neq; oriri neq; occidere uideatur. Cynoſura.urſa minor quæ bootæ oppoſita eſt. Canopos:ſtella auſtralis ingens & clara noſtris regionibus ignota eius meminit plinius libro ſexto.& uictruuius libro nono. Inde incipit.ultra ſiriam obſeruamus canopum quæ meridie extremo decurrit & metuit ne borea nubes impellente obſcuretur. Illa.canopo ſiniſtra ſi ultra ægyptum nauigaueris defereris i ſyrtes libycas. Quo pede:fune quo tenditur uelum. Carbaſa tendi:dirigi uela quæ dicta ſunt a carbaſo genere ſubtiliſſimi lini. Serua:prouide. Sit longius.ſit remotiſſima. Da uentis.commite fortunæ. Comitum pignuſq; recepi depoſitum:hoc eſt corneliam mecum habeo. Iuſto modo.pari altitudine & planitiæ. Torſit.in læuam flexit. Aſinæ cautes:ſaxa & ſcopuli aſinæ opiduli quod eſt in ſinu meſſenio: Qui ab eo aſineus dicitur.eiuſdem nominis alia eſt harmonica ut ait Strabo libro octauo. Chios:inſula leſbo uicina theopompi patria quæ paruo freto ab aſia diuiditur: Aſperat:reſonare facit ob ſcopulos in quibus illiduntur. Dedit.protendit. Rudentes.firmos funes. Senſerunt motus.nam conuerſa naui conuerſa eſt & nauigatio. Roſtro:prora. Nec ſpectante idem.nec conuerſa eundem in locum. Sonum:fragorem quem eunte naui emittunt. Moderator equorum auriga in curruli certamine. Quum læuum circuit axem.quam a dextra in ſiniſtram currum conuertit ut breuiore gyro metam intactam circumeat quo enim propius metam currus acceſſerit eo citius peruenit. Accedere.uicinos fieri. Inoffenſæ.intactæ illeſæ.

COMNIBO. Propior mari.i.quantuluncunq; plauſtrum declinauerit a ſummitate mali.capite ferire uidebitur maris undas tunc ſpectamus ſyriam.& eo nauem dirigimus. Arctophylax:bootes cuſtos urſæ. Cynoſura:quem ſuperius appallauit arctophylacem nunc cynoſuram. Propior ma. unum ſequitur ex reliquo nam quãto magis declinata ſummitate mali:tanto magis uidetur apropinquare mari. Inde canopos ſydus ex(ut ait i ſexto pli.)ingẽs & clarum:eſt autem in meridionali plaga:ad cuius contemplationem ait nauta:ſe nauem dirigere a ſiniſtra trans ægyptum:a medio tendit ad ſyrtes. Stella timens boream:quo ſpernante denſat' nubes:quibus ille obſcurat':nã cũ ſit in auſtrali plaga meridiẽ uerſus timet boreã qui nubes cotrahit in meridiẽ quibus illa obtegit'. Trans pharõ.i.ultra ægyptũ.reſpondet ad illud quod interrogauerat põ.uidelicet qua ſtella meridiẽ petat. Illa ſiniſtra.ſ.canopo ſtella apparente in parte ſiniſtra nauis. Syrtes.cui contigua eſt ægyptus. Sed quo uela dari cũ põ.& gubernator nauis ita inter ſe quaſi confabularent':de ſignis cæleſtibus & ad omnia quæ põ.quæſierat reſpondiſſet poſtea interrogat cũ quã in partẽ potiſſimũ nauigare deberet:ad hæc põ.reſpondit incertus ad quẽ locũ prius nauigaret quocũq; inquit nauẽ & curſũ dirigito dummodo procul a cãpis æmathiis nauiges nos deinde in fluctus fortuna reget. Quo nunc pede carbaſa.tendi idẽ dicit. Carbaſa.uela ſunt dicta a genere lini ſubtiliſſimi q ita appellat' uela. Quo pede:dicit morem nautarum,nã pedes ſunt funiculi:quibus uela pro uolun

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tate nautarũ uertuntur. Dubio pectore:incerta mente:non enim ſatis deliberauerat quod potiſſimum in ter teneret. Heſperiam : italiam : neq; æmathiam nauem dirigere uolebat. Cælo ſydera conſyderando. Da:telinq;. Pignus: corneliam. Tunc certus eram : ſcilicet antequam uxorem accepiſſem certus eram quo nauigabam:uidelicet inſulam Leſbon:nunc uero ſcio quæ loca fugiam. quæ autem petam neſcio. Sic fatur:pompeius.& gubernator ab his regionibus auertit nauem . quas attingere pompeius nolebat Iuſto.recto mõ pro uolũtate nauigãtis. Quas aſinæ cautes:ut p mediã aſinam & chion nauigaret. Aſi na terre pagus argiuæ . penes lacedemoniam naupliam ( ut refert Strabo ) ex ea inquilini in meſſenium agrum commigrarunt eodem quo aſina oppidum argolicum uocabulo nuncupata dryopum domicili/ um & aſinam fuiſſe memorant qui ex uicinis ſperchio locis extitere . Aſperat undas : nam ubi ſcopulus eſt ubi etiam unda meris eſt aſperior. Chios: ut libro quarto decimo Strabo refert . chius inſula circum nauigationem habet ſtadiarum nongentorum.ſi quis ſecus terram deferatur : ea urbem & portum opti/ mum habet & nauale nauium octoginta. chii olim claſſem habuere & maris imperium & libertatem ſibi uendicauerunt e chio in leſbum uento auſtro ſunt ſtadia circiter quadraginta . uiri e chio elegantes fue runt Ion tragicus:& theopompus hiſtoricus:& theocritus ſophiſta. Motus.ſcilicet nauis.nam pro muta tione uelorum mutata eſt nauigatio: Secante.nauigante: Idem:ſcilicet mare quod ante. Sonum:uelo rum ſtrepitum & nauigationis . Non ſic moderator . dicit non maiore arte aurigam ferre currum circa metam ĩ laudis olympicis;quam hic gubernatos obuertit nauem contortis uelis . Moderator equorum ideſt auriga nam ludis olympicis ad metam currebatur curru , & qui prior metam illam curru circuiſſet hic primum palmam obtinebat.ſed quanto interius circunuolebant currum tanto etiam celerius id facie bant & ob hanc cauſam cum omnes interiores & propinquiores ad metam circunuoluere uellent cur rum:niſi peritiſſimi eſſent artis.currus in metam lapideam frangebatur:unde horatius.metaq; feruidis eui tata rotis . Inoffenſæ:intactæ. Metæ : metam appellat eam formam lapideam. Leuum axem:ideſt ſini ſtram partem axis. Dexteriore.ſcilicet uerſa in ſiniſtram.

Oſtendit terras titan & ſidera texit:
Sparſus ab æmathia fugit quicunq; procella
Aſſequitur magnum:primuſq; a littore leſbi
Accurit natus:procerum mox turba fidelis:
Nam neq; deiecto fatis acieq; fugato
Abſtulerat magno reges fortuna miniſtros
Terrarum dominos: & ſeptra eoa tenentes
Exul habet comites: iubet ire in deuia mũdi
Deiotarum:qui ſparſa ducis ueſtigia legit.
Quando ait æmathiis amiſſus cladib9 orbiſ
Qua romanus erat ſupereſt fidiſſime regũ
Eoam tentare fidem populoſq; bibentes
Euphraten & adhuc ſecurũ a cæſare tigrim
Ne pigeat magno quærentem fata remotas
Medorũ penetraſ domoſ ſcithicoſq; receſſe
Et totum mutare diem uoceſq; ſuperbo
Arſacide perferre meas ſi fœdera uobis
Priſca manent mihi per latiũ iurata tonantẽ
Per ueſtros obſtricta magos ĩplete phaetras
Armenioſq; arcus gethicis intendite neruis.

SVLPI. Oſtendit terras titan: ſole oriente te nebre abeunt & ſtelle non apparent. Quicunque ſparſus pom. qui palantes hoſtis uiolentiam fuge rant pom. ueſtigia ſequebantur. Natus : ſextus. Procerum . ſenatorum & ducum. Delecto fatis: oppreſſo. Abſtulerat reges miniſtros : priuauerat regibus qui ei miniſtrarent. Sceptra eoa.regna ori entis. In deuia : remotiſſima loca. Qui ſperſa du cis ueſtigia legit qui flexam pom.nauigationem ſe cutus eſt. Legit : nauigando obſeruauit. Quan do ait pom.ad regem gallogreciæ uerba . Roma nus.romani iuris & ditionis. Euphratem:arme/ niæ & meſopotamiæ multoſq; alios populos indi cat. Tygrim:tygris accolas ut armenoſ & parthos Quærentem .fata reparantem mihi ſecundam fortunam. Receſſus : ſemota loca. Totum muta re diem : excitare totum orientem unde dies ema/ nat. Arſacide.regi perſarum. Fœdera.bello my/ trydatico icta . Manent : ſtant ſublata non ſunt . Latium tonantem . per latialem iouem qui albæ collebatur uel per romanum & capitolinum. Ob ſtricta:firmata . Magos : ſapientes & ſacerdotes . Intendite:flectite. Neruis gethicis:ſcythicis cor/ dis quæ ex neruis fiunt.

OMNIBO. Oſtendit titan quia orto ſole di es apparebat : Sparſus ab æmathia , quicuncunq; inquit ab æmathia diſceſſit ſecutus eſt pom , inter quos fuit . Gn. pom. & deiotarus rex ſed per . Gn. põ.noli intelligere ſextũ.nã ſextus cũ matre cornelia in leſbo repoſitus fuerat:quia minor erat. Procerũ: quanuis uictus eſſet cũ magna turba.põ.tamẽ adhuc comites habebat reges:& principes ſenatus: Reges miniſtros.nã reges miniſtrabant põ.qui ſub clientela eius erant comites:inter quos habebat deiotarũ. de iotarus enim inter primos põ.ex acie ſecutus fuerat nã hic regũ fidiſſimus erat:hunc iubet põ.in ſyriã lega tionẽ ferre. In deuia mundi.in remotiſſimas partes orbis terrarũ hoc eſt in ſyriã. Legit.ideſt obſeruauit: ideſt quanuis incerta feciſſet ueſtigia : ne iter ſuũ dignoſceret põ.ea tamẽ diligenter rex deiotarus obſer uauerat. Quando ait æmathiis:quando inquit cladem accepimus in æmathia:quæ par eſt nullã orbis ter rarũ parauerat : quæ noſtra ſigna ſequeret nunquid opus eſt tentare reges orientis . Fidiſſime regũ : hic enim ſemper in officio permanſit:nulla fortua diſceſſit cũ denſenſaret libertatem & auctoritatẽ ſenatus Euphratem.fluuium in oriente:per quẽ ſignificat parthes armeniæ propter regẽ cũ quo fœdera iunxerat põ.quo tempore fugientem mithtidatẽ per eas regiones ſequebat . Tigrim : ſignificat armeniæ regem.



nã tigris fluuius eſt armeniæ tigris & euphrates meſopotamiã circundant & apud babylonios inuicẽ co hærent.auctore Strabone deinde in mare perſicũ emittunt.quorũ euphrates maior eſt.& plus regionis fle xuoſo alueo percurrit. fontes habet in parte tauri boreali:fluuit ad occidentẽ per armeniã quæ maior ap pellat:uſq; in armeniã minorẽ:quã a dextris habet. Tigridis.& euphratis fontes inter ſe diſtant ad ſtadia duo milia & quingenta. Nec pigeat:præterea ut exercitũ compares nõ orientẽ modo:ſed etiã ſeptentrio nẽ petas uelim. Quærentẽ: acquirentẽ.reparantẽ. Diẽ , ideſt orientẽ. Arſacidæ : regi pathorũ nã ſicut ptolemæi in reges ægypti appellabant ita parthorũ reges arſacidæ dicti ſunt. Si fœdera nobis : hæc eſt le gatio põ.ſi ſeruant inquid fœdera noſtra.quæ ſocietate & amicicia cũ populo ro.iunxit. Magnos magni enim ſapientes apud medos & perſas appellant. quos philoſophos græci dicunt . Implete pharetras . id eſt ſumite arma nã ſagittis & arcu parthi potiſſimũ utunt . Geticis neruis . ideſt ſcythicis cordis quæ ex neruo torquent .

Si uos o parthi peterẽ quũ caſpia clauſtra
Et ſequerer duros æterni martis alanos
Paſſus achemeniis late diſcurrere cãpis
In tutã trepidos nũq̃ babylona coegi.
Arua ſup cyri chaldeiq; ultia regni
Qua rapidus gãges & qua niſe9 hydaſpes
Accedũt pelago phœbi ſurgẽtis ab igne.
Iã ppior pſis erã tamen oia uincens
Suſtinui nrĩs uos tantũ deeſſe triũphis
Solus & e numero regũ telluris eoæ
Ex æquo me parthus adit nec mũere magni
Stãt ſemel arſacidæ. qs.n.poſt uulnera cladiſ
Aſſyriæ iuſtas latiæ cõpeſcuit iras:
Tot meritis obſtricta meis nũc pthia ruptis
Excedat clauſtris uetitã p ſæcula ripam
Zeucmaq; pelleũ põpeio uicite parthi
Vinci roma uolet regẽ parere iubenti

SVLPI. Si uos:ſi liberaliter nobiſcũ egi. Caſ pia clauſtra:portas caſpias & fauces montiũ caſpio rũ qui latebrã mythrydati dederunt. panduntq; iti nere manufato longo octo milibus paſſuũ . nã lati tudo eius uix eſt plauſtro permeabilis . ut ait Soli nus . Alanos : ſcythiæ populos uicinos iberis ab alano flumine denominatos. Eterni martis . ſem per pugnaces . Achemeniis : parthicis a rege ache mene . Nunquã coegi in babylona : nõ repreſſi & contineri feci intra muros poſt ictũ fœdus nã antea quod in gordianã hoſtiliter excurriſſent per afra/ niũ fugauerat. Arca ſuper cyri ultra campos perſi/ dis ubi cyrus regnauit. Chaldei regni:quod eſt ſu pra arabiã. Ganges : inde fluuius . Hydaſpes nyſe us: fluuius ad nyſã a bacho in india conditã. Acce dunt pelago : exeunt in oceanũ. Ab igne phœbi ſurgentis:ab oriente extremo auroraq; ipſa: Propi or:uicinior. Perſis , regio ſupra parthiã. Suſtinui: paſſus ſũ de nobis nõ triumphare. Ex æquo : quia æque liber & ſocius eſt nõ tributarius. Stant:con/ ſeruati ſunt meo beneficio : nã in ſenatu bellũ par/ thicũ ſuſcipiendũ donec duraret bellũ gallicũ diſ ſuaſi : Poſt uulnera cladis : poſt dolorẽ quẽ parthi de Cæ.craſſis & exercitu intulere. Conpeſcuit iras repreſſit bellũ: Ruptis clauſtris:fractis legibus & præſcrito & præteritis terminis & limitibus conſtitutis Ripã euphratis.intra quã phrahartes parthorũ rex ſe uelle perpetuo continere põ. qui tygranis filiũ ſer/ uabat in uinculis cũ obtuliſſet fœdere conſtitutũ aſt ut ſcribit plutarchus . Zeugma pellũ : op. iuxta eu/ phratẽ conditũ ab alexandro qui ex pelle macedoniæ oppido fuit. Vinci uolet.ut uincat cæſar.

OMNIBO. Si uos o parthi . hæc ſunt mandata pom.quæ deiotaro dat ad phrahatem partorum re gem.nam omnes reges parthi arſacidæ dicuntur:ſed tunc phrathes nomine regnabat.eſt autem ordo uſ q; ad eum locum.tot meritis obſtricta meis. Caſpia regna:perſequendo mithridatem in mai caſpium uſ q; uenit.ubi ſunt caſpii montes.Nam auctor Solino:ultra ſauronatas in aſia ſitos:qui mithridati latebram & originem medis dederunt confines ſunt talibus nationibus:quas ab oriente contingunt caſpii montis fauces. Alanos : populos qui ab alano flu.dicti ſunt: qui ultra danubium fluit in europam martialis nec te ſarmatico tranſit alanis equo. Aeterni martis:ideſt bellicoſiſſimos. Achemeniis campis:ideſt parthi cis ab achamene rege. In tutam trepidos.ideſt nunquam nos compuli in mœnia ueſtra.quia paſſus ſum uos errare per agros ueſtros . Arua ſuper.& tamen facere poteram : quia propinquior eram uobis : quam perſis. Arua cyri.ideſt ſuper arua perſidis ubi regnauit cyrus. Vltima chaldei regni : ideſt ad extremam regionem iudeorum nam ariſtobolum iudeorum regem cœpit: & templum ſalamonis ſpoliauit . & can delabra illa quæ in maximo honore fuerant in triumphum dixit & creditum eſt poſt hac pom. aduerſa fortuna laboraſſe. Nyſeus hydaſpes flu.indiæ qui per parthiã ſe ſe ferens uadit in indiam:ideo nyſeus. id eſt indicus nyſa urbe indiæ : Phœbi ſurgentis ab igne : ideſt ab oriente deſcendens uobis propinquior eram.quam perſis:perſis nominatiuus eſt perſidis gentium facit eſt autem regio finitima parthis : Nume ro telluris eoæ. ex omnibus rebus orientalibus tantummodo parthus fuit : qui me ex equo fœdere adiit nam cum põ. ad araxem flu.caſtra poſuiſſet . tigranocerota tigranis regis filius obuiam ei factus eſt (iam enim a Patre defecerat)tigranes ipſe humanitate pom.fretus qui uulgo laudabatur ab omnibus:ad eum uenit:quem ubi pom.onoriſice ſuſceptum regem appellat . indignatus filius palam dixit:haud ſibi opus eſſe pompeio : ſed alium quæſiturum romanorum tum pompeius eum in uincula coniectum ſeruari iuſſit ad triumphum:nec multo poſt phrahates parthorum rex legatos miſit qui tigranocerotam peterent:qua ſi generum ſuum . & euphratem flu.fines imperii ſtatueret . quibus pompeius inquit tigranocerotam ad tigranis magis partes.quam ad ſocerum pertinere.de finibus q̃ peteret eiuſmodi ſe uſurum. hoc ẽ qu od

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

nunc poeta dixit:ex æquo me parthus adiit. & ita euphraté fines imperii tenuit rex parthorũ. Nec mune re magni:nec ſemel ſeruati ſunt parthi meo beneficio.neq; enim alius fuit qui ro.contineret ne ulciſcerentur manes craſſi & ro. qui a uobis cæſi fuerunt o parthi. ſententia fuit etiá pó. ne renouaret bellũ contra parthos: donec cæ. eſſet in gallia cũ exercitu ne duobus bellis uires ro. diſtraherent. Munere: beneficio pó. Quis có.quaſi dicat nullus niſi ego. Aſſyriæ cladis: ideſt poſt cladé craſſi & exercitus ro. qué ad carras ciuitaté aſſyriæ parthi cũ exercitu deleuerunt. Iuſtas iras: iuſte enim mouebant ad ultioné imperatoris cæſi. Ruptis excedat.clauſtris euphratis ripá dicit qué regni finé ipſi parthi petenti pó. finé tradidit.
Zeucma:ciuitas inter ægyptũ & parthiá.lxxii. miliũ paſſuũ a ſamoſatis diſtans. quá alexander condidit ſic appellata quod ſit utriuſq; regionis quoddá quaſi uinculũ.& dicit a ζεύγνυω. iungo. Pellæũ: ab alexandro conditũ:qui fuit de pella ciuitate macedoniæ. Pompeio.ideſt caſtra pompeii. Vinci ro.uolet.ut ſubacto cæ.pó. uictoriá conſequatur. Regé parere iubenti :nunc dicit quomodo rex deiotarus ad pó. legationé perficiendá ſeſe expediuerit.

SVLPI. Nõ piguit: nõ piger fuit. Inſignibus aulæ:regio habitu. Raptos:ab aliis raptim acceptos. In dubiis.ſententia per acclamationé quá laudando paupertaté exornat. Rege: deiotaro.
In littore: uidelicet ſinus baſilici ubi incipit Icariũ mare dictũ ab icaro dedali filio qui uolans illic cecidit. Epheſũ: urbé in ora ioniæ ubi diana colebat. Colophona.ioniæ op.ante quod eſt clariũ lucus ubi calchas a mopſo uictus præ dolore periit.
Sami: inſulæ ioniæ. Coo: cos inſula nõ longe ab halicarnaſo patria hippocratis. Gnidõ. inſulá in mari carpathio quá piſcoſá dicit ouidius. Rhodõ clará ſole: inſulá ubi colit apollo & ubi eſt Solis coloſſus mirabilis qué ſeptuaginta cubitorũ altitudinis fecerat chares lyndius. Compenſat ſinus recta nauigatione circuitus cũ compendio nauigat. Telmeſidos:telmeſũ op.eſt liciorũ & telmeſis promuntoriũ cũ portu. Pamphila: regio iuncta ciliciæ. Muris: oppidis. Phaſilis: ciliciæ oppidũ cũ tribus portibus ut inquit Strabo. ſed plutarchus ait primũ in attaliá pamphilæ ciuitaté ingreſſũ. Rarus incola:parua plebecula qua erant numeroſiores pó.comites. Rurſus:primũ enim tetenderat bello pyratico. In taurũ: qui in orá ciliciæ deſinit ab oriente incipiens. Dipſanta. fluuiũ ciliciæ.
Crederet:credere poſſet. Vndis.mari uictis pyratis. Eſt ſibi conſultũ: etiá ſibi promiſſũ ut nunc tutus nauigare poſſet. Celendris: oppido in cilicia cũ portu ut docet Strabo.& ipſe poeta indicat.nec legas ſinedris & ridiculæ congregationé hic ſignificare interpreteris. Selenus.ciciliæ fluuius in portu celendrarum qui emittit & recipit naues;eius quoq; meminit Strabo.

Ardua nõ piguit;poſitiſq; íſignibus aulæ
Egreditur famuli raptos idutus amictus.
In dubiis tutũ eſt inopem ſimulare tyranno;
Quáto igit mũdi dominis ſecurius æuũ.
Verus paup agit:dimiſſo in littore rege
Ipſe p icariæ ſcopulos epheſumq; relinqués.
Et placidi colophona maris ſpumátia puæ
Radit ſaxa ſami ſpirat de littore coo
Aura fluens gnidon ide fugit clarãq; relinqt
Solet rhodo magnoſq; ſin⁹ telmeſidos udæ
Cõpenſat medio pelagi páphilia puppi.
Occurrit tellus nec ſe cõmittere muris.
Auſus adhuc ullis te primũ pua phaſilis
Magnus adit nam te metui uetat ícola rarus
Exhauſtæq; domus populis maiorq; carinæ
Quá tua turba fuit tédẽs huc carbaſa rurſus
In taurũ tauroq; uidet dypſanta cadenté.
Crederet hoc magn⁹ pacé quũ pſtitit undis.
Et ſibi cõſultũ.cilicũ per littora tutus
Parua puppe fugit ſeqtur ps magna ſenatus
Ad pfugũ collecta ducé paruiſq; celẽdris
Quo portu mittitq; rates recipitq; ſelenus.

OMNIBO. Ardua:quia iuſſit eum extremas orbis partes penetrare. Poſitis inſignibus:ideſt depoſitis regiis ueſtimentis. Raptos amictus,ideſt gregaria ueſte ſumpta:& capta occaſione laudat paupertatem.ſi inquit dominis terrarum tutum eſt aliquando ſimulare paupertatem quanto ueri pauperes tutiores ſunt. Dimiſſo in littore rege;nunc dicit dimiſſo rege deiotaro; qua parte pompeius nauigauerit. Ipſe per icariæ. icaria inſula eſt ſamo adiacens: non procul a naxo;quæ nomen icario pelago impoſuit. ut plinius & Strabo. Epheſum: ciuitas ioniæ quæ & ſmyrna dicta eſt ab amazonibus dicta plinius. Colophona.ci.ionica quæ olim nauali ope:& equeſtribus præliis excelluit.Strabo. Telmeſis.promontorium eſt lyciorum quod portum habet; hunc locum eumenes in bello antiochico a ro. accepit. ſed oblato regno Lycii eum locum receperunt. hic enim eſt de quo Lucanus mentionem facit. Claram. ubi coloſſus iouis eſt tante magnitudinis. ut inter ſeptem mirabilia mundi connumeretur aut claram,quia(ut ſcribit Solinus)nunquam cælum tam nubilum eſt.ut in ſole rhodos non ſit.ſic horatius. Laudabunt alii claram rhodon; Coloſſũ auté fabricauit chares lyndius:dicatũ ioui;ut aſſerit Strabo alii ſcribunt apollini. Telmeſidos unde compenſat. ambitũ longũ telmeſidis ſinus breuitate maris recompẽſat. Phamphilia puppi.pamphalia olim ſub imperio cilicum conſtituta fuit alio nomine appellata moſopia.& pamphilũ mare iugit cilicio plinius. Ned ſe committere. & quia pompeius metuebat:ne omnes ciuitates uictori parerent non audebat mœnia ingredi: ſed nunc primum ingreſſus eſt mœnia. Phaſelis: phaſelis ciuitas eſt quæ port⁹ tres habet(auctore Strabone)ciuitas inſignis & loc⁹ imminet & mons nomine ſolyma. Phaſe





lis fuit ciuitas zeniceti piratæ qui capto monte iſaurico ſe cũ tota domo concremauit. Ná te: ratio cur ingreſſus eſt. Rarus incola: quia deſerta erat. Hinc:a phaſelo. Taurus: mos quia multis idé cũ caucaſo monte credit: ná aſiá omné ab eois incipiens & in cilicũ mare deſinens in duas ferre æquales partes diuidit. Dipſanta:flu. Cadenté.ideſt naſcenté. Crederet hoc magnus. nunquid credere potuiſſet hoc pó. cũ piratas deuicit hanc uictoriá ſibi utilé futurá ac ſi.d.profuit: quia nunc demũ per mare tutus nauigat.
Pacé:ideſt cũ piratas deuicit. Et ſibi nõ ſolũ negociatoribus: ſed etiá ſibi: Sequit pars magna ſenatus. pó. proficiſcenté in ciliciá uniuerſus ſenatus ſecutus eſt ubi ſententiam ſuá de repu.dixit: Paruis ſynedris.id eſt paruo conſeſſu.comparatione curiæ ro dictio græca eſt: ſύνεδρα conſeſſus: τὸ σύνεδριον conciliá. Selinis:oppidũ ciliciæ:ubi ſenatus pó.audiuit de rep.ſententiá dicenté.

In pcerũ cœtu tandé mœſta ora reſoluit
Vocibus his magn⁹.cõites belliq; fugæq;
Atq; iſtar patriæ.quis in littore nudo
In cilicũ terra nullis circũdatus armis
Cõſultem:rebuſq; nouis exordia quæram.
Ingétes præſtate aíos.nõ omnis in armis
Aemathiis cecidi:nec ſic mea fata premũtur
Vt nequeá reuelare caput:cladeſq; receptas
Excutere;an libycæ mariũ potuere ruinæ.
Erigere in faſces & plenis reddere faſtis:
Me pulſum leuiore manu fortuna tenebit.
Mille meæ graio uoluũtur i æquore puppes
Mille duces ſparſit poti⁹ pharſalia noſtras
Quá ſubuertit opes ſed me uel ſola tueri
Fama poteſt rerũ toto quas geſſimus orbe.
Et nomé qd mũdus amat uos pẽdite regna
Viribus atq; fide libyá parthoſq; pharonq;
Quæná romanis deceat ſuccurrere rebus.
Aſt ego curarũ uobis archana mearum.
Expromá mẽtiſq; meæ quo põdera uergát.
Aetas niliaci nobis ſuſpecta tyráni eſt
Ardua quippe fides robuſtos exigit annos:

SVLPI. Comites belliq; fugeq;: decreturus pó. ad parthos cõfugere: rationes quibus uires & exercitus quos nõ omnino amiſerit reparari poſſint: oſtendit ponitq; in conſultationé ad qué ſit potiſſimũ confugiendũ. Suadetq; ægyptũ nõ eſſe eundũ. propter ptolemæi ſuſpectá ætaté. nec in libyá qperpetua flagret odio in ro.tũ parthiá laudat exordit auté a beniuolentia. Inſtar: imago & qui patriá mihi refertis. In littore nudo.in arena ſine tecto & ea externa. Nullis armis: nullo exercitu armato. Exordia nouis rebus:principia noſtræ reparationi. Nõ omnis:nõ penitus. Nec ſic præmunt nec ſunt adeo proſtrata ut nequeá erigi. Excutere repellere damnũ & obliuiſci. An libycæ:a minori ad maius argumentatio.ná Marius ut dixit primo libro Nuda triumphati iacuit per regna iugurthæ & pœnos preſſit cineres. Ruinæ: inquibus latuit
In faſces:in conſulatũ. Faſtis. libris & annalibus & acta deſcripta ſunt. Leuiore manu Cæ. minus potente quá Sylla fuerint. Tenebit: nõ ſinet erigi.
In æquore graio:in ambratio peloponneſiaco ſinu Sparſit: late diffudit & diſſipauit. Vel ſola fama. etiá ſola auctoritas & gloria rerũ geſtarũ. Nomé:celebritas nominis omnibus grata. Vos pendite regna:uos conſiderate qui rex ſit fidelior. & dignior a quo petat auxiliũ an iubas an phrahartes ptolemæos. quos per libyen parthos pharonq; indicat. Expromá.aperiá. Pondera uergant.conſilia inclinent: Aetas tyranni. pueritia ptolemæi quæ inſtabilis eſt conſilii. Ardua: inſignis & egregia. Robuſtos annos: firmioré ætaté.

OMNIBO. In cœtu procerum:in conſilio ſenatus. Comites belli: in deliberatiuo genere conſtitutio. Coniecturalis eſt:potero reparare uires:non poteris. quæſtio eſt: an poſſit & deliberatur deinde quomodo reparet. Eſt autem deliberatio cum quæritur: quod ex multis rebus potiſſimum ſit faciendum.nam conſolatio duplex eſt. aut cum quæritur de duabus rebus utrum potius. ut ſi conſultetur bellum ne:an pax potius ſit facienda eſt autem conſulatio cum de pluribus rebus queritur quod potiſſimum ſit:ut ſi querat aliquis.an macedoniam:an ægyptum.an in indiam nauiget.ſed primum quod indubitatione ueniebat queritur.uidelicet an poſſit reparare uires.& probat reparare poſſe: non enim adeo ſe uictum eſſe dicit releuari non poſſit quæſtio coniecturalis eſt:quia quæritur an poſſit uires reparare.primo captat beniuolentiam a perſona auditorum cum eos comites fideles uocat. & eos laudat: quod ſint quaſi quedam imago patriæ: Quamuis in littore nuda:a perſona ſua nunc beniuolentiam captat: nam ſua profert incommoda per commiſerationem.quia beniuolentia facile comparatur. In cilicum terra: non in propria urbe. Nullis armis.non exercitu ſeptus.ſed inermis. Non omnis in armis æmathiis.ad coniecturam deſcendit.& probat poſſe reparare uires.& argumentum eſt a minori ad maius quod plurimum ualet ad cohortationem.dicit enim:ſi marius exul hoſtis populi ro:iudicatus.minturnis in carcerem compulſus in libyá profugus. in terris hoſtiũ tamé comparato exercitu reparauit uires ſuas aduerſus Syllá. multo magis ego facere.quod nõ ſũ hoſtis patriæ iudicatus: nõ habeo inuiſos populos: ſicut ille deinde nõ minor eſt mea aut gentes auctoritas quá illius immo maior. Nõ omnis. ideſt adhuc mihi uires ſuper ſunt. Excurere.abiicere. Libycæ ruinæ. quia iá carthago euerſa fuerat a ſcipione inferiore.quo tempore marius eo ſe recipit. Faſces:conſulatũ: ná exercitu comparato in italiá uenit & ſe cinnæ coniunxit & ita conſul factus eſt. Plenis faſtis:ut impleret ſeptimum conſulatum.nam ita Haruſpex prædixerat: uiſo auſpicio: Leuiore manu.ſcilicet Cæſaris quá ille manu ſyllæ: Mille duces: argumentũ eſt a ui quæ per claſſes decernit exercitus:arma tormenta reuocationes hominũ. Mille. ideſt multæ. Sed me uel ſola ab au

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ctoritate arguit:quã ſibi tantã eſſe dicit:ut uel hac una reparaſ poſſit bellũ. Nomẽ.ſ.meũ. Mundus amat ſine dubio põ. beniuolus fuit apud omnes. nã humanitatis nomẽ ubiq; obtinuit. Vos pendite regna: nunc conſultatio eſt de multis rebus quid potiſſimũ. Fide & uiribus. utrũq; bene coniunxit: quia parũ poſſunt uires.ubi fides deeſt. Pharõ.ægyptũ:nã pharos clauſtra ſunt ægypti. Pondera uergant.i.quo cogitatio noſtra ponderoſa uertaſ:& primũ oſtendit neq; ægyptũ.neq; libyã eſſe petendã: & reddit rationẽ Arguit autẽ attributis perſone.uidelicet a genere ꝙ diuidit in naturã patriã & ſexũ arguit ab ea parte quæ eſt ætas.ubi conſideraſ puer ne.an adoleſcens.grandis natu.an ſenex.in puero fides ſtabilis eſſe nõ põt.

Hic anceps dubii terret ſolertia mauri
Nãq; memor generis chartaginis ipia ꝓles
Immiet heſperiæ multuſq; i pectore uão eſt
Hãnibal obliquo maculat q ſanguie regnũ
Et numidas cõtingit auos iã ſupplice uaro
Intumuit uiditq; loco romana ſecũdo.
Quare agitæ æoũ comites ꝓperem⁹ i orbẽ
Diuidit euphrates ingẽtẽ gurgite mũdum
Caſpiaq; imenſos ſeducũt clauſtra receſſus:
Et polus aſſyrias alter noctesq; dieſq;
Vertit & abruptũ ẽ nr̃o mare diſcolor undã
Oceanuſq; ſuus regnãdi ſola uolũtas.
Cælſior in cãpo ſonipes & fortior arcus
Nec puer aut ſenior lethales tẽdere neruos
Segnis & a nulla mors eſt icerta ſagitta.

ℭ SVLPI. Solertia mauri: aſtutia iubæ cui forſan ineſt pũica fides.de quo per cõiecturas & attributa perſõæ iudicat. Generis. maioꝝ ſuoꝝ quia ro. uicti ſubiugati & deleti fuerũt. Imminet. captat nocẽdi occaſionẽ. Multus hãnibal. frequẽs meditatio & imago hãnibalis qui per obliquã lineã erat ex ſãguine regio mũdaꝝ gloriã maculabat ꝙ adhuc multus iacebat erat autẽ iuba Maurisioꝝ Mũdaꝝq; rex. Supplice uaro.qui ab eo cõtra curionẽ auxilia petiit. quẽ ipſe iubã Varo potẽtior intereẽit. Intumuit.ſuperbiuit. Secũdo loco.id eſt inferiora aphricãis. in orbẽ eoꝝ: in parthiã.

Mũdũ: mũdi partẽ: uidelicet armẽiã a Capadocia Cõmagenẽ ab arabia & mediã babylonẽ. Caſpia clauſtra.mõtes & mare caſpiũ. Immẽſos receſſus: ſpacia remota oſtẽditq; pharthiã quæ ab indiæ finibus ad meſopotãiã exporrigiſ. includitq; aracuſiã aſſyriã perſidẽ & medie partẽ: Alter polus uertit noctes.ideſt illinc aſpiciſ polus antarcticus & ſidera notia & ad notũ eius uertũſ ſol luna aſtraq; omnia. Abruptũ. ſeparatũ mare enim caſpiũ eſt littoribus circũdatũ & nec noſtro mediterãeo nec oceão iũctũ eſt. Diſcolor unda mare rubrũ indicat ꝙ inter oceanũ & ethyopicũ late fũdiſ appellaſq; heritreũ: Sola uolũtas: ſine auaritia nã nulli alteri rei ſtudẽt niſi ut regnẽt.& ideo militiã exercẽt:

Celſior in cãpis ſõipes:ſunt parthis equi maiores noſtris. Fortior:firmior noſtris. Neruos lethales: arcus lethiferos ſynecdoche. Mors eſt incerta.quia quæq; ferit & perimit.

ℭ OMNIBO. Hinc anceps dubii:regẽ iubã dicit.Arguit autẽ ab ea parte quæ diciſ natio in qua conſideraſ græcus an barbarus. Athenienſis eſt:ergo acutus. Lacedæmonius eſt: durus & aſper. Thebanus eſt pinguis & ualens.Maurus eſt & Carthaginenſis:ergo perfidus unde Liuius de Hannibale perfidia pluſ quã punica. Nunquã memor:ab ea parte arguit:quæ eſt cognatio.uidelicet quibus maioribus ortus ſit ſcilicet ab Hannibale qui ſemper hoſtis populi ro.fuit. Imminet.ut ulciſcaſ iniuriã. Multus frequens:quia ſemper nominat Hannibalẽ Oblico maculat:prætetea.eſt etiã nothus & nothi ſolent eſſe callidi.uerſuti atq; perfidi. Contingit: contagione polluit. Iã ſimplice uaro: arguit factis. ꝙ eſt impiũ: & in attributis perſonæ ubi conſideraſ quid fecerit.quid faciat. quid facturus ſit ſuperbus. aduerſus Varrũ præfectũ noſtrũ. Vidit:nã Varrus Hiſpaniæ partẽ tenebat.& cũ eã Cæ.inuaſiſſet.hic ad Regẽ iubã in Libyã confugit: dicit autẽ illũ animũ extuliſſe:tunc cũ Varrus ad eũ profugit. Romana:ideſt res romanas. uidelicet Varrũ præfectũ noſtrũ. Quare agite. nunc ſententiã dicit: quo nã ſe conferre uelit. ſcilicet in orationẽ ad phraatẽ parthorũ Regẽ & ſuadere incipit ut ſententiã ſequi uelint primo arguens a ui quæ eſt pars tuti parthos oſtendens eſſe bellicoſos:ſeu patria.ſeu natione: Diuidit euphrates.nam armenios Cappadoceſq; diſterminati Caſpia:caſpiæ portæ dicuntur.quæ ſunt inter Colchos.& albanos:caſpias autem portas caucaſus habet.quibus ſeparatos dicit inhabitare parthos:ut nullius imperii uires timeant.Taurus per genitum & linguarum uarietatem plurifariam nominatus eſt.nam ubi in excelſam ſurgit ſublimitatem caucaſus dicitur etiam a populis appellationem trahit a dextro latere caſpius dicitur uel hyrcanus:a leuo amazonicus: mox cichus:ſcytichus ad hæc uocabula habet multa alia. ubi dehiſcit.hiulcis iugis facit portas. quarum primæ ſunt armeniæ: tum caſpiæ poſt ciliciæ a caſpis portis per parthiam una eademq; uia eſt alexandria. teſte Strabone porte caſpiæ auctore Solino panduntur itinere manu facto longo octo milibus paſſuum nam latitudo uix eſt plauſtro permeabilis.in his anguſtiis etiam aliud aſperum: ꝙ preciſorum laterũ ſaxa aliquentibus inter ſe ſalis uenis exundant humorẽ affluentiſſimũ: qui conſtrictus ui caloris uelut in glaciem corporaſ ita labes iniuria acceſſũ negat. Polus alter:antarcticũ dicit:nã ſicut nos ſub polo arctico poſiti ſumus.& ſublimitate terræ antarcticũ uideſ nõ poſſumus ita qui ſub antarctico uiuunt arcticũ uidere nõ poſſunt. Vertiſ.quia ſemper circa polũ uertiſ cælũ. Abruptũ eſt noſtro mari:mare rubrũ dicit ꝙ inter inditiũ & æthiopicũ ampliſſimo ore ab auſtro in ſeptentrionẽ fundiſ: ideo dixit abruptũ noſtro mari:quia ne in mediterraneũ exeat a terris perſarũ quibus finitimi ſunt parthi arabeſq; tenentꝰ

Regnandi ſola uoluptas:nunc arguit ab habitu ꝙ eſt unũ attributis perſonæ:in quo etiã cõmoda aliqua corporis conſyderanſ nõ natura.ſed ſtudio & induſtria comparata.ſtudio & induſtria equitare ac ſagitta



re didicerũt:& habitũ regnãdi fecere:ut nulli regno parere uelint. Voluptas.ſ.eſt parthis: Celſior in cãpis:& hoc quoq; induſtria cõpararũt:ut eqtandi & ſagittandi periti ſint. Nec puer:ſiue ſenex fuerit eſt ꝓnus ad ſagittandũ. Et nulla ſa.ideſt quẽ feriat ſagitta:ille ſtatim occidit.

Primi pelleas arcu fregere ſariſſas.
Bactraq; mœdoꝝ ſede muriſq; ſupbam
Aſſyrias babylona domos nec pila timẽtur
Noſtra nimis parthis audẽtq; i bella uenire.
Experti ſcythicas craſſo peunte ſagittas
Spicula nec ſolo ſpargũt fidentia ferro
Stridula ſed multo ſaturãtur tela ueneno.
Vulnera pua nocẽt fatũq; i ſanguie ſũmo eſt
O utinam nõ tanta mihi fiducia ſæuis
Eſſet i arſacidis fatis nimis æmula noſtris
Fata mouẽt mœdos multũq; i gẽte deoꝝ eſt
Effundã populos alia tellure reuulſos
Excitoſq; ſuis imitam ſedibus ortus
Quod ſi nos eoa fides & barbara fallũt
Fœdera:uulgati ſupra comercia mũdi
Naufragiũ fortũa ferat:nõ regna precabor.
Quæ feci:ſed magna ferã ſolatia mortis
Orbe iacẽs alio:nihil hæc in mẽbra cruentæ
Nil ſocerũ feciſſe pie:ſed cũcta reuoluens
Vitæ fata meæ:ſemp uenerabilis illa
Orbis parte fui quãtus meotida ſupra
Quãtus apud tanaim toto cõſpectus i ortu
Quas magis i terras noſtrũ fœlicibus actis.
Nomẽ abit:aut unde redit maiore triũpho:
Rõa faue ceptis:qd.n.tibi lætius unquã.
Præſtiterint ſuperi:quã ſi ciuilia partho
Milite bella geras:tantã cõſumere gentẽ
Et noſtris miſcere malis cũ cæſaris arma
Cõcurrãt mœdis aut me fortuna neceſſe eſt

ℭ SVLPI. Primi:Parthi primi Alexandrũ macedonẽ ſuperarũt. Sariſſas pelleas:tela macedonũ a pelle oppido in macedõia. Bactra:urbem & & regionẽ ſcythiæ aſiaticæ ſupra aſſyriã quã mœdi tenuerãt dictaq; eſt etzariaſpa auctore Strabone. Supbam muris q ex latebribus & bitumie a ſemyramide ſtructi fuerãt. Aſſyrias domos: appoſitio:

Scythicas:parthicas. Saturãtur: ſparguntſ ĩbuũtſ. Nocẽt:lethifera ſunt. Fatũ:mors. Sũmo:cuti uicino:nã uel exiguo ictu ueneno inficiſ. Arſacidis pſis. Nimis emula:pœne paria & æquãtia ſe noſtris in regnãdi fœlicitate. Mœdos:parthos q partẽ mœdiæ occuparũt. In gẽte:i parthis ipſis. Multum deoꝝ:multũ fauoris. Effundã:ſi nõ ſatis fuerint parthi. Ortus:orientales populos. Barbara: cum barbaris inita. Vulgati ſupra comercia mũdi ultra cognitas gentes & eas cũ quibus habemus commerciũ. Naufragiũ: nos miſeros. Ferat:auferat. Regna:reges ut Tygranem Ariobarzanẽ pharnacem ptolemæũ. Sed magna ferã:ſed erit mihi ſolatio perire i externis terris in quibꝰ cæſar nec crudelis: nec officioſus eſſe in me poſſit. Sed cuncta reuoluẽs:Argumenta fidelitatis ex ꝑteritis officiis colligit. Fata:ſucceſſus. Illa:parthia. Quantus:q̃ uenerabilis. Quas:certe in nullas. Abiit:ſyncope eſt. Roma:ciues tanq̃ numina iuocat. Partho milite:cũ quo aut uincemus in ultionẽ noſtrã aut ita attenuabitur ut Craſſi umbras ulciſcamur & ſit multo romanis inferior qđ ſequẽti oratiõe declarat. Cõſumere attere miſcere participes facere.

ℭ OMNIBO. Primi pelleas:arguit a caſu & fortuna:ubi cõſideraſ qd euenit:qd eueniat:qd euẽturum ſit:qd euenit ut ſemp uicerint. Primi.ſ.parthi hi a ſcythis originẽ ducũt.Et ab indiæ finibus uſq; ad meſopotamiã parthia nominata:quam diuidit Euphrates:hinc meſopotamia diciſ:nã ꝓpter inuictam uirtutẽ eoꝝ ꝓximæ regiones in eius nomen trãſierũt in qua ſunt Aracuſa:Aſſyria:Perſis:& Mœdia ab una pte:quod uidelicet a meridie rubro mari ab alia uidelicet a ſeptemtrione hyrcano claudiſ ſalo. Pelleas:ideſt Alexandri impetũ fregerũt. Sariſſas:Sariſſa ꝓprie eſt telum macedonicũ:ſicut pilũ Romanũ. Bactra ciuitas aſiæ eſt oxũ amnẽ uerſus: ex india diebus octo a bactris uſq; ad aliecũ flumẽ quod influit oxum amnẽ peruenit Pompeius. dum pſeq̃retur mithridatẽ:deinde auctore Solino ad Caſpium mare:inde per Caſpiũ ad Cyri amnis penetrauit fluẽtum:qui armeniæ & libyæ fines interluit. Babylona:Quam coctilibus muris cinxiſſe dicitur Semiramis.

Nec pila timẽtur:& nõ ſolum cæteras gẽtes ſubegere:ſed noſtras quoq; iam timere deſinunt:poſtq̃ craſſum deleuere. Experti ſcy.Quia(ut dixi)a ſcythis originem habent. Spicula nec ſolo ferro:argumentum eſt a conſilio:& conſilium rectius appellat:q̃ dolum:nam dolo aliquid ſuadere turpe uidetur:ergo rectius conſilio quo parthos uti dicit:ut ſcilicet ueneno muniant ſagittas. Stridula:ſtrepentia per aerem cum a neruo mittũtur. Fatumq;:ideſt mors eſt etiam in ſũma corporis exulceratione: quia uenenũ ingreditur.

O utinam nõ tanta mihi:uellem inquit ne tanta mihi fiducia eſſet in parthis ne uidelicet Craſſum cecidiſſent:nam inde orta eſt fiducia ꝙ exercitum cum duce occiderunt. Fata mouent mœdos: nam mœdia tranſiuit in nomen perſarũ. Aracuſa. Aſſyria:& Perſis:& ideo mœdos parthos dixit.Sicut Oratius: Neu ſinas mœdos equitare inultos te duce Cæſar. Multumq;:a caſu arguit: Alia tellure:ideſt aduerſa ab Italia:nam parthia in oriente eſt:italia uero in occidente: unde etiam heſperia dicta. Quod ſi nos eos fideles:Dilemma eſt:& confutat ab honeſti partibus:uidelicet a magnamitate:ſenſus eſt:ꝙ ſi parthorum perfidia:optatius id mihi continget:quaſi beneficio fortunæ in his regionibus peream:ubi nulla noſtri cum gentibus illis commercia habuerunt:nam id mihi ſolatio erit:ꝙ nec iniuriam a Cæſare nec beneficium accipere potero:aut parti fideles erunt:aut perfidi.ſi fideles nos contra Cæſ.iuuabunt.ſi uero perfidi id boni conſequar ꝙ in manus Cæſ. non ueniam: quo aut mors crudelis manet:aut turpis uita.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eoa:ideſt orientalis hoc eſt parthorũ. Supra cõmertia mundi:ultra regionem mũdi Romanis cognitã: nam ro.nulla prorſus cũ parthis habuere cõmertia. Ferat:pro afferat. Regna quæ feci: ut tygrannis: Ariobarzanis & pharnacis:quos deuictos in regna cõſtituerat. Stat ma.ferã magna conſolatio erit ꝙ nõ ueniã in manus Cæ.a quo crudeliter trucidabor:aut turpiter uita donabor. Hæc mẽbra:ſi occideret. Nil feciſſe pie:ſi uita donabit: Sed cũcta reuoluẽs:ſed cũ omnia conſidero ipſi fidem ſeruabũt.Nã nullis mũdi partibus magis honoratus ſum q̃ in oriente:& arguit ab auctoritate:quã habuit in his gentibus:& a caſu: cum pſequebatur mithrydatẽ:Colcos:Albanos:Iberas:Arabes:Caldeos:Iudæamq; omnẽ ſubegit. Meotida:paludem ſcythiæ. Tanaim:qui diuidit Europam ab aſia. Cõſpectus:cõſpicuus. Quas magis:ſcilicet quam in terras orientis. Vnde:a quibus regionibus. Quid.n.tibi:alio utit̃ Dylẽmate: nam ſi inquit ad parthos uenimus:aut uincemus:aut uincemur:ſi uincemus obtinebimus ꝙ iſtituimus:ſi uincemur nobiſcum parthi peribũt:& umbrã Craſſi uindicabimus. Tantas gentes:quæ ſemp infeſtæ Romanis fuerũt Mœdis:ideſt parthis:

Vidicet:aut craſſos.ſic fact⁹ murmure ſentit
Cõſiliũ dãnaſſe uiros:quos lẽtulus omnes
Virtutis ſtimulis & nobilitate dolẽdi
Præceſſit:dignaſq; tulit mõ cõſule uoces:
Siccine theſſalicæ mẽtẽ fregere ruinæ.
Vna dies mũdi dãnauit fata:ſecundũ
Aemathiã lis tãta dat̃:iacet oẽ cruẽti.
Vulneris auxiliũ:ſolos tibi magne reliquit
Parthoꝶ fortuna pedes:quí trãſfuga mũdi
Terrarũ totas tractus cœlũq; peroſus
Aduerſoſq; polos alienaq; ſydera quæris.
Caldeos culture deos:& barbara ſacra:
Parthorũ famulus:qd cauſæ obtẽdit̃ armis
Liberratis amor:miſerũ qd decipis orbem.
Si ſeruire potes:te quem romana regentẽ.
Horruit auditu:quẽ captus ducere reges:
Vidit ab hircanis idoq; a littore ſiluis:
Deiectũ fatis:humilẽ fractũq; uidebit.

℄ SVLPI. Damnaſſe: improbaſſe. Nobilitate dolẽdi:nobili dolore & cõmiſeratione. Modo cõſule:eius qui pauloante fuerat cõſul. Siccine: hac oratiõe lentulus argumẽtis cõtrariis diſſuadet: de cernitq; ægyptũ eſſe petendã: Exorditur a beniuolẽtia p cõmiſerationem Põpeii. Mũdi damnauit fata:penitus oppſſit reliquoꝶ hoiũ præterq̃ cæſarianoꝶ fœlicitatẽ. Secundũ æmathiã lis tota dat̃: fert̃ tota ſentẽtia pro uictoribus in æmathia eſt autem iudicanciũ uerbũ: ſecundũ te litem do. Iacet oẽ: periere ne oẽs q eẽ nobis auxilio potuiſſent. Pedes:qbus tu ſupplices. Tranſfuga mundi: q exterminas te emũdo. Cœlũ:aerẽ noſtri poli. Aduerſoſq;:ideſt parthos qui aſpiciũt polum antarcticũ: Aliena:quæ notia dicuntur. Culture: relictis diis patriis uenerature & ſeruiture parthis. Quid cauſæ:aeris per ſimplicẽ cõplexionẽ interrogatio: cur pugnamus inqt niſi amore libertatis:ſed tu uis ſeruire.Romana:res romanas. Horruit: parthus. Reges parthos:tygranocerotã & Ariſtobolũ Iudæoꝶ regẽ quos duxit in triũphum. Hyrcano:armeno. Videbit:decebit ut uideat.

℄ OMNIBO. Sic fatus murmure ſenſit. Vt hæc locutus eſt Põpeius:nemo ſucclamauit:nõ.n.conſilium placuit:nã clamare ſolebant:perorãtis comprobãtes ſentẽtiã:ſed Põpeius ex murmure ſenſit nõ placere cõſilium. Quos omnes len.Sed lentulus omnes anteiuit:dolore enim pculſus colloquiũ tenere non potuit:quia cõſilium illud a uirtute alienũ uidebat̃. Nobilitate dolẽdi:Quia generoſitate animi dolebat hãc Pompeii ignauiam. Modo:pauloante cõſule. Siccine theſſaliæ:hæc oratio eſt cõtra id qd̃ Põpeius ſuadere uolebat:eſt autẽ in deliberatiuo genere poſita in iuridiciali cõſtitutione. Et primo beniuolẽtiã captat a perſona aduẽſarii:hoc eſt Pom.quũ adducit intentionẽ ipſius oſtẽdẽs ignauiã:ꝙ qui antea de ægypto triũphauerit:idem regibus ſe ſubiiciat. Siccine:pro ſic ne:eſt autem epentheſis:adeo ne animus tuus uictus eſt. Vnde dies.ſ.cladis tuæ. Damnauit fata:ideſt fortunã imperii Romani. Secũdum æmathiam lis tanta datur:eſt locutio iuris.i.bellũ ciuile ſic deciditur:ut ille ſuperior ſit qui in æmathia uicit:nam litem dari:ſecundũ hos:aut illos:eſt decidere litem ſecundũ uolũtatem eoꝶ. Iacet omne cruẽti.Senſus eſt:adeo ne uulnus eſt illatum tam magnum:ut nullo auxilio poſſit ſubleuari. Solos tibi magne:nũquid in toto terrarum orbe eſt:qui auxilium præſtare poſſit præter pharaatem:ad cuius genua te proſtraueris. Aduerſos polos:ideſt antarcticum relicto arctico:nam ratio hemiſperii facit hoc:ut ſydera quæ ſunt in antractico a nobis uideri non poſſint. Et barbara ſacra:& diis Romanis omiſſis incipias colere deos barbarorũ.

Quid cauſæ obtenditur armis:a ſenatu beniuolentiam captauit:nunc ad cõfirmationem cauſæ uenit: inſtabilem autem oſtendit Pompe. Vitiũ contra perſeuerantiam:quæ eſt in re bene conſiderata: ſtabilis & perpetua permanſio.nõ enim perſiſtit in ratione bene tuendæ libertatis: cauſa cuius bellum ciuile ſuſceptum eſt:ergo a perſeuerantia arguit:quæ eſt pars fortitudinis partiſ honeſti. Quid cauſæ:pro quæ honeſta cauſa eſt quam bello poſſis obtendere & demonſtrare:primo cauſam honeſtam habebas:nunc ſi nõ ſolum Cæſari paratus ſis ſeruire:ſed etiam externis regibus:hæc cauſa tollitur. Armis:ideſt cauſæ belli. Libertatis amor:interrogat:deinde reſpondet:ideſt prætextu libertatis potes dicere te bellum gerere. Te quem Romana gerentem. Oſtendit eum abiecti animi eſſe:quod eſt contra magnificentiam quæ eſt magnarum & excelſarum rerum cognitio atq; adminiſtratio:uel certe contra dignitatem:quæ eſt honeſta & cultu & honore uerecundiæ digna auctoritas quæ eſt in eo honeſti genere: in quo utilitas quoq; adiungitur: priſtinus honor fuerat: ut apud reges in maxima ueneratione fuerit pompeius quibus regna donauerit; nunc uero contra dignitatem ſuam fore arguit: ꝙ his ſupplicare paratus ſit:de



quibus triũphauerit:aut quos certe i regnũ reſtituerit. Te.i.imperatorẽ romanoꝶ. Horruit:dum pſequeris mithrydatem. Captos reges:Tygranocerotã & Ariſtobolum Iudæoꝶ regit̃ in triũphum duxiſti. Hyrcanis.i.ex hyrcania:quæ eſt pars Armeniæ.Hyrcania auctore Strabone ualde opulenta & multa & magna ex parte planicies:præclaris urbibus adornata.

Extolletq; animos latiũ ueſanus in orbem
Se ſimul & romã põpeio ſupplice menſus.
Nil animis fatiſq; tuis effabere dignũ
Exiget ignorãs latiæ comercia linguæ
Vt lachrymis ſe magne roges patiur ne pudoris
Hoc uuln⁹ clades ut pthia uidicet an̄
Heſperias q̃ roma ſuas ciuilibus armis.
Elegit te nẽpe ducẽ qd uulnera noſtra
In ſcythicos ſpgis populos:cladeſq; latẽtes:
Quid parthos trãſire doces:ſolatia tanti
Perdit roma mali nullos admittere reges.
Sed ciui ſeruire ſuo iuuat ire per orbem
Ducentẽ ſæuas romana in mœnia gentes.
Signaq; ab euphrate cũ craſſis capta ſeq̄ntẽ
Qui ſolus regũ fato celante fauorem
Defuit æmathiæ:nũc tantas ille laceſcet
Auditi uictorias opes:aut iũgere fata.
Tecũ magne uolet nõ hæc fiducia geniti eſt
Oĩs in arctois populus quicũq; pruinis
Naſcit̃ idomitus bellis & mortis amator
Quicqd ad eoos tractus mũdiq; teporẽ.
Labitur emollit gentes clemẽtia cœli.
Illic & laxas ueſtes & fluxa uirorũ
Velamẽta uides parthis p medica rura

℄ SVLPI. Extollet: decebit extollat & appetat romanoꝶ imperiũ.cõſiderãs uires ſuas & a romanis te auxilia ſupplicantem. Nil animis: Nil loq poteris ſecundũ magnanimitatẽ dignitateq; tuã. Exiget:requiret. Comercia linguæ: ſermonẽ latinũ. Patimur:pati debemus ut parthi ãte ulciſcãt cedẽ romanoꝶ q̃ ipſa roma. Ciuilibus armis: admonet eũ officii.Tu inqt electus es ad gerẽda bella ciuilia nõ ad exteros excitãdos in ciues. Quid uulnera:arguit ipru dentiæ qd̃ quæ celãda ſunt idicet:& hoſtes exciter. Solatia mali.ſpem & fructũ belli q eſt nõ ut ſeruiat regibus externis:ſed pareat magiſtratibus ſuis. Nullos admittet̃ reges: ut nõ admittat. Ducentẽ:te.In romana mœnia: oppugnanda uel euertenda. Ab euphrate:a parthis. Qui ſolus:Soluſ phrahartes q nobis hoc i bello nõ fauit cũ eſſet incerta uictoria nũc fauebit & in uictorem iſurget. Fato celãte fauorẽ:erat.n.exitus belli incertus. Opes uictoris:potẽtiã cæſaris. Tecũq uectus es. Genti:parthicæ quæ oriẽtalis eſt & mollis. Omnis in arctois: locus quo diſſoluit laudes quas põpeius parthis aſcripſerat: & argumentatur a cœlo & ſolo natali cuius qualitati hoium natura & mores reſpõdẽt ut docet Vitruuius libro ſexto.Ideoq; Arctoos fortes:Orientales molles:& parthos imbelles fugaces effœminatoſq; eſſe lentulus monſtrat. Tractus: regiones. Labitur: uergit exporrigitur. Emolli:eneruat effœminat. Laxas ueſtes:quæ ſunt argumẽta mollitiei. Laxas: latas. Fluxas:longas. Parthus:Parthum fuga per plana tantũ nõ uiribus ualere dicit.

℄ OMNIBO. Extollet aĩos: arrogãtior fiet. Se ſimul & Romã mẽſus:nã ꝙ te ſupplicẽ uidebit ipeniũ ſuũ impio Romano cõparabit. Exiget ignorãs:cũ loqui uolueris ad illũtũ dicet nõ intelligo linguã. Romanã:& uolet ut lachrymes:ut ſi nõ ex uerbis tuis:ſaltẽ ex lachrymis qd uelis intelligat. Patimur ne pudoris:Adhuc in eo perſiſtit ꝙ dignũ eſt Romanis:ꝙ uidelicet parthi prius uẽdicẽt iniurias italiæ:q̃ nos iniurias noſtras:ab ipſo rege illatas:turpe hoc eſt:quia prius iniurias noſtras ulciſci debemus:q̃ parthi ulciſcãtur romanos cõtra Cæ. Ciuilibus armis:contra leges argumentũ eſt a iuſtitia:quæ diuidit̃ in ius naturale:ius cõſuetudine:& ius lege pacto pari & iudicio:argumentũ eſt iure lege:quia lex erat:ut q ad aliqd bellum electus eſſet:nullũ aliud gerere poſſet:prius q̃ illud perficeret. Elegit te ducẽ:non autẽ:ut alios duces tentares. Quid uulnera noſtra:ignominiã oſtendit:arguit contra gloriã:quæ eſt frequens de aliquo fama cum laude:nam ſi clades romanoꝶ uulgauerit i parthia:magna erit populi Romani ignominia:ut melius oſtendat in Europa permanere:q̃ in Aſiam tranſire. Parthos tranſire doces:quia cum intellexerint diſſenſionem inter Romanos capta occaſione ipſi in Italiam uenient:& imperiũ Roma.de medio tollent. Solacia tollis:hanc conſolationẽ tollis quæ unica eſt nobis:ut ſi ſeruiendũ eſt:magna cõſolatio eſt:ut ſeruiamus potius ciuibus noſtris q̃ barbaris. Ciui.ſ.Cæſari. Iuuat ire per orbẽ: oſtendit periculum qd̃ eſt cõtra tuti partem:quæ incolumitatis dicitur:ea eſt ſalus tuta:atq; integra cõſeruatio. Signaq;:ſcilicet Romana quæ capta ſunt a parthis cum craſſis. Qui ſolus:arguit a maiori ad minus:quod eſt ex adiunctis negocio:ſi nos parthi i fœlicitate ſequi noluerũt multominus in aduerſis ſequentur. Defuit:quia noluit intereſſe bello ciuili: Celante fauorem:ideſt cum adhuc in dubio uictoria eſſet. Omnis in arctois; nunc Pom.rationes confutata natione primum conuertens dicta Pom.in ſuam utilitatem:nam quod Pom.dixerat de regione parthorum:quod eſſet ſeparata quodammodo a noſtro orbe:ubi liberos ſemper habitare parthos dixerat:nec regi cuiquam ſeruire:immo regnandi cupiditatem habuiſſe:ita conuertit Lentulus:ut oſtendat eos quia ibi nati ſunt & nutriti:enerues eſſe & effœminatos:quemadmodum etiam Cicero dicit pro qualitate aeris ex aſtrologorum ſententia ita eſſe naturam hominis;dicit enim Athenienſes ingenioſiores eſſe.Thebanos uero pingues & ualentes.ratio:nam Athenis aer tenuiſſimus eſt:ideo acutiores ſunt homines. Thebis uero craſſior:ideo pingues & ualentes ſunt:ſed in oriente aer clæmentior eſt:ideo etiam homines ſunt molliores:& ppterea effœminatiores: Omnis arctois:arguit a natione



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

quæ eſt una pars:& attributis perſon æ:& per contrariú quicúq; naſcitur in ſeptemtrione:quæ regio frigi
diſſima eſt & aſpera:fortiſſimus &bellicoſus eſt:e cõtra uero qui naſcit̃ in oriente: quæ regio mollior ha
bet̃ & clæmétior eneruatior eſt & mollior. In arctois:in ſeptétrione. Eoos tractus:longitudiné oriétis.
Emollit:molliores facit. Illic:in oriente & arguit a uictu imbelles eſſe oriétis populos. Laxas flu:as:ſi
nus habent amplos:ut lógú firma uertat humú:ſic & Virg. Et tunicæ manicas & habẽt redimicula mitræ.
Parthus per medica rura: Arguit ab affectione.eſt aút affectio:q̃ ex tépore & bellorum adminiſtratione & ſtu
dio hoium cõmutatur. Parthus p medica rura ſat.in cam.hoc uerú eſt:ſed mutatur hoc ex adminiſtratio
ne:in ea regione lata:ut equitare poſſint uictores ſunt:nam fugiédo inſequentes uulnerant:at uero in ita
lia quæ montuoſa eſt:& multas anguſtias habet non ita:neq; licebit ſpaciari: & ita mutata regione ſtu
dium eorum nihil proderit.

Sarmathicos inter cãpos effuſaq; plano
Tygridis arua ſolo:nulli ſupabilis hoſti eſt
Libertate fugæ:ſed nó ubi terra tumebit
Aſpera cõſcendet mõtis iuga:nec p opacas
Bella geret tenebras:icerto debilis arcu.
Nó fráget nãdo uioléti uorticis amné.
Nec tota in pugna pfuſus ſanguine mébra
Exiget æſtiuú calido ſub puluere ſolem
Nó aries illis nó ulla eſt machina belli.
Haud foſſas iplere ualét:parthoq; ſequente
Murus erit quodcúq; pót obſtare ſagittæ
Pugna leuiſ bellúq; fugax:turmæq; uagátes
Et melior ceſſiſſe loco quá pellere miles
Illita tela dolis:nec marté cominus unquá.
Auſa pati uirtus:ſed lóge tendere neruos
Et qua ferre uelint permittere uulnera uétis
Enſis habet uires: & gens quecúq; uirorum eſt
Bella gerit gladiis ná mœdos prœlia prima
Exarmát uacuæq; iubét remeare pharetræ
Nulla manus illis fiducia tota neneui eſt
Credis magne uiros quos in diſcrimia belli
Cú ferro ueniſſe parú eſt tétare pudendú.
Auxiliú tanti eſt toto diuiſus ut orbe
A terra moriare tua tibi barbara tellus.
Incúbat te parua tegant ac iulia buſta
Inuidioſa tamen craſſo quærẽte ſepulchrú.

¶SVLPI. Sarmathicos ſcythicos. Tumebit:
montuoſa erit. Per tenebras: noctu. Incerto: nó
certú locú ferienti. Vorticis uioléti:ideſt uortico
ſum & rapacis cõuolutionis. Nec tota:nec uulne
ratus in pugna perſeuerabit:nec æſtú & puluerem
patiet̃. Exiget ſolem.i.ducet dié. Aries:trabs fer
rata. Machina:cõpoſitio ex materia & tormentú:
græce dicit̃ .Foſſas implere:qđ fit faſci
bus cratibus terra trabibus. Murus erit: erit p mu
ro qui illæſum te præſtet. Pugna leuis:é ipſis par
this. Fugax:nó ſtatariú prœliú. Illita dolis:ſpar
ſa doloſo ueneno. Virtus:fortitudo. Pati marté
cominus:cõferere manus & ſtricto enſe pugnare.
Longe tédere neruos:procul ſagittas emittere.
Permittere uétis:caſu quodá nó recte inferre. Ha
bet uires:uim infert. Virorum:ortiú & quæ ex forti
bus cõſtet. Mœdos: parthos. Remeare: fugere.
Manus:fortitudinis. Viros:fortes & humanos
& a dolis & crudelitate uituperat. Tentare pudé
dum auxilium tanti eſt:tanti facis inquit ad par
thos confugere cum dedecore:ut mala incides &
perfidiá nó perſpicias:primú eris exul & in aliena
terra uix humatus:Corneliáq; turpi ſeruituti ſub
iicies. Incúbat tibi:premat cadauer tuum. Inui
dioſa:inuidia plena:cú Craſſus iſepultus fuerit fe
ris & alitibus præda.

¶OMNIBO. Sarmathicos cápos.i. aſſyrios:
ſed eſt epitheton lóge repetitum. Sarmatæ popu
li ſcythiæ ſunt:unde parthi originé habuere. Ef
fuſa:porrecta ſicut oium planicies iacet. Liberta
te fugæ:libertate uagandi lateq; ſpaciandi. Sed
nó ubi:ecce mutato tépore. Tumebit terra: ideſt
ubi ſunt montes. Nec per opacas: Nec in italia: ſi
cut mos eſt ſciunt gerere bella tépore noctis:qp
pe qui cú niſi ſagittis utat̃ uidere nó poſſunt: quo
eas dirigant. Opacas tenebras:ideſt per nocté:ſicut nos gerimus:nam tempore noctis Põpeius mithry
datis exercitum fugauit. Incerto:erranti. Non frangit nádo.ſi opus erit tranſire flumina:non erit pe
ritus natando uortices fluuiorum qui multi ſunt in italia. Eſt autem uortex gurges aquæ a uertendo
dictus. Nec tota in pugna:nec in pugna pati poterit æſtum caloris:quia aſſuetus eſt molliori aeri. Nó
aries:alia mutatio belli:quia non oppugnare conſueuere oppida:nec habent inſtrumenta quibus id fieri
ſolet. Machina nulla:utpote qui núquam oppida oppugnauerunt. Parthoq; ſequente: & cum par
thus ſequetur milites noſtros quicquid poterit tenere impetum ſagittarum:erit tanq̃ murus: clypeus
etiam non aliter defendet q̃ murus:non enim cominus gladiis pugnant. Pugna leuis:ideſt leuis arma
tura. Turmæ uagantes:quia fugientes huc & illuc perſequétes uulnerant. Ceſſiſſe: fugiſſe. Quá pelle
re:ideſt q̃ perſequi. Illita tela dolis:nunc arguit a conſilio:quia dixerat Pomp.illis uiribus addere con
ſilium:tunc cum ueneno munirent ſagittas hoc ipſo inquit ꝙ ſagittas ueneno poluút:oſtendunt ſuam
ignauiam:quia tota fiducia ipſorum eſt fugiendo:nec eſt quiſq̃:qui audeat cominus certare. Et quo
ferre uelint: ſed ictus eſt incertus:nam uentus aliquádo alioſum ſagittas uoluit:q̃ illi uoluerint. Enſis
habet uires:a cõtrario arguit:qui fortius eſt:cominus pugnat a cõtrario ſenſu q eminus debilis & eneruis.
Credis magne uiros:Tu credis illos eé fortiores:ꝙ habẽt fiduciá ſuá in ueneno magis q̃ in armis & hoc
ipſo oſtendút ignauiá ſuá:quia ſi fortes eẽnt nú in ueneno:ſed i armis fiduciá ponerét. Diſcrimina:certa
mina. Parum eſt:niſi adhibuerint uenenú. Tentare pudendú eſt:núc confutat qđ Pom.dixerat etiá ſi p



fidi eſſent parthi eo meliori cõditione eſſe:qa moreret̃ pcul ab italia:& ideo Cæ.nihil i illú crudeliter age
re poſſet:refellit hoc ab indignitate dicés:hoc eé indignú Pó.ut pcul mori uelit ab italia:q̃q̃ mors poterit
eſſe ſolamé miſeriæ:ſed Cornelia nó morté timebit:ná cú formoſa ſit:barbari uero libidinis impaciétes:
quid de hac ſperare poſſumus:quádo nec a ſororibus ſuis ſe cõtineant. Pudendú eſt:núquid ubi uidet̃:
ut tentes auxiliú in remotiſſimis partibus:hac ratione ut tñ pcul ab italia moriaris.q.d. hoc indignú eſt.
Incúbat:ſupimponatur corpori tuo. Te parua tegant:cõtra dignitaté tuam. Inuidioſa tamé:q̃uis uile
cõſequeris ſepulchrú:nó tamé ſine inuidia cõſequeris quia ſine ſepulchro iacet craſſus.

Sed tua ſors melior q̃m mors ultia pœna eſt
Nó metuéda uiris.at nó cornelia lethú.
Infando ſub rege timet nú barbara nobis
Eſt ignota uenus quæ ritu cæca ferarú.
Polluit innumeris leges & fœdera tedæ.
Cõiugibus thalamiq; patét ſecreta nefandi
Inter mille nurus epulis.ueſana meroq;
Regia nó ullis exceptos legibus horret
Cõcubit us tot fœmineis cõplexibus unú.
Nó laxat nox una marem iacuere ſorores
In fratrú thalamis ſacrataq; pignora matrú
Dánat apud gétes ſceleris nó ſpóte peracti
Oedipodionias infœlix fabula thebas.
Parthorum dñs quotiés ſic ſáguine miſto
Naſcitur arſacides cui fas implere parenté
Quid rear eé nefas proles tá clara metelli
Stabit barbarico cõiunx milleſima lecto.
Quáquá nó ulli plus regia magne uacabit
Sæuitia ſtimulata uenus tituliſq; uirorum
Ná quo plura iuuét parthú portéta fuiſſe
Hác ſciet & craſſi ceu pridé debita fatis
Aſſyriis trahitur cladis captiua uetuſtæ
Hæreat eoæ uulnus miſerabile ſortis
Nó ſolú auxiliú funeſto ab rege petiſſe
Sed geſſiſſe prius bellú ciuile pudebit.
Ná quod apđ populos ſoceri criméq; tuúq;
Maius erit:q̃ quod uobis miſcétibus arma.
Craſſorú uindicta perit incurrere cúcti

¶SVLPI. Sed tua ſors melius:melius tecú age
tur q̃ cú cornelia.eſtq; locus ab inſtátibus malis.
Quoniá mors:Saluſtius ait mortem erúnarú reqé
nó cruciatú eſſe. Eá cuncta mortaliú mala diſſolue
re:ultra neq; curæ:neq; gaudio locú eé. Nó lethú
ſed dedecus. Venus:laſciuia. Cœca:incõſiderata
promiſcua inceſta. Innumeris:plurimis:tot.n.re
ges accipiút quotlibet:alii quot poſſunt alere. Se
creta thalami patét:in publico coeút. Nefandi:ſce
lerati. Nurus:nuptas. Epulis ueſana meroq; re
gia:ideſt reges ſaturi & ebrii legibus uetitos coitus
appetút. Exceptos:notatos. Marem:q tam fortis
eſt ad libidiné:ut una nocte cú plurimis coeat inde
feſſus. Sacrata pignora:& filii qui iure naturæ de
bent eſſe inuiolati:thalamos matrú inceſtát. Dá
nat:exclamatio qua illos œdipode ſceleſtiores eé
coarguit:Is.n.caſu & p ignorátiam cú Iocaſta ma
tre.cõcubuit:hi ſponte:Oedipodionias:qbus œdi
pus eſt dominatus. Quotiens:ſæpe.n. accidit ut
rex ſic naſcat̃. Cui fas impellere:Ille cui cum ma
tre coire licet qđ ſcelus putabit. Proles metelli:
Cornelia Scipionis metelli filia. Mileſima:ultima
inter mille q̃q̃ ſit ea rex frequenter uſurus ut crude
liter inſultet ei & honori tuo & craſſi. Venus re
gia uacabit:rex libidinoſus erit intentus. Sæuitia:
ut crudeliter agat in mœſtá. Portenta: monſtroſæ
libidines & turpes cauſæ. Fatis:uictoriæ. Trahitur
captiua:ducitur ut præda craſſianæ calamitatis.
Hæreat:ſi memineris cræſſianæ cladis inquit nó mo
do te pudebit a parthis auxilium petiuiſſe:ſed ante
craſſi ultionem pugnaſſe in ciues. Maius: damna
bilius. Vindicta perit:ulciſci nó poſſumus.

¶OMNIBO. Sed tua ſors:hoc quidé indignú
erit:& ætate:& priſtinis moribus tuis. Nó metué
da uiris:nam qui fortes ſunt nó metuút mortem.
Nú barbara nobis:dixit Corneliæ maius aliquid
metuendú eſſe:q̃ mortem:cú ab indignitate pbaret
nó eſſe fidei barbarorum ſe cómittendú: ꝙ autem
hoc ſit metuendú probat a natura barbarorum:q ſunt
libidinis impacientes. Cæca:incõſiderata nimia libidinis cupiditate. Ritu ferarum:more belluarum in
promiſcuos concubitus ruit. Tedæ.i.coniugii a parte totum intelligit. Coniugibus quia barbari tot
uxores habent quot alere poſſunt. Thalamiq; patent:in propatulo coeunt. Inter mille nurus:nullæ le
ges naturales ſeruátur apud barbaros:cum lex naturalis ſit:ut ab his abſtineamus quæ nobis ſanguine cõ
iunctæ ſunt. Regia ueſana.i.rex ueſanus. Epulis meroq;:q̃ ſunt incitaméta libidinis. Nox una nó.l.m.
adeo expleti ſunt:ut q̃uis iaceát inter mulieres:tñ ſatiari nó poſſint. Iacuere ſo.pbat nullas eſſe leges:nam
ſorores in matrimonio iúgebant. Damnat apud gétes:p exéplum exornat:& arguit a minori ad maius.
Oedipus cú matre Iocaſta neſcius concubuit:exiſtimabat.n.eſſe regis uxorem:& illam ſibi merito deberi
exiſtimabat:ꝙ ſpingé uicerat:& uictam occiderat & q̃uis ignarus cõcubuerit:tamé apud omnes in fabu
lis deteſtabilis habetur:quantomagis deteſtádi ſunt reges parthorum:qui nó ignari:ſed ſponte ſua:tantú ſce
lus admittút. Apud gentes:apud oés nationes. Nó ſponte:ſed ignarus cum Iocaſta matre concubuit. ex
qua nati ſunt Etheocles & Polinicies. Infœlix fa.i.fabula infœlicis œdipi. Oedipodionias:Thebas qua
rum rex fuit œdipus. Sic:eo modo. Cui fas implere parenté. Nó erubeſcit grauidam facere matré. Pro
les tam claras:ex quo ſequitur ꝙ cornelia uxor tua erit & ipſa in numero cõcubinarum regis. Metelli: ná
mater Corneliæ Metelli filia fuit:& illam Scipio duxit. Milleſima:ultima uel una de mille. Quamquá
dixit milleſima immo fortaſſe ipſa frequentius cum barbaro iacebit:nam ſæuitia libidinis creſcet barbaro



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hoc ipſo ꝙ nobilem uiderit:& ꝙ eam craſſi uxorem intelliget fuiſſe:quaſi ſibi debitam a fatis. Vacabit: Operā dabit. Titulis uirorum.i.nobilitate maioꝝ:a quibus Cornelia originem ducebat. Hanc ſciet & craſſi:Præterea cognoſcet nuptā fuiſſe craſſo:ut plura mōſtruoſa adulteria tētet:q̃ſi duplex cōmittat adul‑teriū:ꝙ craſſi:& Pompeii uxor fuerit. Ceu debita fatis:Tanq̃ ſibi fato obligata eſſet:eo ꝙ craſſum occide‑rit. Hæreat eoæ uulnus:Arguit a uindicatione nō modo nō eſt cōfugiendū ad regem parthoꝝ:ut arma cōtra Cæ.moueat:imo bellum illi inferendū eſt:& eſt ſenſus:ſi inqt fixum eſſet pectoribus & alta mente re‑poſtum uulnus occiſi craſſi puderet nos:nō mō petere auxiliū:ſed bella ciuilia pri⁹ cœpiſſe q̃ ulciſci:qa tuo Pompeii:& Cæſar debueratis prius ulciſci iniuriam ueſtram a parthis latā:q̃ ciuile bellū gerere. Hæreat ideſt ſi hæreat:hoc eſt ſi fixū ſit. Eoæ ſortis:fortunæ orientalis. Petiſſe:ſicut nūc petere uis. Prius.ſ.q̃ par‑thicum bellū. Nā quod apud populos:magnū nefas ē bellū ciuile gerere:ſed ex omni bello nullum tibi crimen maius obiicietur q̃ ꝙ manes Craſſi inultos reliqueris. Vindicta:ſcilicet craſſi:nam bellum ciuile cauſa fuit cur romani nō miſerint exercitum contra parthos.

Debuerāt in bactra duces & nequa uacarēt
Arma uel arctoū dacis rheniq; cateruis
Imperii nudare latus.dū perfida ſuſis.
In tumulos ꝓlapſa ducū babylōq; iacerent.
Aſſyriæ paci finem fortuna præcamur.
Et ſi theſſalia bellū ciuile peractū eſt
Ad parthos q uicit eat.gens unica mūdi eſt
De qua cæſareis poſſim gaudere triūphis
Nō tibi quū primū gelidū trāſibis araxē
Vmbra ſenis mœſti ſcythicis cōfixa ſagittis
Ingeret has uoces:tu quē poſt funera nr̄a
Vltorē cinerū nudæ ſperauimus umbræ.
Ad fœdus pacēq; uenis:tū plurima cladis
Occurrēt monumēta tibi:quæ mœnia trūci
Luſtrarūt ceruice duces:ubi noīa tanta
Obruit euphrates:& nr̄a cadauera tygris
Detu'it in terras ac reddidit:ire per iſta
Si poteſ:i media ſoceꝝ quoq; magne ſedētē
Theſſalia placare potes:quin reſpicis orbē.
Romanū:ſi regna times ꝓiecta ſub auſtro
Infidūq; iubā:petimus pharon armaq; lagi
Syrtibus hic libycis tuta ē ægyptus ac inde.

❡SVLPI. Duces:romani. In bactra:in parthos ſunt.n.ad oxum amnē. Nequa uacarent arma:ne ulli ab hoc bello ceſſarēt:a dacis germaniſq; reuo‑cādi eſſent exercitus. Nudare: uacuare militibus. Suſis:Suſis quæ & ſuſa dicūtur a Dario hiſtapis fi‑lio cōdita fuerunt in pſide:abſuntq; a Seleucia ba‑byloniæ quadrigētis qnquaginta millibus paſſuū: ut Plinius ait. Ducū: Craſſi & reliquoꝝ. Aſſyriæ paci finē.i.principium belli parthici:ut ulciſcamur cladem illatā. Per actū:finitū. Qui uicit:cæſar. De qua cæſareis:quam uinci & triūphari a Cæſare quem odi lætarer. Nō tibi:ab imagine mouet af‑fectus:& potius aliud quod eſt moleſtius faciendū ſuadet poſtea honeſtū tutū & utile cōſiliū aperit. Araxē:armeniæ fluuiū. Senis:craſſi. Nudæ um‑bre:inſepulti cadaueris. Monumēta:ſigna te ſub‑monētia. Quæ mœnia trūci:circa q̃ mœnia duces romani trunco capite capti fuerint:uel quas urbes ipſoꝝ capita circuiuerint. Noīa tanta:tātos uiros. Detulit in terras:abſorpſit ſecum & extulit:nā ty‑gris pluries longo tractu abſorbet a terra & inde emergit. Ire per iſta:tā crudelibus ſupplicare. In media theſſalia:in loco tibi grauiſſimo. Quin re‑ſpicis:cur nō ad amicos romani populi te conuer‑tis.Regna:lybiam. Petimus:petere poſſumus. Pharon:inſulā in ægypto. Arua q; lagi:regnū pto‑lemæi. Syrtibus:natura ſua munitā ægyptū eſſe & puero ptolemæo fidendū cōcludit. Hinc ab oc‑cidente qua flectitur ſinus ſyrtis maioris & areno‑ſum littus:cum mare libycum ſit ei a ſeptētrione. Inde:ab oriente.

❡OMNIBO. In bactra:ciuitas Oxū amnē uerſus teſte Solino:q ex indiæ mōtibus defert:& in caſpiū mare imittit & auctore Strabone irrigat Hyrcaniā:Bactra Aſiæ ciuitas etiā Zariaſpa noiatur. Et nequa ua‑carent:& ut uires omnes imperii inuaderēt hos barbaros:debebamus ſeptētrionē omnē aduerſus eos du‑cere:& eā partē imperii noſtri deſtitutā relinquere. Ne qua ua.arma:ideſt ne ullæ uires iperii noſtri imu‑nes eēnt ab hac militia. Arctoū:ſeptētrionem. Dacis cateruis:daci(ut inqt Strabo)appellant qui Germa‑niā uerſus:& ad Iſtri fontes uergūt:q olim daui uocati ſunt exquo apud atheniēſes dauoꝝ & getaꝝ nomi‑na ſeruilia plurimū abūdabant. Suſis:ſuſa:inquit Soli.Oppidū nobiliſſimū in perſide iuxta parthos i quo templum Suſæ dianæ eſt:Suſa(ut refert Strabo)a tithono cōdita dicūtur Mēnonis patre:Suſii etiā Caſſii ſunt appellati:nam æſchylus Mēnonis matrem caſſiam uocat. In tumulos ducum:ut eſſent quædā quaſi ſepulchra. Aſſyriæ paci fi.uos precamur o Pompei & Cæſar qui imperiū adminiſtraſtis:ne diutius ueli‑tis parthos in pace ſecuros uiuere:ſed operam detis:ut pœnas dent cædis craſſi. Et ſi theſſala:& ſi bellū ciuile peractū eſt pugna theſſalica oramus ut Cæſar ducat exercitū aduerſus parthos:nam de ſola partho‑rum gēte Cæſarē libēter uiderē triūphum ducere. Peractū eſt.i.ſi uicti nō poſſumus reparare bellū. Nū tibi cum primum:concluſio orationis Lentuli per cōqueſtionem ſumitur loco qui per proſopopœiam di‑citur:cum oratio ad res mutas & animi expertes refert.Inducit enim umbras Craſſi de Pompe. conque‑ri:ſi forte animum induxerit:ut auxilium ex rege parthorum petat. Araxem:flu.armeniæ qui in prima parte ſui tam lente labitur:ut quā in partē fluat:nō facile dignoſcas:qui poſtea in duos alueos diuiſus:alte‑ro perſepolim urbem præterlabitur. Mœſti ſe.craſſi. Tu quem poſt inducit conquerentem craſſi um‑bram de Pompeio ſumitur autem locus per quem oſtenditur ab eo fieri a quo mime oportuit:& ab eo fie‑



ri a quo ſi ab alio fieret uindicari deberet.Tu o Pōpeii. Poſt funera poſt cædes noſtras. Nudæ iſepultæ. Ad fœdus nō autem ad ulciſcendā iniuriā noſtrā. Tunc plurima cladis.Alius locus conqueſtionis per quem res indignas:turpes:humiles:illiberales & indigne referūt priſtina ætate genere honore beneficiis: hæc omnia geſta fuiſſe a parthis oſtendit:tunc cum deletus eſt a parthis Craſſus cū exercitu. Occurrent contra dignitatem nō craſſi ſolum ſed exercitus. Luſtrarunt.c.d.nam abſciſis capitibus circuibant mœ‑nia urbis parthi cum ea telis fixiſſent & poteris hanc indignitatē animo tuo conſiderare & petere auxiliū ab his qui hæc fecere quaſi dicat facere nō debes. Trūci pro truncati. Vbi Euphrates obruit.t.n.nam Eu‑phrares ꝑ parthiam labitur & per eum locū qui meſopotamia dicitur. Detulit ac reddidit: inundatione aquarū. Ire per iſtas ſi potes animū tuum ad hāc indignitatem remittere:potes potius a Cæſare humili‑ter ueniam petere:& nō tantum itineris tibi peragendū erit. Placare potes nec tibi ueniam denegabit. Quin reſpicis orbem confuteuit ſentiam Pōpeii de petendo a parthoꝝ rege auxilio: nunc autem ipſe ſuā ſententiam pronūciat:quæ eſt:ut ſe in ægyptum proferat. Orbem Romanum ideſt orbē imperio Ro‑mano ſubiectum. Regna proiecta ſub auſtro ideſt libyam. Infidum iubam:ꝙ gens illa naturaliter in‑fida eſt. Largi:regis ægyptiorū qui primus alexandriæ regnauit:quæ eſt metropolis ægypti. Syrtibus hinc libycis:arguit a tuto:& ab utili cōfirmat.Tutū eſt ut in ægyptū te cōferas:nā regio illa circūdata eſt a Nilo.Vtile quia fœcūdiſſima eſt & cōmeatū per ſe abūde præſtabit. Hinc:a meridie:nam cōtigua eſt ma‑ri libyco. At inde:ſcilicet a ſeptētrione.

Gurgite ſeptēo rapidus mar̄ ſubmouet āmis
Terra ſuis cōtenta bonis:nō indiga mercis
Aut iouis in ſolo tanta eſt fiducia nilo (gne
Sceptra puer ptolemæ⁹ hēt tibi debita ma‑
Tutelæ cōmiſſa tuæ:quis nominis umbrā
Horreat:inocua eſt ætas nec iura fidemq;
Reſpectūq; deū ueteris ſperaueris aulæ.
Nil pudet aſſuetos ſceptris: mitiſſima ſors ē
Regnoꝝ ſub rege nouo:nō plura locutus.
Impulit huc aīos:quantū ſpes ultima rerū
Libertatis habes:uita eſt ſentētia magni
Tūc cilicū liquere ſolū:cyproq; citatas
Immiſere rates:nullas cui prætulit aras
Vnde diua memor paphiæ:ſi numina naſci.
Credimus:aut quēquā fas eſt cœpiſſe deoꝝ

❡SVLPI: Amnis gurgite ſepteno: nilus ſeptē hoſtiis in mare ægyptiū & Syriacū effluēs. Suis: quæ ibi ſponte ꝓueniūt. Mercis importationi‑bus aliarū rerum. Iouis: pluuiarū quoniam a nilo inūdatur. Sceptra puer: diſſoluit illud pompeii ætas niliaci nobis ſuſpecta tyrāni. Debita: quia tu eius patri donaſti.Commiſſa:ex teſtamento pa‑tris. Horreat umbram nominis:timeat imaginē quādam pueri regis:nam uerus expreſſuſq; rex di‑ci non poteſt. Innocua: nocere neſcia. Nec iu‑ra: Antiquus rex iniuſtus infidus irreligioſus & impudēs eſt. Aulæ:regis. Mitiſſima ſors: op‑tima conditio eſt in regibus nouitas:& noui reges benigniſſimi ſunt ingenii. Impulit huc:in ægy‑ptum ut iretur perſuaſit. Quantū ſpes:magna ꝑ‑fecto eſt loquendi libertas in rebus extremis & qua‑ſi ſpe deſtitutis:liberius enim & quaſi inſolēter lo‑cutus eſt lentulus in pompeiū. Solum: orā. Cy‑pro:in cyprū. Citatas:præcipites. Diua: Venus. Vnde paphiæ:maris cyprii in quo nata eſt ex pu‑dendis celii patris. Naſci:cum æterni ſint & naſci non ſit credendum. Cœpiſſe:initium & originem habuiſſe:nam quæ initium habent finem habere & omnia orta occidere neceſſe eſt.

❡OMNIBO. Gurgite ſepteno:Quia ſeptem hoſtiis in mare defluit Nilus. Terra bonis:nūc ab uti‑li probat. Non indiga mercis:non opus eſt ut aduenticiis utatur mercibus. Aut Iouis:ideſt pluuiæ:Ni‑lus enim quotānis regionē mundat. Sceptra puer:nunc cōfutat Pompeii argumenta:ꝙ uidelicet nō eſ‑ſet fidendum puero regi:& ab eodem loco argui:ita ut dicta Pōpeii in ſuū cōmodum conuertat.Tu dicis nō eſſe fidendum puero regi.At uero ego quia puer eſt maiorē fidem adhibendā eſſe cenſeo.nō enim rex eſt:ſed umbrā tantūmodo regis habet.nam reges qui diu regnare ſoliti ſunt:raro:ſunt fideles:quia diutur‑nitate regni didicere perfidiam:ſed nūc ille innocens eſt:& puer & neſcit uti falaciis.argumentū ab ætate præterea tutela eius a patre ſuo tibi cōmendata eſt. Tutela cōmiſſa:nam cū pater Ptolemæi moriens cō‑didiſſet teſtamentū:puerum & regnū fidei Pom.cōmendauit. Innocua ē ætas:quia ille dixerat:ardua qp‑pe fides robuſtos exigit annos:nō eſt ita inquit:nam reges diu in regno uerſati calidi & aſtuti: nūquam fi‑dem ſeruare didicerunt. Iura fidemq;: endiadis eſt: Veteris aulæ:ideſt ſenioris Regis. Mitiſſima ſors: cum primū Rex regnare cœperit ſolet eſſe liberalior & benignior. Impulit animos:perſuaſit animis:ut ſe reciperet huc pompeius. Quantū ſpes ultima rerū:in extremis rebus plus licentiæ & libertatis homi‑nes ſumūt:ut quicquid uelint dicere audeant:nam ſi pompeius in priſtina fœlicitate fuiſſet non tantum libertatis habuiſſet in dicendo lentulus & cæteri omnes:nunc uero quia periculum inſtare uidet auſus eſt Lentulus diſſentire & cæteri potius Lentuli ſententiā ſecuti ſunt. Spes ultima:quia ad extremum redacti erant. Tunc cilicū:in hanc ſniam Lentuli Pōpeius ſe ad nauigionē præparauit ut ægyptū peteret. Cita‑tas:ueloces. Cypro:cyprum uerſus. Nullas cui prætulit:dicit hanc cyprū præ cæteris chariſſimā eſſe Ve‑neri. Vnde diua memor paphi:ex qua nata erat:nam ex ſpuma genitaliū Saturni originem dicunt habe‑re Venerem:unde ab ſpuma deriuatur dicitur etiam cypria Venns.Si nu.na.credimus ideſt ſi credendum eſt. Cœpiſſe:ideſt numina principium habuiſſe:nam ſi deus eſt æternus eſt ſi æternus: eſt :ideſt ſine principio.

¶SVLPI. Hæc ubi deſeruit: Pōpeius cū Cypri cognouiſſet arcē eſſe captam ſui excludendi cauſa: & de aduentu Cæſaris fama crebreſceret: depoſito ſyriæ adeūdæ cōſilio: pecunia ſocietatis ſublata: & a quibuſdā priuatis ſumpta & æris magno pōdere ad militarē uſum in naues impoſito: duobuſq; milibus hominū armatis peluſiū puenit ut ait Cæſar a Cypro enim ad nili hoſtium recta nauigatione in auſtrum ſunt quadringētamilia paſſuū. Inde maris: Inde ex trāſuerſo curſum direxit in caſiū montē: qui ut inquit Strabo eſt cumulatus in modū promontorii aquarū inops. In eo magni pompeii corpus iacet & Iouis Caſii templum. Noctutno lumine: cū obſeruaret nocturnū lumen phari noluit ire in Caſium: ſed in peluſiacū hoſtium. Pugnaci: intenti contra uentum. Pars maxima: eſt enim alueorū maximus. Diuidui: qui in ſeptem alueos finditur. Tempus erat: Equinoctium autūnale deſcribit quod ſol ſub libra decurrens efficit. Examinat trutinat. Non plus uno die: quæ reddit unum ſolum diē parem nocti quo præterito: dies īminuūtur creſcuntq; noctes. Rependit reddit cōpenſat. Solatia leuamen eius diminutionis in uere. Comperit pompeius. Teneri. Erat enim illic cū exercitu in cleopatram ſororē quā cōmunem heredem regno conabatur eiicere. Flectit a peluſio. Nec phœbus nec carbaſa lāguēt nōdū ſol occiderat & uēti ſpirabāt. Speculator cuſtos explorator. Cōpleuerat: aduētu hoſpitis uulgauerat pō. aduētare. Plutarchus & Appian⁹ dicūt Pō. nūtiū præmiſiſſe ad regem orandū & eū in anchoris expectaſſe iuxta regionem. Monſtra pelleæ domus inhoneſti cōſiliarii Ptolemæi Alexandrini. Fractis annis debili ſenectute. Creſcentis in arua irrigātis campos. Memphis cuſtos ideſt inſula Nili regia ægyptiorū. Vana ſacris quia bouem canem felē & diuerſa animalia monſtraq; colunt. Illo cultore cum ille ſacerdos eſſet & eum grādem natu indicat quia plurimorū apium uiderat mortem. Nō unus apis uixerat luſtra: plurimus bos eorū quos colit ægyptius perierat. bouē enim per apim itelligit. Eum ut Plinius ait nō eſt fas certos uitæ excedere annos: Merſumq; in ſacerdotum fonte enecant quæſituri luctu & alium quē ſubſtituāt: & donec inuenerint mœrent: deraſis etiam capitibus nec tamē unquam diu quæritur. Suæ phœbus: hoc dixit ꝓpter albam notam quā in dextro latere inſtar bicornis lunæ habent ingenitam.

¶OMNIBO. Hæc ubi deſeruit: cilicum mare a Cilicia cuius in conſpectu eſt denominatum cōtra ſe habet inſulam Cyprum a meridie: quod nunc mare pompeiū nauigaſſe deſcribit. Hæc littora ideſt cilicia. Totos ſcopulos: inſulam Cyprum ſcopuloſam. Exit in auſtrum. in eam partem quæ uergit in meridie. Inde maris uaſti: nec nauigat in portum: ſed ex tranſuerſo mari curſum dirigeus declinauit in Caſium montem. Montem: pharon ſignificat inſulam turrim magna altitudine: mirificis operibus extructam montis inſtar quæ nomen ab inſula accepit: haud procul ab Alexandria: hæc flammarū indicio a lōge inſpicitur eius lucis uſus eſt ad prodenda noctis uada: tutumq; portus introitum. Pugnaci uelo: quia uentos habebat aduerſos quaſi præſagi eſſent uenti eius quod futurum erat. Septimus amnis: ſeptimus ramus: nam ſeptem hoſtiis in mare deſcendit quorum unum peluſum appellatur. Tempus erat: deſcribit tempus quo Pompeius ægypto appropinquauit: deinde & locum ubi forte rex Ptolemæus erat: qui ad Pompeii aduentum tumultuarium concilium habuit: in quo duæ diuerſæ ſententiæ habite ſunt. Altera erat Achorei ſenioris ut pro amicitia & antiquo fœdere quod patri eius cum pompeio erat benigne ſuſciperet. altera uero photini pernitioſa in pompeium. Quo libra pares: æquinoctium inquit erat cū pōpeius appropinquauit ægypto. libra die. xv. ſeptembris oritur: & in ea ſol intrat circa meridiem. quo die tantum lucis & noctis æqualitas eſt: nam continuo noctes ſenſim augentur. idq; perexiguum: adeo ut ſentiri uix poſſit. Examinat penſat: & alluſit ad nomen: quaſi libra quod ſignū eſt: æqua luce dies ac noctes pēſet. Nō una plus: nā uno die ſolū æqualitas eſt lucis ac noctis. Repēdit: recōpenſat. Aeterni dāni: uer incipit. xvii. martii quo die ſol itrat arietem: & hūc diem ſolum nox adæquat: nam ſtatim decreſcit cuius diminutionis exiguitas uix pcipit. ergo ſicut autūno creſcūt noctes: ita uere decreſcūt: & ita qd dānū uer ītulerat noctibus decreſcētibus: repat deinde autūnus creſcētibus. Cōperit ut regē: nō uenerat ad caſium montē: ſed ubi cōperit regē ibi eē flexit iter: forte accidit ut his diebus ſororē regno expulerit per amicos & propinquos & caſtra apud Caſium habebat cōtra ſororem. Caſius mons eſt in aſſyria: peluſio ægypti

Hæc ubi deſeruit pompeius littora totos
Emēſus cypri ſcopulos qbus exit in auſtrū.
Inde maris uaſti trāſuerſus uertitur æſtu
Nec tenuit caſiū nocturno lumine montē
Infimaq; ægypti pugnaci littora uelo
Vix tetigit qua diuidui pars maxima nili
In uada decurrit peluſia ſeptimus amnis.
Tēpus erat quo libra pares examinat horas
Nō uno plus æqua die: noctiq; rependit
Lux minor hybernæ uerni ſolatia damni
Comperit ut regē caſio ſe monte tenere
Flectit iter: nec phœb⁹ adhuc nec carbaſa lāguēt
Iā rapido ſpeculator eqs p littora curſu
Hoſpitis aduētu pauidā cōpleuerat aulā.
Conſilii uix tēpus erat: tamē oīa monſtra
Pelleæ coiere domus: quos īter achoreus
Iā placidus ſenio: fractiſq; modeſtior annis
Hūc genuit cuſtos nili creſcentis in arua.
Mēphis uana ſacris: illo cultore deorū.
Luſtra ſuæ phœbes nō unus uixerat apis



conterminus: haud longe a loco qui oſtracine dicit̃ nobilis ſepulchro pō. Nec phœbus: quia adhuc dies erat. Carbaſa languent: quia uentus flabat. Iā rapido ſpeculator eques. iā inquit equites qui ſpeculatū miſſi fuerant (audiuerant enim de clade pō.) nunciabant regi aduentare pō. Pauidā ambiguā quid conſilii caperet. Vix tempus conſilii. quia ſubitus erat pō. aduentus. Omnia monſtra. monſtra appellat uicioſos regis conſiliarios. quia ut ferme fieri ſolet. miniſtri regū ſunt flagicioſi. nā ut regi aſſentent̃ quæcūq; illi ætate placeant. ſolent excogitare. quæ autē adoleſcenti placeant manifeſtū eſt. Pelleæ. alexandriæ. Hunc genuit. dicit hunc originē habuiſſe a memphi urbe ægypti. Cuſtos nili. quia memphis fuit. auctore plinio. arx regū ægypti. id cuſtodi nili appellat̃. aut quia ibi apis conſeruabat̃. quo naſcente. ſemper nilus creſcebat. & ſi forte nō naſceret̃ malo omine habebat̃ quaſi iratus eſſet deus. nā inter cætera quæ ægyptus habet digna memoratu bouē præcipue mirant̃. quē apim uocant. hunc inſtar colunt numinis inſignē albæ notæ macula. quæ dextro eius lateri ingenita corniculantis lunæ refert faciē ſtatutū æui ſpaciū eſt quod ut affuit (adeſt autē e nilo ſingulis luſtris) profundo ſacri fontis immerſus necat̃. ne diē trahat longius quā licebit. mox alter nec ſine publico luctu requirit̃: quē repertū centū antiſtites memphin proſequūt̃ ut icipiat ibi ſacris initiat⁹: ſacer fieri: Solin⁹. hūc igit̃ achoreū dicit ſacra ſæpi⁹ hæc celebraſſe: ꝓpter quod grandæuū illū ſignificat. Vna: quia apim bouē illū magna pompa ſequebant̃ ex nilo naſcentē & inſtar numinis colebant. Cultore deorū. ſcilicet achoreo operante in ſacris apis. Suæ phœbes. ideſt ſuæ lunæ quā in dextro armo geſtabat. Nō unus: quia ſæpe celebrauerat.

¶SVLPI. Vox prima fuit: primus ſententiā dixit. Iactauit meritūq; fidēq;: in uanū commemorauit officia & fidē pō. & fœdera quæ ptolemæus auletes cū ipſos percuſerat. hic ob flagitia ab alexandrinis eiectus cā ro. ueniſſet precatū ut in regnū reſtitueret̃ pō. præcipue fauore tandē reductus eſt per gabiniū cū nō magna militū manu qui apud regē remanſerunt: quos inter fuit ſeptimius qui pō. obtruncauit. Melior: aptior potentior ad ſuadenda mala: Malis: in malis. Tyrannos: tyrannorū uoluntatē. Photinus: enuchus regis & eius pecuniæ cuſtos qui pō. interimendū in uictoris cæ. beneficiū perſuaſit plutarchus ait theodotū rhetorē neutrū ſatis tutū fore demonſtraſſe: ſi enim ſuſcepiſſent ſe cæ. hoſtē habituros: pō. q; domū aiebat. ſi repuliſſent cū pō. eiectionis crimē ſubituros cæ. cauſā perſecutionis debere. Optimū itaq; uirū accitū occidere beneficiū hinc cæ. collaturos. Ius & fas: Suaſio ab utili honeſtate neglecta: qua docet regibus conuenir̃ crudelitatē: & pō. ptolemæū ob beneficia in patrē nihil debere: cūq; adeo eſſe miſerū ut reſarciri nō poſſit: & cū miſeris nō ſuſcipiēdā nec tenendū amicitiā eſſe docet. Ius & fas: iuris & liciti obſeruatio. incipitq; a ſententia graui & tragica. Dat pœnas: punitur. Quum ſuſtinet fortuna premit: quum tuetur miſeros. Fatis accede deiſq;: foue quos dei & fata. Sic utile recto: rectum & utile ſic natura coniuncta ſunt: ut ſeparari non poſſint ut ſtoici uolunt. qui uero uerbis & intellectu ea ſeparauerunt magnam ut ci. ait pernitiem hominibus induxerunt. Sceptrorum uis tota: potentia inquit regia extinguetur ſi iuſtitiam ſeruare & ſequi uoluerit. Euertitq; arces: tollit loca munita ne alius ſit potentior alio & omnia facit equalia. Libertas ſcelarū eſt: licentia peccandi & ſæuiendi in alios defendit & ſeruat reges. Sublatuſq; modus gladiis: hoc eſt delitas: Facere omnia ſeuæ: crudelitatem impune exercere non licet niſi ipſam exercendo audaces terrueris. Exeat aula: deponat regnum. Virtus & ſumma poteſtas non coeunt: non conueniunt quod quis iuſtus & rex eſſe uelit fieri nequit. Pudebunt: pudore aſficient terentius non iſtec te pudent.

¶OMNIBO. Prima uox conſilii: & hic primus ſententiam dixit: Sacraq; defuncti: ideſt ſacra hoſpitii & amiciciæ iura quæ ptolemæo ſeniori cum pom. fuerunt. nam ptolemæus auletes. ſicut in epiſtolis legitur: & apud ualerium: orta ſeditionis pulſus eſt ab alexandrinis. ille confugit ro. qua in re præcipue adiutus eſt a pom. gabinius qui poſtea eum reſtituit e ſenatuſconſulto pom. militum partem regi in ægypto reliquit: & inter cæteros. P. ſeptimium qui ſub pom. militauerat: a quo cum photino & achilla pom. occiſus eſt. Sed melior ſuadere. quia malus malo facilius ſuadet: quam bonus. Noſſe tyrānos: qa ꝑ libidine uiuere uolunt: neceſſe ergo eſt ut qui grati tyrannis eſſe uolunt aſſententur. Ius & fas multos: non utitur procemio & a tuto incipit argumentum. & ab utili: dicens multum differt inter honeſtum & utile. Ius & fas faciunt nocentes. ideſt ſeruare ius humanum & diuinum facit homines nocentes: a præcedente quod ſequit̃ ſi nocens eſt pœnā meret̃. ergo faciunt nocentes. i. faciunt pœnā pati tanquā nocentes ſi ptolemæus ſecundū ius & fas ſuſcepiſſet pom. pependiſſet pœnas a cæ. nihilominus quā ſi nocens eſſet. Laudata

Cōſilii uox prima fuit meritūq; fidēq;
Sacraq; defuncti iactauit pignora patris
Sed melior ſuadere malis & noſſe tyrānos.
Auſus: pōpeiū letho dānare photinus.
Ius & fas multos faciūt ptolemeæ nocētes
Dat pœnas laudata fides: quū ſuſtinet inqt
Quos fortuna premit: fatis accede deiſq;
Et cole fœlices miſeros fugæ: ſidera terra:
Vt diſtāt: & flāma mari ſic utile recto
Sceptrorū uis tota perit: ſi pēdere iuſta
Incipit euertitq; arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerū eſt quæ regna iuiſa tuetur
Sublatuſq; modus gladiis facere oīa ſæue:
Nō impune licet niſi quū facis exeat aula
Qui uult eē pius uirtus & ſumma poteſtas.
Nō coeūt ſemp metuet quē ſæua pudebūt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

fides:quā omnes laudant. Fatis accede:ideſt acquieſce uoluntatibus deorū fata ſunt aduerſa pō. propitia uero cæ. ergo ſequere fata. Cole:obſerua. Sceptrorū:tyrannorū. Vis tota perit: ſi reges inqnit iuſtū ſeruare uoluerint regna cito amittent:ſed nō ita eſt:nā diuerſa eſt tyrannorū uita a regibus. tyranni enim magis metui uolunt:quā amari. Pendere:ponderare æſtimare. Reſpectus honeſti: ſi uis tueri regnū tuū: fac ut tibi cuiuſcunq; ſceleris licentiā retineas:& occidendi:& in exiliū mittendi. Libertas ſcelerū:quando aliquis contra uoluntatē ciuiū regnat: inuiſū eſt regnū & nō niſi per uim defendi poteſt. Sublatuſq; modus gladiis:ut ſine modeſtia gladii exercitant. Facere omnia ſæue nō impune licet:niſi ut facis:ideſt ſi intermiſeris facere turpia:tunc tibi licentia auferet:ſed ſi cōtiue pſeueras facere:tūc licet. Coeūt:cōueniūt.

Nō ipune tuos magnus cōtempſerit annos
Qui te nec uictos arcere a littore noſtro.
Poſſe putat neu te ſceptriſ priuauerit hoſpeſ
Pignora ſūt ꝓpiora tibi nilōq; pharonq;
Si regnare piget damnatæ redde ſorori
Aegyptū certe latiis tueamur ab armis
Quicqd nō fuerit magni dū bella gerūtur
Nec uictoris erit toto iā pulſus ab orbe
Poſtquā nulla manet rerū fiducia quærit.
Cū qua gēte cadat rapit ciuilibus armis
Nec ſoceri tātū arma fugit fugit ora ſenat9
Cui9 theſſalicas ſaturat ps magna uolucres
Et metuit gētes quas uno i ſanguie miſtas
Deſeruit regeſq; timet quorꝫ omnia merſit.
Theſſaliæq; reus nulla tellure receptus
Sollicitat noſtrū quē nōdū pdidit orbē
Iuſtior in magnū nobis ptolemæe querelæ.
Cauſa data ē qd ſepoſitā ſempq; quietā
Crie bellorꝫ maculas pharon aruaq; noſtra.
Victori ſuſpecta facis: cur ſola cadenti
Hæc placuit tellus in quā pharſalica fata
Cōferres: pœnaſq; tuas: iā crimē hēmus
Purgādū gladio qd nobis ſceptra ſenatus

SVLPI. Nō impune:in odiū pō. adducens regē irritat ꝙ per comtemptū pō. in ægyptū acceſſerit: ut qui inde repelli nō poſſet. Neu te ſceptris: uel ne pō. regno te priuet ſiue te a ſorori priuari:ſin tibi moleſtū eſt regnū trade illi nobiſq; defendendū. Pignora propiora:propinqui ut ſoror beniuoletior ipſo. Piget:triſtaris. Damnatæ:eiectæ a te. Fuerit magni:paruerit pom. Victoris cæ. & ſic erimus toto bello liberi. Cū qua gente cadat:quos ſecū in miſeriā trahat. Rapit: agitat ut furens.
Ora ſenatus:conſpectū eorū quos in diſcrimē adduxit. Deſeruit: fugiens. Merſit: obruit. Theſſaliæq; reus: ob cladē theſſalicā accuſatus & pulſus.
Iuſtior in magnū:iuſtius nos de eo quā alii conqueri poſſumus. Quid ſepoſitā: apoſtrophe ad magnū: Sepoſitā:ſemotā. Carmine bellorū: ciuiliū culpa. Conferres fata: transferres cladē ſimilē & ubi tu punireris. itaq; hoc peccato in regiā maieſtatē commiſſo iuſta morte es dignus. Quod nobis:con futatio obiiciende ingratitudinis: certe inquit ob regnū a te acceptū fuimus animo grati: nā deos in tua uota orauimaſ hanc autē facilē uim quā inferimus nō ut pō. de nobis benemerito ſed ut uicto inferimus: intuliſſemus profecto auidius cæ. ſed rerū curſū contra te ſequimur.

OMNIBO. Nō impune tuos:quando cauſa turpis eſt inſinuatione uti debemus:& nō opus eſt procemio oſtendit ꝙ utile ſit: nunc autē deſcendit ad ꝓprietates procemii & probauit a tuto pro poſitionē ſuā:nunc autē adducit in odiū hoc modo nā confidemer pō. hoc facere dicit. quia tuā contennit pueriſiā: facito:ut nō impune ſciat ætatē tuā contennendā. Qui te nec iucto:exiſtimat te nec tantū uirū habere: ut uictos etiā a tuo regno prohibere poſſis
Nō te ſceptris.p.h. nili inqt regnū tuū tradere pō. ut hoſtes priuet te regno: Pignora ſunt:ꝓbat a minori ad maius ſi noluiſti cedere ſorori nec debes cedere pō. nā ex teſtamento patris ſuccedere debet puella: nā apud reges primo genitus ſiue mas:ſiue fœmina fuerat ſuccedebat in regnū: ꝙ ſi animū inducere potes ut regno cedas:qd nō cedis ſorori: ut bellū finiamus. Propiora: habes neceſſitudine tibi magis coniunctos quam pō. Quicquid non fuerat: arguit a maiori ad maius ſi noluiſti ſequi pō. in felicitate: nec nunc ſeq debes:immo nec cæ. uictorē. Dū bella ge. nondū uictoria. ad alterū eorū inclinata. Nec uictoris:qa noſtrū nō reqret regnū qſi ulciſci uelit iniuriā. ꝙ ſecuti fuerimus pō. Toto iā pulſus ab orbe:arguit ab ea parte tuti q incolumitas dicit nā tuti duas eſſe partes dicimus incolumitatē. ſ. & potentiā. eſt autē incolumitas ſalutis tua & integra cōſeruatio & locus eſt ab attributis pſonæ uidelicet ab eo attributo ꝙ dicit factū ubi conſiderat qd fecerit qd faciat qd facturus ſit:qd fecit pō. fecit ut omnes q eū ſecuti ſint perierint. ergo q eū ſequent omnes pibunt. nō eſt inqt tutū ſeq pō. quē omnes oderunt: qa tantorū malorū cauſa fuit quorū & nos ſi eū ſeqmur participes erim9. Cū q gente cadat: ſicut cū his ante deletus eſt q eū ſecuti fuerant. Rapit ciuilibus armis:deeſt ab. i. fugit conſpectū ſuorū. quorū maior pars ciuili bello piit.
Ora ſenatus:fugit ꝓpter pudorē. nā ipſe cauſa fuerat malorū qſi ducis impitia milites piiſſent. Metuit gentes:qa ipſe auctor fuit:ut bello ciuili ꝑderent ideo metuit eos q ſupſunt. Regeſq;:ſ. orientis q eū ſecuti fuerant. Theſſaliæ reus:ꝙ impitia pō. dicerent cladē illā accepiſſe. Nulla tellure:nō habet quo confugiat:ſola relinquit ægyptus quo recipiat. ut ſi eū ſecuti fuerimus. ſicuti cæteri & nō pereamus. Iuſtior in magnū: nihil igit eſt ꝙ pō. de nobis querat ſi illū occiderimus: nā iuſtius de illo nos conqueri poterimus. quia ad nos peruenit ut nos uictori faciat inuiſos. Quid:oſtendit iuſtā ſe cauſā habere conquerendi de pō. Sepoſitā:ſeparatā ab bello ciuili: quia nec hunc nec illū ſecuta fuerat. Conferres. transferres. nā conferre proprie transferre ſignificat: ut ad hæc potiſſimum ſtudia contuliſſemus. ideſt tranſtuliſſemus.



Pharſalica fata: ideſt pœnas omnes: quas meruerunt qui tecū in pharſalia aduerſus cæ. pugnauerunt in nos transferrens: nam ſi te recipiemus parata ſunt nobis a uictore ſupplicia. Quæ: expoſitiue pro ideſt. Iā crimē habemus:i. etiā ſi te nō ſuſceperimus:tamē ab ipſo quod ad nos confugeris:nō ſine crimine erimus. niſi te occidemus. Pugnandū gladio:ideſt quā culpā nō poſſumus:niſi cæde tua fugare. Quod nobis ſceptra ſenatus:nunc poſtquā rationes ſuas confirmauit:refellit obiectiones: quæ fieri poſſent. obiici poterat uitiū ingratitudinis. quod uidelicet pō. auctor fuerit: nec auctor ſolū. ſed auxiliator ptolemæi ut in regnū reſtitueret ergo refellit:nec eſt inquit quod nos ingratos appelles o pō. nā ſi nobis fauiſti tunc cū reſtitutus eſt pater in regnū:& nos nō deſtitimus rogare deos:ut tibi uictoriā præſtarent: ſed diis aliter uiſū eſt:quo neceſſitas nos trahit:eo ſequi uolumus. ptolemæus auletes (ut oſtendit a Strabone) pater cleopatre eiectus regno ab alexandrinis:quia flagitioſus erat & coraulā in regia celebrabat: profectus ro. a pō. ſuſceptus eſt:ac ſenatui commendatus:egitq; de redutione eius:ac de nece legatorū: qui ſupra centū contra regē uenerant:e quibus fuit diō achademicus princeps legationis ptolemæus itaqa gabinio reductus archelaū quē regē ſibi alexandrini aſciuerant interemit: ac filiā: ſed nō multo poſt morbo aſſumptus eſt: relictis duobus filiis & totidē filiabus: quarū grandior erat cleopatra alexandrini & puerū natu grandior & cleopatrā regno præfecerunt:ſed pueri familiares:mota ſeditione cleopatrā eiecerunt:quæ poſtea in ſyriā cū ſorore ſeceſſit. interea magnus ex phalepharſolo fugiens in caſiū montē:ac peluſiū uenit: ibi quæ a regis familiaribus dolo obtruncatus eſt cæ. cū aduentaſſet adoleſcentulū interemit & cleopatrā ab exilio reuocatā ægypti reginā conſtituit:atq; ei in regni partē reliquū fratrē addidit admodū iuuenē.

Te ſuadente dedit: uotis tua fouimus arma:
Hoc ferrū quod facta iubent ꝓferre paraui
Nō tibi: ſed uicto: feriam tua uiſcera magne
Maluerā ſoceri: rapimur quo cūcta ferunt.
Te ne mihi dubitas an ſit uiolare neceſſe
Cum liceat: quæ te noſtri fiducia regni
Huc agit infelix. populū nō cernis inermē:
Aruaq; uix refugo fodientem millia nilo:
Metiri ſua regna decet uireſq; fateri
Tu ptolemæe potes magni fulcire ruinam:
Sub qua rōa iacet: buſtū cinereſq; mouere.
Theſſalicos audes: bellum in regna uocare:
Ante aciē emathiā nullis acceſſimus armis.
Pōpei nūc caſtra placent quæ deſerit orbis:
Nunc uictoris opes & cognita fata laceſſes:
Aduerſis non deeſſe decet. ſed læta ſecutos

SVLPI. Proferre:exercere. Te ne mihi: antipophora:dicere pō. qui te cogit me interimere. reſpondet: neceſſe eſſe quia licet & fieri poteſt. Quæ te noſtri fiducia: repræhenſio imprudentia. Inermē:imbellū & mollē. Mollia nilo refluo: quæ inundata nilus decreſcens reliquit mollia. Metiri ſua regna: menſurate ſuā potentiā & eſt ſuaſio ab impoſibili & inſtati periculo. Fulcire: ſuſtentare & reparare. Mouere: ſuſcitare ut repararent. Ante aciē: argumentū a maiori cū inſultatione. Nullis acceſſimus: nec pō. nec cæ. nos adiunximus.
Aduerſis nō deeſſe: turpe eſt ueterē amicū in aduerſitate deſerere: ſed ſi particeps fueris felicitatis: ſed cū clamitoſis amicitia in eunda nō eſt.

OMNIBO. Votis:deos rogando: ut uictor eſſes. Hoc ferrū:quod nunc nudat in cædē tuā paraurā nō ad te interficiendū:ſed cæ. Proferre:nudare contra te. Fata:nō uoluntas noſtra. Nō tibi ſed uicto:ac ſi dicat niſi uictus eſſes hoc nō facerē.
Rapimur quo cū:argumentū eſt a neceſſario: neceſſitaſ duplex eſt in arte Rhetorica:una ſimplex & abſoluta cui reſiſti nullo modo poteſt. alia cū adiectione ſimplex neceſſitas eſt:ut moriendū eſt homini aliquādo at uero homini requieſcēdū eſt aliquando: eſt cū adiectione: niſi malit laſſitudine cōfici: ita hoc loco. neceſſe eſt occidere pō. niſi nos perire maluerimus:hæc eſt neceſſitas cū adiectiōe. Ne. i. dubitas an ſit neceſſe uiolare te cū liceat:magna differētia eſt inter licere & decere. nā omnia q licēt decēt: ſed nō e cōtra:ideo dicit. Cū liceat. i. nobis poteſtas & facilitas ſit occidēdi te. q. d. nō debes dubitare an deceat: qa omnes ſuā incolūitatē anteponūt aliorū utilitati: ſed illud oſtēdit. ꝙ ſi te ſuſcepimus nec te qdē tueri poterimus & nos in piculū ſalutis cōiicieur. Quæ te fiducia noſtri: ab impoſibili arguit. hoc modo nō poſſumus defēdere pō. nā uires noſtræ exiguæ ſunt q uictori reſiſtere non poſſūt ſed ſi tādē ſuſcepimus piculū omne in nos cōferēus ergo quādo nulla utilitas ſecutura eſt:ſi ſuſceperimus pō. immo nos in piculū uēturi ſimus. ſatis eſt illū occidere. Quæ te fiducia noſtri:o infelix pō. nōne uides uires noſtras nō ſufficere:& opes q te poſſint in hoc caſu defēdere. Populū inermē:argumētū eſt a genere & attributis pſōæ gēus autē diuidit in patriā & nationē:ut græcus eſt. ergo ſupbus. pœnus eſt ergo pfidus. ægyptus: ergo mollis & imbellis. nō tutū eſt ergo cōſiliū:ut q alterius auxilio indigerat: ad gētē mollē & eneruē cōfugeret. Mollia arua:uix iqt uires nīæ ſuppetūt ad colēdū agrū & eū qdē mollē: q adeo p ſe fertilis ē cū inundatus fuerit nilo:ut nullo uel puo admodū laborare egeat. Meriti ſua regna decet. nūc a prudētia arguit. prudētiæ ptes tres ſūt. mēoria itelligētia:& ꝓuidētia:ab ea uires ſuas cōſiderare oportet diligēter: & ñ ſuſcipe pl9 negocii q ferre poſſit. Diceret. ſ. uirū prudētē. Fateri uires: qa ſi exiguæ ſint: nō debes eas extollere & oñdit ñ eſſe opes ægyptiorū eiuſmodi q poſſēt cladē hāc reſarcire q pō. accepat. Fulcire:ſuſtētare. Rōa: ipiū ro. qa cū eo uict9 ē pō. Bellū:ꝙ antea a nobis rēotū fuit. i te ipſū trāſferre auſ9 fueris. Ante aciē æmathiā:argumētationē excanat a maiori ad minus: nā a ſili a maiori ad minus a minori ad maius: ab exēplis a cōtrariis illā exornare cōſuerim9. ſi pō. iqt quū in felicitate erat defēdi nō potuit:quō nūc uictus defēdet a cōtrario quē in pſpis rebus ſecuti nō ſumus:eūdē in aduerſis ſeqmur. Nūc poſtq uict9 eſt Cognita:fata

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

quia ante in dubio erat uter eorũ uictor futurus eſſet.nunc autẽ manifeſtũ eſt uictorẽ cæ.ergo fata cæ.manifeſta ſunt. Aduerſis nõ deeſſe decet:facit obiectionem deinde reſpondet.dicit aliquis nõ decet amicis deeſſe in aduerſis fateor inquit. Sed læta ſecutos.ideſt illos decet in rebus aduerſis amicis nõ deeſſe:qui amicos in ſecunda fortuna ſecuti fuerunt nos autẽ nõ ſumus põ. inſecundis rebus proſecuti ergo uicio nobis dabit̃.ſi illũ in aduerſis ſequemur.

Nulla fides unquã miſeros elegit amicos;
Aſſenſere omnes ſceleri lætatur honore
Rex puer iſueto qđ iam ſibi tanta iuberet
Permittãt famuli:ſceleri delectus achillas,
Perfida qua tellus caſiis excurrit arenis
Et uada teſtantur iũctas ægyptia ſyrtes
Exiguã ſociis mõſtri cladiſq; carinã
Inſtruit:o ſuperi nilus ne & barbara mẽphis
Et peluſiaci tã mollis turba canopi
Hos aĩos:ſic fata ꝓmũt ciuilia mũdũ.
Sic romana iacẽt:ullus ne ĩ cladibus iſtis
Eſt locus ægypto:phariuſq; admittit̃ enſis,
Hanc certe ſeruate fidẽ ciuilia bella
Cognatas præſtate mãus:externaq; mõſtra
Pellite:ſi meruit tã claro noie magnus.
Cæſaris eẽ nefas,tãti ptolemeæ ruinã
Nõis haud metuis:cœloq; tonãte ꝓfanas
Inſeruiſſe manus ĩpuræ ac ſemiuir audes,
Nõ domitor mũdi nec ter capitolia curru
Inuectus:regũq; potẽs uindexq; ſenatus,
Victoriſq; gener:phario ſatis eſſe tyrãno
Quod poterat rõanus erat,qđ uiſcera nr̃a,
Scrutaris gladio:neſcis puer iprobe neſcis,
Quo tua ſit fortuna loco:iã iure ſine ullo,

❡SVLPI. Nulla fides, nullus fidelis miſerum cepit amare. Tanta uidelicet pom.occidere. Permittant.ſuadent non uetent. Achillas. qui fuerat pedagogus eius & nunc præerat exercitui. Tellus excurrit. ægyptus extenditur ad radices caſii montis. Vada: uadoſa & non profunda loca. Socii monſtri:nam hic ſeptimium olim ſub pom.tribunum militũ. & ſaluium centurionem cum aſſumpſiſſet ſocios ꝑterea tres aut amplius quattuor ſatellites puppem ad pom.mouit.ut ait plutarchus.
O ſuperi.tragica exclamatio cum querela. Mollis. in bellis effœminata: Canopi: canopus oppidum in ægypto ſic appellatum a canopo gubernatore nauis menelai illic aſpidiſ ictu defuncto.Iuxta id ut tradit Strabo eſt foſſa cymbis plæna in quibus mulieres aſſiduæ canunt atq; laſciuiunt: Hos animos:deeſt habent. Præmunt: opprimunt Vllus locus:ulla nocendi occaſio. Admittitur:in ro.cedem: Bella: uocandi caſus. Cognatas ro.quæ põ.conficiant Monſtra: monſtroſos parricidas:
Si meruit:ſi. dignus eſt occidi nomine cæ. Tãti deterret eum a metu deum. Cœloq; tonante:dum adhuc tonet e cœlo iuppiter qui te ulciſcetur. Impure:obſcene. Non domitor: eſt non eſſet clarus rebus geſtis pom.non ne ſatis ab eo necando illud unum terrere te potuit:quod erat ro. Non domitor:non ſit uictor omnium:nec qui ter triumphauerit:nec qui reges fecit:nec imperator & ultor ſenatus cæ. gener. Ter:uidelicet de aphrica & hiſpania
Tum de pyratis:ultimo de tygrane & mithrydate innumeriſq; prouinciis. Quod poterat eſſe ſatis: quod te poterat deterrere. Quo tua ſit fortuna loco: hoc dicit quia & ipſe cæ.iuſſu conficietur. Noſtra ro. Iam iure: iam meris priuari cum ſis parricida. Negarat. depoſuerat cũ eſſet terræ proximus & remibus ibat.

❡OMNIBO. Nulla fides unquam:nemo unquam tam fidelis fuit. qui amicum in miſeria eligere inceperit. Aſſenſere omnes ſceleri.nunc oſtendit quem affectum achillæ habuerit oratio.dicit omnes huic ſententiæ aſſenſiſſe ꝙ uidelicet tuta uidebatur. Lætatur inſueto honore:ipſe etiam ꝙ puer eſſet gaudebat ſibi tantum licentiæ dari:ut pom.de medio tolleret. Famuli:ſub quorum tutela fuerat. Sceleri delectus achillas:qui fuerat conſilii electus eſt etiam auctor ſceleris. Perfida qua tellus: nunc dicit quomodo achillas huic cædi ſe præparauerit:& oſtendit unde nauigare cœpit achillas cum ſociis:ut pom.occurreret. dicit enim cœpiſſe ab eo loco ubi caſtra ptolomæus iunior poſuerat aduerſus cleopatram ſororem regno pulſam: nam ex teſtamento patris regnabat cleopatra quia maior natu erat: ſed ptolemæus puer poſtquam ad adoleſcentiam peruenit conſilio amicorum & factione ſolorem e regno pepulit illa aduerſus fratrem caſtra poſuerat: nam multos habebat qui eam ſecuti fuerant. Monſtri .i. monſtruoſi ſceleris.
Syrtes:nam ægyptus ob occaſu ſyrtes habet. O ſuperi: exlamat contra indignitatem ꝙ pom.ſit a ptolemæo iuſſis occidit. dicit enim indignum fuiſſe ptolemæum regem.qui manus ſuas in magni ducis cruore pollaaret:uſq; adeo inquit ad immum redactæ ſunt res ro. ut pom.dux ro. ab ægyptiis ſatellitibus uiliſſimis occidatur. Hos animos.ſ.habuit.ut ægyptii audeant hoc ſcelus ſuſcipere ſemiplenus ſermo conuenit afflictis. Nilus memphis: pro ægyptiis poſuit: Barbara: omnes enim barbaros maiores appellant preter græcos & latinos. Peluſiaci canopi.i.ſinus ægyptii:nam peluſium unus eſt ex ſeptem meatibus nili. Mollis.eneruis & effœminata. Sic:uſq; adeo. Vllis ne in cladibus:poteſt ne ægyptus ad hoc facinus ſufficere:ac ſi .d.non eſt ægyptus tanti ut mereatur occidere pom: Hanc certe ſeruate fidem: in hoc inquit fidem ueſtram requirimus o ſuperi uelitis:ut ſi pom. occidendus eſt a ro. ſaltem occidatur non a barbaro. Præſtate.ſ.in hanc cædem. Cognatas.i.ro.manus. Extremaq; monſtra.i.monſtruoſos & abiectiſſimos homines qui monſtri inſtar ſunt erãt.n.eunuchi: & moles miniſtri. Si meruit tam claro:ſi pom.inquit princeps ro. cuius nomen tantum orbem terrarum impleuerat occidi: nunquid tantum audaciæ ha



bere potes o ptolemæe qui nec plane quidẽ uir appellari debes.ut tantũ uirũ occideres:nunquid tanti nominis fama & claritate detereris. Tã claro nomine:pro tã clari nominis: ut præſtanti forma puella. Cæſaris nefas.ut cæ.põ.mortis auctor eſſet. Cœlo tonante nunquid nõ iouẽ ipſũ uerens dũ fulmina iaculat̃ & audes ne ſacrilegas manus tuas inferre põ. Nõ mundi domitor:ſenſus eſt fac inquit põ.nõ fuiſſe domitorẽ mundi nõ uendicaſſe ſcelera: nõ ter triumphaſſe.nõ fuiſſe generũ cæ. nunquid hoc ipſũ te terrere potuit.quod ro.erat.ut auderes miſcere manus in ſanguine ro. Domitor mundi. qui totũ orientẽ imperio populi ro.ſubegit. Ter capitolia curru: quia de hiſpania ſimul cũ aphrica triumphauit occiſo carbone & domitio triumphauit de piratis & de mithridate. Regũ potens: quia tigrannẽ regẽ armeniæ bello ſubegit: qui filiũ eius tigranocerotã ante currũ triumphans uexit: & ariſtobolũ iudeorũ regẽ. Quid uiſcera noſtra.ſed hoc quoq; te debuit ab hac cede remouere o ptolemæe:quod auctorẽ regni tui de medio tollis ut occiſo põ.ſine ullo iure regnare poſſis.nã ſi auctore põ.pater reſtitutus fuerat in regnũ ipſo occiſo ſequitur ut iniuſte regnũ ægypti occupes. Tua ſit fortuna: fortuna tua ſtabilita eſt in auctoritate põ. Iã: ſcilicet occiſo põ. ipſo enim auctore ſenatus cenſuit patrẽ tuũ per gabiniũ in regnũ eiecto archelao reſtituendũ. hic archelaus filius fuit eius quẽ ſylla & ſenatus in honore habuernut gabinio quoq; uiro conſulari ualde familiari(ut refert Strabo).

Nil ſceptra tenes cecidit ciuilibus armis.
Qui tibi regna dedit. iã uento uela negarat
Magnus & auxilio remorũ iſanda petebat
Littora quẽ cõtra nõ longa uecta biremi
Appulerat ſcelerata manus magnoq; patere
Fingens regna phari cælſa de puppe carinæ
In paruã iubet ire ratẽ littuſq; malignũ
Incuſat bimarẽq; uadis frãgentibus æſtum:
Qui uetat externas terris appellere claſſes
Quod niſi fatorũ leges intẽtaq; iuſſu
Ordinis æterni miſeræ uicinia mortis
Damnatũ letho traheret ad littora magnũ
Nõ ulli comitũ ſceleris præſagia deerant.
Quippe fides ſi pura foret ſi regia magno
Sceptrorũ auctori uera pietate pateret
Ventuꝶ tota phariũ cũ claſſe tyrãnum.
Sed cedit fatis claſſemq; relinq̃re iuſſus

❡SVLPI. Appulerat ſcelerata manus. interea ſcapha cũ iã propior eſſet præueniens ſeptimius fugit ro.q; eloquio põ. imperatorẽ appellat achillas põ. græce ſaluto ipſũ admonet ad ſcaphã conſcendere.limũ enim eſſe quã multũ inquit nec profundũ quod triremi peratenoſũ ſit ex plutarcho.
Patere:in hoſpitiũ. Littuſq; malignũ incuſat: uada littoris damnat & cauſat̃. quod maiorẽ nauẽ nõ fuerant: Aeſtũ bimarẽ: limoſũ feruorẽ qui fit ab ægyptio & libyco mari in uadis ipſis ſe illudentibus. Externas:quæ maiores & grauiores ſunt.
Quod niſi.ſed ſi fatale & neceſſe nõ fuiſſet põ. perire omnes poterant proditionis præſagia animaduertere. Intenta. immiſſa. Ordinis æterni: fati prouidentæq; diuinæ. Præſagia. præſertim cũ aſpexiſſent naues quaſdã regias inſtructas littuſq; ab armatis obtineri unde cuncta fore inuia ad regeſſũ cognoſcebant̃. Fides ptolomæi in põ. Auctori ſceptrorũ.qui regnũ donauerat. Pateret: itẽ rũ repetat̃. Tota. quantancũq; habet. Iuſſus: ab achilla & ſeptimio.

❡OMNIBO. Nili: ideſt ægypti. Regna dedit. quaſi ſine ullo iure regnare incipiat mortuo põ. Iã uento uela nunc dicit quo pacto põ. appropinquare cœperit peluſio nauigabat inquit remis.cũ uela demiſiſſet põ. ſic.n.nautæ facere ſolent cũ portibus appropinquant:ut uela dimittant.& remis nauigando nauẽ ſubducant in portũ. Infanda littora.pro infandi regis littora. Quẽ contra: nec a põ. procul erat achillas cũ cæteris miniſtris ſcelerũ. Nõ longa biremi.i. breui naue quæ duplici remorũ ordine impellit̃. Magno.p. & achillas primus profat̃ ſuadens põ.ut de cælſa naue ſua in biremẽ tranſeat.reddens rationẽ ꝙ uidelicet uadoſus ſit peluſios ſinus. nec grauiorẽ nauẽ humilitate aquarũ ſuſtinere poſſit. Cælſa de puppe: de maiori naue qua uehebat̃ põ. Littus malignũ: & ne poſuit mirari põ. ꝙ ſibi obuiã parua naue nauigaſſent ægyptii: in quã tranſire ipſũ uolebant reddunt.rationẽ littus illud uadoſũ inuiſũ eſſe nautis:ꝙ in ſicco ſæpe deſtitutæ naues naufragiũ faciunt. Malignũ:nocẽs in uiſũ. Bimarẽ æſtũ:æſtus ꝓprie dicit̃ maris impetus:bimarẽ dixit ꝓpter ægyptii & arabici ſinus maris.nã peluſiũ tẽdit in mare arabicũ. Externas claſſes.i.naues aliũde uẽiẽtes: Appellere .i.applicare.& ꝓprie dicit̃ quũ aliqs ex freto ad litus acceſerit. Virgi. hinc me digreſſũ ueſtris deus appulit oris. Quod niſi fatorũ.dicit niſi fata obſtitiſſẽt cõites omnes põ.ꝑfidiã regis intelligere & qbus ſignis id cõiectura aſſeq poterint ipſe declarat. Sceleris: ꝙ iã in animo cõceperãt ægyptii. Fatorũ leges: philoſophi etiã uæhemẽter inter ſe diſſẽtiũt.nũqđ omnia fato fiãt. ꝙ ipſis abſurdũ uidebãt̃. Nã ſi omnia fato fierẽt omnia fierẽt cauſa antecedẽte etiã ſi ea q̃ hõines appetũt aſſeq̃rẽt̃:ergo etiã aſſẽſiões nõ eſſẽt.igit̃ nec laudatiões iuſtæ neq; uituperatiões.nec honores nec ſuplicia.ꝗcũ ſit uitioſũ:ſeq̃t̃ nõ omnia fato fieri chryſippus diſtinguit genera cauſarũ:ut aliæ ſint principales & ꝑfectæ.aliæ ꝓximæ & adiuuãtes q̃obrẽ cũ dicit̃ omnia fato fieri cauſa antecedẽte.hoc uult intelligi cauſis antecedẽtibus ꝓximis & adiuuãtibus.nõ principalibus & perfectis quod autẽ dicunt̃ aſſenſiones fieri cauſis antecedentibus: explicat̃ ſimilitudinẽ cylindri nec turbine ſui nã queadmodũ qui percuſſit cylimbrũ dedit ei principiũ motionis uolubilitatẽ autẽ nõ dedit ita uiſũ obiectũ imprimit.& deſignat ſuã ſpeciẽ in animõ:ſed noſtra aſſenſio eſt in noſtra poteſtate.:eaq; ut cylindrus extrinxecus pulſa ꝙ reliquũ eſt ſua p ſe ui & natura mouet̃: Inuẽta.ĩeuitabilis. Aeterni ordinis:q̃a fatũ eſt cã æterna rerũ. Quippe fides:& ponit ſigna q̃bus ꝑfidiã cognoſcere poterãt: dicebãt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

enim inter ſe comites pom. profecto ſub eſt aliquid ſceleris. nã ſi uellet occurre bona fide pom. honoris gratia ptolemæus non ſatellibus & miniſtris naue ſed tota claſſe obuiam prodiiſſet. Auctori: nam ut ip ſe regnaret auctor fuerat. Sed ceſſit:ergo aſſenſio ipſius erat i poteſta e ſua. Iuſſ⁹.ſ.miniſtris ptolemæi.

Obſeqtur:lethũq; iuuat præferre timori
Ibat in hoſtilẽ præceps cornelia puppim.
Hoc magis ipatiens egreſſo deeſſe marito
Q d' meruit clades remãe temeraria cõiunx
Et tu nate precor:lõgeq; littore caſus
Expectate meos: & i hac ceruice tyrãni
Explorare fidẽ:dixit:ſed ſurda uetanti
Tendebat geminas amens cornelia palmas
Quo ſine me crudeliſ abiſ:iteꝝ ne reliquor
Theſſalicis ſubmota malis:nũq̃ omine læto.
Diſtrahimur miſi:poteras nõ flecter̃ puppi.
Cũ fugeres alio latebriſq; relinquere leſbi
Omnibus a terris ſi nos arcere parabas
An tãtũ i fluct⁹ placeo cõces:hæc ubi fruſtra:
Effudit:prima pẽdet tamẽ anxia puppe
Attõitoq; mœtu nec quoquã auertere uiſus
Nec magnũ ſpectare põt:ſtetit anxia claſſis
Adducis euẽtũ:metuens nõ arma nefaſq;
Sed ne ſubmiſſis precibus põpeius adoret.
Sceptra ſua donata manu:trãſire parantem
Romanus pharia miles de puppe ſalutat
Septimi⁹:q proh ſupeꝝ pudor:arma ſatelliſ

SVLPI. Obſequit̃.obtemperat: prius cornelia quæ ſinẽ uiri lamentabat̃ cõplexus eſt: & duos cencuriones in ſcaphã ingredi iuſſit. & ex libertis unũ philippũ ſeruiũq; ſceni nomine. inde cũ achillæ comites dextris eũ ſuſcipere appararent ad uxorẽ filiũq; conuerſus illud iambicũ protulit. quiſquis domũ tyranni proficiſcit̃: fit illius ſeruus licet liber ſit: Lethũq; iuuat præferre timori: mauult mori quã timere. Ibat. ire uolebat. Hoc. hac de cauſa: Impatiens deeſſe. quæ pati nõ poterat ut deeſſet. Remane. uerba põ. Nate: ſexte. Surda quæ tibi nolebat obtemperare. Crudelis. quia in metu doloreq; deſerat̃ eũ crudelẽ appellat. Submota. ſegregata a te quod mali omnis fuit. Nunquã omine læto: ſed cladẽ præſagiente. Nõ flectere puppim: nõ uenire leſbõ & abducere me illinc cũ nunc in mare relicta ſine me ſis iturus. In fluctus. in mari & nõ in terris. Anxia. mœſta trepida. Viſus. oculos. Nefaſq;: cedẽ. Adoret ſceptra. adorare cogat̃ regẽ quẽ fecerat: Parantẽ põ. Saluat. appellando ipſũ imparatorẽ. Septimius. olim põ. miles: Satelles: ſtipator & famulus:

OMNIBO. Obſequit̃. paret præferre lethũ timori etiã ſi diuinaret ſibi mortẽ inſtare põ. tamẽ eã præponere timori uoluit. nã ſi nõ tranſiſſet in nauẽ ſine dubio timere uiſus fuiſſet. Ibat in hoſtilẽ nauẽ. ſcilicet achillæ quod cornelia ubi uidit metuens id quod euenit maritũ ſequi uolebat põ. autẽ prohibuit. & eã quaſi temerariã repræhendebat. filiũ quoq; ſuũ in naue remanere iuſſit:& euentũ ſui ipſius expectare, ut ſcire poſſent quantũ fidei ptolemæus præſtaret. Preceps. inconſiderata. nullũ periculũ metuens. Hoc. i. ideo magis. nã quia ſaluti uiri ſui metuebat: ideo etiã ipſũ cupidius ſequebat̃. Et tu o nate: o ſexte nã Gn. põ. erat cũ catone qui præerat claſſi. Caſus. i. quẽ euentũ habiturus ſim in hac ceruice: demoſtratiue dixit. Sed dura. ita quidẽ iubebat põ. ſed cornelia cũ in nauẽ tranſire nõ poſſet & uirũ ſequi. id quod poterat manus in uirũ tendebat lachrymans. Quũ ſine me: lachrymabiliter poſt diſcedentẽ uirũ hoc dicit. Iterũ relicta: ſicut relicta ſũ quo tempore pugnã ſuſcepturus eras aduerſus cæ. ita nũc etiã relinquor. Nunquã omine læto. ſemper inquit cũ diſiungimur mali aliquid expectamus. ſicut etiã cũ me reliquiſti in leſbo. Flectere pupẽ: ſi is animus tibi erat o põ. ut nolles me comitẽ eſſe tuã cuiuſlibet caſus cur inquit me in leſbo nõ relinqbas: ſatius enim erat ut me ibi relinqueres: quã ſuſceptã deſereres. Terris. ad quas iturus eras. An tantũ in fluctus nõ quid inquit hæc mea ſors eſt: ut tibi grata ſim tantummodo dũ nauigas. Hæc ubi fruſtra: neq; enim obtinere potuit a uiro quod uolebat magna igit̃ ſolicitudine expectauit euentũ. Anxia puppe: nã in ſumma puppe permanſerat. & dura erat conditio ipſius. nã nec audebat ſpectare uirũ in naue hoſtili. ne uideret quod metuebat, nec ab ea auerteret oculos. Tamen: quamuis uirum ſequi nequierat. Attonitoq; metu. qui homines attonitos facit. Auertere uiſus. ſ. a põ. Stetit anxia claſſis. pro una naue poſuit qua uectus erat põ. i. qui in naue erant: & eſt metonymia continens pro contento. Nõ arma. ſ. ptolomæi & miniſtrorũ eius a quibus occideret̃ põ. Nefaſq;. i. cædẽ põ. Ne ſummiſſis precibus: pro ipſe ſummiſſus ſupplex. Adoret: ne prouoluat̃ ad genua regis. cui regna donauerat: Tranſire parentẽ: de cælſa puppe in biremẽ. Septimius: hic ſemptimius, quẽ aliqui ſemproniũ uocant. tribunus militũ erat a quo benigne appellatus eſt põ. quod notitia quadã ipſius familiarior erat: nã ad piraticũ bellũ ſub põ. duxerat ordines. ſed nunc ſatelles regius factus occidit põ. Hanc rẽ longiori oratione proſequit̃ appianus. Dicit enim põ. ad ægyptũ cũ ſe uertiſſet & incombente uento ad caſiũ delatus eſſet: inſpectis copiis quæ plurimæ in littore conſtiterant a curſu temperauit meditatus quod re ipſa fuerãt adeſſe regẽ: præmiſſis nunciis amicitiã quã cũ patre eius habuiſſet exponit. Rex tertiũ ſupra decimũ ætatis annũ iã attigerat: exercitũ eius achillas quidã aſeruabat: pecunias uero photinus nomine eunuchus qui conſeſtim de põ. aduentu conſultare incipiunt aderat etiã theodotus ſamius rhetor: pueri regis præceptor hi nefandũ inuicẽ negociũ animo uolentes pompeiũ interficere conueniunt: quo cæſari mortẽ gererent: approbato deinde conſilio cymbã eximie ornata ad eum mittunt. ueluti mari importuoſo eo in loco exiſtente. nec a maioribus nauibus adiri facili. miniſtri porro regei cymbam inſcenderant. & cum his ſempronius uir Romanus qui tum forte regi



aſſidens: alias cũ põ. militauerat: is dextrã regis nomine põ. obtulit: & ad amicũ filiũ monet tute accedere inter hæc exercitus ueluti põ. honorẽ præſtiturus iuxta littus in acie conſtiterat. & rex inter medios purpurea amictus ueſte præſidebat. quorũ aſpectu põ. ſuſpitione motus eſt: cũ exercitus ordinẽ cymbæ ornatũ intueret̃ potiſſimũ cũ nec ad ipſũ acceſſiſſet rex: nec ex ſuis digniores præmiſiſſet. hunc ſolũ ita q; Sophoclis iambũ protulit. qui ad tyrannũ proficiſcit̃ illius ſeruus eſt quanquã liber ſit. quo dicto cymbã trepide ingreſſus eſt. cũ in alto longe abeſſet inter nauigandũ magis adhuc de ſemptimio cœpit ſuſpicari ſiue quod ro. hominẽ ſecũ olim militantẽ noſceret: ſiue quod ſolũ adeſſe cerneret. quaſi ob militaris diſciplinæ æmulationẽ imperatorẽ ſuũ eſſet inuaſurus ad illũ itaq; conuerſus, te ne inquit ego cognoſco ouilles: cui ſtatim ille annuit deinde ſe conuertentẽ primus perculit. cæteri uero inſecuti ſunt. uxor itaq; & amici eius hæc a longe intuentes eiulatu. gemituq; ad deos fœderũ uidices manus tollere nulla interiecta mora claſſẽ ab inimico littore auertere contendunt. Cæ. poſtea photinũ & achillã ob ea cũ in põ. perpetrauerant morte mulctauit. Theodorũ demũ fugiẽtẽ cũ in aſiã ueniſſet cruce ſuſpendit. Proh ſuperũ: exclamatio eſt dolentis. o nefas inquit cuius etiã deos pudere debet.

Regía geſtabat poſito deformia pilo.
Immanis uiolẽtus atrox nullaq; ferarũ
Mitior in cedes qs nõ fortuna putaſſet.
Parcere te populis qd̃ bello hæc dextera ua.
Theſſaliaq; pcul tã noxia tela fugaſſes caſſet
Diſponis gladios ne quo nõ fiat in orbe
Heu facinus ciuile tibi uictoribus ipſis
Dedecus & nũq̃ ſupeꝝ caritura pudore
Fabula romanus regi ſic paruit enſis.
Pelleuſq; puer gladio tibi colla recidit.
Magne tuo qua poſteritas i ſæcula mittet:
Septimiũ fama ſcelus hoc quo noie dicent.
Qui bruti dixere nefas iã uenerat horæ
Terminus extremæ phariãq; ablat⁹ in alnũ
Perdiderat iam iura ſui, tũ ſtringere ferrum.
Regía mõſtra parãt ut uidit cominus enſes
Inuoluit uultus atq; idignatus apertũ.
Fortunæ præbere caput tũc lumina præſſit
Cõtinuitq; animã ne quas effundere uoces.
Poſſet & æternã fletu corrũpere famã.
Sed poſtquã mucrone lat⁹ funeſtus achillas
Perfodit nulloq; gemitu cõſenſit ad ictum

SVLPI. Regia: ægyptiaca. Immanis. aſyntheto. Parcere te populis: uoluiſſe te ſeruare complurimos quos hic in theſſalia peremiſſet ſi affuiſſet. Vacaſſet. non interfuiſſet & ceſſaſſet. Theſſalia: in quam ſi ueniſſet ſtetiſſet pro pom. Diſponis: ordinas ut ubiq; fiat cedes ciuilis. Dedecus uictoribus. quod turpe eſt cæ. & partibus turpe etiam diis. Nunquam ſuperum caritura pudore: quæ pudorem affert deis. Romanus. ſeptimi. Puer: ptolemæus. Tuo. tui militis. Fama: infamia. Qui bruti dixere nefas. qui laudandam cæ. cedem a bruto factam nefas appellant. Iam uenerat horæ: cum inter nauigandum a trirene ad litus nulla uox pia ad pom. perueniſſet ad ſeptimum dixit. Non ego te meum commilitonem agnoſco hic nulla uoce emiſſa tantum capite annuit. Tum pom. orationem græcam qua erat apud regem uſurus legens litus propius acceſſit: & multis ex regiis deſcendentibus uelut ad officium ſalutemq; uiri: cum pom. appræhenſa manu philippi aſſurgeret ſeptimius a tergo eum enſe transfigit. inde ſaluius & achillas gladios nudauere. Perdiderat iura: erat ſub alterius poteſtate. Inuoluit. nam utraq; manu fronte ſuper toga obducta nihil ſeipſo indignum aut locus eſt: aut fecit. ſed tantum ſuſpirans ſe ictibus præbuit unde ſexaginta annos natus diemq; claudens die natalem ſuum in ſequenti. Apertum: detectum nam uoluit latere ac ſi non cognoſceretur ab illis. Animam: ſpiritum. Voces: uerba & eiulatus. Famam: fortitudinis & conſtantiæ hactenus ſeruatæ quam fletu corrupiſſet. Conſenſit: taciturnitate non improbauit.

OMNIBO. Poſito pilo: telo ro. Mitior. i. non minus crudelis: & eſt abuſio in comparatiuo. Quis non fortuna. adeo ipſe ſeptimius in omne nefas pronus erat ut credi poſſet fortunam peperiſſe orbi terrarum quia noluerit hunc bellis ciuilibus interfuiſſe qui omnes crudelitate ſuperaret dextra. ſ. ſeptimii. Vacaret: careret uacua eſſent. Diſponis. inſtruis paras. Ne non. ut fiat in omni orbe. ut nec etiam a ſcelere belli ciuilis ægyptus quidem libera ſit. Fabula: ſermo uulgaris eſt: quia ubicunq; uulgabitur hoc ciuile bellum cum magno deorum pudore. Sic. i. tam turpiter. Romanus enſis: ſeptimii qui ro. erat. Paruit occidendo pom. Tuo gladio. i. tui multis gladio. Fama: pro infamia: eſt enim τον μέσον. i. medium ſicut bona ualitudo & mala. Quo nomine dicent. ſi reperti ſunt: qui auſi fuerunt dicere bruti nefas quod cæ. occiderit. quo nomine tantæ crudelitatis ſcelus & inauditæ indignitatis appellabunt eius qui pom. occiderit. q. d. non extabit nomen ſceleris: Dicent. ſ. poſteri. Iam uenerat: appropinquauerat tempus, ut occideretur pom. & mors eius differri non poterat. Ablatus: ſublatus. In alnum. in nauem: materia pro forma: Perdiderat iura. i. uenerat in manus hoſtium & ſui iuris non erat. Vt uidit cominus enſes: pom. ubi uidit nudari enſes ſtatim caput & ora ueſtibus texit ſpiritum autem intra ſe continuit ne quam uocem effœminatã emitteret. quæ laudi & gloriæ ſue derogaret: occiſus autẽ fuit die natalem: quũ inſequente: quũ iã unde ſaxaginta annos natus eſſet. plutar. Apertũ: noluit inquit aperto capite ſæuienti fortunæ ſe oſtendere. Preſſit clauſit. Vir. preſſiue oculos aut uulnera laui. Animã: ſpiritũ. Nequas effundere uoces hic ẽ q; uiros fortes oppetere dicebat: quaſi ore terrarũ petere. ne audiri poſſet emittere eiulatũ. Sed poſt

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ꝗ mucrone.ſed in ipſis etiā uulneribus nō minorē præſtitit animi uirtutem. Perfodit.tranſfixit. Nullo
gemitu. ideſt nullo gemitu ictū euitauit.

Reſpexitq; nefas ſeruatq; imobile corpus.
Seq; ꝓbat moriēs atq; hæc i pectore uoluit:
Sæcula romanos nūquam tacitura labores
Attēdūt æuūq; ſequēs ſpeculatur ab omni.
Orbe ratē phariāq; fidē nūc cōſulæ famæ
Fata tibi lōgæ fluxerūt ꝓſpera uitæ
Ignorant populi ſi nō in morte probaris
An ſcieris aduerſa pati ne cede pudori
Auctorē ue dole fati quacūq; feriris
Crede manū ſoceri ſpargāt lacerētq; licebit.
Sum tamē o ſuperi felix nulliq; poteſtas.
Hoc auferre deo mutant̄ ꝓſpera uita
Nō ſū morte miſer uidet hāc cornelia cedē.
Pōpeiuſq; meus tantū patientius oro
Claude dolor gēitus nat⁹.cōiūxq; perēptū
Si mirantur amāt talis cuſtodia magno
Mentis erat ius hoc animi moriētis habebat
At nō tam patiēs cornelia cernere ſæuū
Quā ꝑferre nefas miſerādis æthera cōplet
Vocibus o cōiunx ego te ſcelerata pemi.
Lethiferæ tibi cauſa moræ fuit auia leſbos
Et prior in nili peruenit littora cæſar.
Nā cui ius alii ſceleris ſed qſquis in iſtud
A ſuperis imiſſe caput uel cæſaris iræ
Vel tibi ꝓſpiciens neſcis crudelis ubi ipſa
Viſcera ſint magni; ꝓperas atq; igeris ictus.

SVLPI. Nefas:cōſectores ſuos. Seq; probat
moriens: placet ſibi ipſi patientia ſua dū morit̄.
Sæcula:poſteri. Attendunt labores: obſeruant
aduerſitates. Aeuū ſequens.poſteritas interpreta
tio eſt. Speculat̄.uidet. Fidē:quæ nulla eſt. Fata
tibi. tu diu felix fuiſti an ſcieris pati aduerſa niſi
nunc oſtenderis omnes ignorant. Ne cede pudo
ri.noli ob dedecus in gemiſcere & quod a ptole
mæo ſiue achille & ſeptimo interimare. Licebit.
quanuis. Felix. uirtute & conſientia mea quæ in
uiolabilis a ui iniuria tuta eſt nec etiā deus ipſā ani
mo meo iā poteſt eripere. Mutant̄ proſpera uita
felicitatis rerū externarū cū uita mutat̄ & in mor
te ego nō ſū miſer quia mei me uident: ego certe
felix uixi & beatus decedo infelicitatē ante hac nō
expertus. Vident: quod eſt ad ſolatiū meū nā
amant & dolent. Pompeius:ſextus. Dolor: ani
me dolens. Cuſtodia.ratio temperantia. Ius: im
periū & poteſtatē ut dolori nō cederet. At nō tā
patiens cornelia & qui in nauibus erant ut aſpexe
re cedē ululatu ad littus uſq; emiſſo anchoris celer
rime eductis effugere. inde pelago altius petito
uentus adeo uæhementior flauit ut ab ægyptiis
perſequi ſatagentibus auerterit. ex plutar. Cerne
re quā perferre.uidere oculis quā forti animo pati.
Ego.ideſt charitas & benignitas erga me tua.
Auia:ſemota a recta fuga tua. Priorite. Cui alii
quā Cæ. Sed quiſquis: ſed quicūq; pō. percuſiſti
ut illū maiori dolore afficeres debueras prius inte
rimere me quā unice & nō minus ſe ipſo amabat.
A ſuperiis immiſſe: qui deū permiſſu petiiſti.
Proſpitiens.obſequens. Viſcera. corpus nā mea
eius ſunt. Properas.in cedē. Ingeris: immittis.
COMNIBO. Deſpexitq; nefas:quæ omnia ſi
gna erant libenter morientis. Voluit. ideſt cogi
tat ſecreta animi pō.quaſi uates diuinabat Lucanus: nā uatibus datū eſt ſcire ea quæ ſecreta ſunt. Sæcula
ro.fingit quæ ueriſimiliter ſecū pō.cogitare potuerit:& hac cogitatione prorſus ſenſū omnē a dolore uul
nerū alienabat. Attendunt.ſcilicet uirtutē animi mei. Aeuūq; ſequens. ideſt poſteritas quaſi poſteritatē
omnē fingit adeſſe: & laudare animi ſui fortitudinē: Ratē: biremē in qua miniſtri regi me occidunt.
Nunc conſule famæ:ſeipſū adhortat̄.ut ſe talē præſtare uelit:ut ab omnibus nō ſolū laude ſed etiā admi
ratione ꝓſequendus ſit. Ignorant populi. id ne fortunæ ſit attribuendū an uirtuti tuæ: quod res magnas
geſſeris:ſed nunc tempus eſt: in quo ꝓbare poſſis animi tui uirtutē. Ne cede pudori.nō te pudeat quod
a ptolemæo eneruí ac effœminatio occidaris ſed ita animo tuo comiice.quicūq; te occidēt hunc eſſe Cæ.
nā auctori rerū cauſa attribuenda eſt. Dole:quaſi ignauū & effeminatū quacūq;.ſcilicet manu:quia in gra
tiā ſoceri hoc faciūt. Nulliq; poteſtas:nā uirtus animi in poteſtate noſtra eſt.cætera uero fortunæ ſubie
cta:nā fortitudo.patientia.fiducia. perſeuerantia. Hæ uirtutes ita noſtræ ſunt: ut nemo a nobis eas poſſit
auferre: ideo dicit quanquā corpus meū lacerent tamē hoc uirtutibus animi officere nō poteſt. Hoc au
ferre.ideſt quod eſt in mea poteſtate: ut me fortē & patientiſſimū oſtendā. Mutant̄ proſpera uita: cū ad
hoc uſq; tempus ſemper ſecundis rebus uſus fuerim: mutari poteſt fortuna uirtus autē ſtabilis eſt atq; per
petua. Morte miſer: mortē mihi corporis inferre poteſt. famā autē & gloriā diminuere nō poteſt. Vi
dent hac cor.ce.præterea in conſpectu meorū occidor.quod mihi nō paruū eſt ſolaciū:ideo etiā me fortio
rē præſtare debeo. Claude dolor:alloquit̄ ſuū dolorē: Tanto patientius:quia in conſpectu meorū hanc
cedē patior. Peremptū.ideſt cū occidor participiū præteriti temporis pro præſenti poſuit.græci autē ha
bent participiū præſens paſſiui. nos uero utimur participio præteriti temporis: pro participio præſentis:
quo caremus. ut quia uectus abas pro uehebat̄. Talis cuſtodia magno: ſic inquit ſecū cogitabat pō: & ſe
ipſū ad patientiā mortis adhortabat̄. Hoc animi hunc animū. At nō tā patiens:at uero corneliā etiā ſi for
tis animi erat:tamē cernere nō poterat: nec tantā indignitatē ſuſtinere. & ideo in miſerabiles uoces pro
rūpit. Miſerandis. ideſt quæ cōmiſerationē uidentibus & audientibus cōmouere poſſent. Ego te ſcele
rata:exiſtimabat Cæ.præueniſſe pō.& iā egyptū occupaſſe cuius imperio hæc cædes admitteret: iā enim
ſibi pſuaderi nō poterat tantū audaciæ habuiſſe ptolōæū. Auia.i ꝑcul a uia qa ſi recta uia i ægiptū uēiſſes



nō præueniſſet Cæſar. Ius.ſ.eſſet alii.i.poteſtas. Sed quiſqs in iſtud:alloquitur ipſos qui occiderunt Pō
peiū:ſiue hoc facis ad gratiam Cæſaris:ſiue ut tu ꝓuideas tibi ne in offenſionē Cæſaris icurras:Neſcis: in
quit:ubi ſit dolor Pōpeii. nam ipſe qdē libēter moritur:ſed ſi uis illū moleſte ferre.mea uiſcera pete: nam
ſi me occideris nihil erit qd̕ maiore dolore afficiat Pom. Immiſſe:pro imiſſus es.uocatiuū pro nominati
uo poſuit. Vel cæſaris:ne illū hoſpitio ſuſcipiendū curares:qd̕ tibi periculoſum fuerit.

Qua uotū ē uicto:pœnas nō morte miores
Pēdat:& añ meū uideat caput haud ego cul
Libera bellorū:ꝗ matrum ſola ꝑ undas (pa
Et ꝑ caſtra comes nullis abſterrita fatis.
Victū quod reges etiā timuere recepi.
Hoc merui cōiunx in tuta puppe relinqui:
Perfide parcebas te fata extrema petēte
Vita digna fui:moriar:nec munere regis.
Aut mihi præcipitē nautæ ꝑmittite ſaltū
Aut laqueū collo tortoſq; aptare rudentes
Aut aliqs magno dignus comeſ exigat ēſem
Pōpeio præſtare pōt:qd̕ cæſaris armis
Imputet:o ſæui ꝓperantē in fata tenetis.
Viuis adhuc cōiunx & iā cornelia nō eſt
Iuris magne ſui:ꝓhibēt accerſere mortē
Seruor uictori:ſic fata:interq; ſuorum.
Lapſa manus rapit̄:trepida fugiente carina
At magni cū terga ſonēt & pectora ferro
Permāſiſſe decus ſacræ uenerabile formæ
Irataq; deis faciē:nihil ultima mortis.
Ex habitu uultuq; uiri mutaſſe fatentur
Qui lacerū uidere caput.nā ſæuus in ipſo.
Septimius ſceleris maius ſcelus inuenit actu
Ac retegit ſacros ſciſſo uelamine uultus
Semianimis magni:ſpirantiaq; occupat ora
Collaq; in obliquo poſuit languētia trāſtro
Tūc neruos uenaſq; ſecat:nodoſaq; frangit.

SVLPI. Qua uotū eſt uicto:qua incipit Pōpeius
mori optans: Perdat:patiatur. Ante:ꝗ ipſe peat.
Haud ego culpa:dignam morte ſe fatetur. ratis:
aduerſitate. Recepi uictū:pompeiū ſuſcepi in leſ
bo. Hoc:propter hoc qd̕ fui in te officioſa. Perfi
dum appellat quia ipſam deſeruit & non duxit ad
mortem. Nec munere regis:nec ptolemæi benefi
cio:ſed manu facta morte:aut impetrata ab aliquo
Saltū:in mare. Exigat:ualde agat & imittat. Po
teſt præſtare:poteſt cōferre beneficium pōpeio cui
erit grata mors mea:quæ crudelitati cæſaris aſcri
betur. Viuis adhuc:te adhuc uiuo libertatē amiſi
& uetor mori:ut uictor uiua me potiatur. Accerſe
re:ꝓuocare & inferre. Sonēt:enſium ictibus. Per
manſiſſe decus:nō mutatam fuiſſe acrimoniā gra
uitatemq; uultus. Vltima mortis:tempus mortis
mortemq; ipſam. In ipſo actu: dum ſcelus patra
ret. Velamine:quo ſe cadens intexerat. Occupat
ora:prendit adhuc ſpirantis caput. Languentia:
nō ſuſtentātia. Tranſtro:ſedili nauis.
COMNIBO. Victo:pōpeio ideſt optat pōpe
ius:ut occidatur poſt cladem acceptā. Pœnas nō
morte:ſed da operam tu qcūq; pompeium occidis
ut me prius occidas in cōſpectu illius:nā id demū
erit quod morte crudelius exiſtimet Haud ego cul
pa:& eſt iuſta cauſa cur occidat:neq;.n.ego ſum ex
pers belli ciuilis:qppe illū comitata ſum in caſtra:
& quocūq; ꝓfectus eſt ego ſemp comes extiti. Bel
lorū:quæ obiiciūtur Pompeio. Nullis abſterrita fa
tis:ideſt a nullis periculis fatorū territa. Victū ideſt
pompeiū uictum recepi in leſbo:ubi relicta eram.
Reges timuere.ſ.recipere uictū Pompeium:ne id
Cæſari dipliceret:& ipſi in aliquod diſcrimen inci
derēt. Hoc merui cōiunx:cōqueritur Cornelia ꝙ
Pompeiuſ in certū diſcrimen ire uoluerit:ſe autem
ſolam quaſi deſtitutam reliquerit:cui mors carior
eſſet uita:ſi ſine eo ſuperſtes eſſet nūquid ego hoc
merui ut in puppe relinqueret tuta:cum tu te in pe
riculum dederis:ac ſi.d non ita me geſſit tecum:ut credere poſſes ſine te uiueret. Parcebas ſcilicet mihi
tunc cum tranſires in nauem ægyptiacam. Fata ex petente:cum te certo periculo exponeres. Moriar
nec munere regis:rex ptolemæus occidit te in gratia Cæſaris:& noluiſti ut me tecum occideret: ſed tamē
moriar ſine regis officio. Munere:officio. Aut:ſuppliciter petit a nautis qui naue uehebantur:ut ſibi
libere permittant mori:uel aliquis eorum ſit qui ferocem uxorem interficiat:anteꝗ in Cæſaris manus aut
poteſtatem perueniat. Rudentes tor.ideſt funes quibus utar ad ſuſpendium. Aut aliquis comes: ſcili
cet Pompeianus fidelis ſtricto enſe mea pectora tranſfigat. Exigat:per pectora noſtra. Præſtare po
teſt:ſenſus eſt.poterit ille qui me occidet dicere occidamus uxorem pompeii:ne i manus Cæſaris ueniat
Imputet:cæſaris ut non ipſe:ſed cædis huius Cæſar cauſa fuerit. Properantem in fata: parabat Cor
nelia ſe de puppe in undam deiicere:ſed prohibebant qui ſimul naue uehebantur.ideo conqueritur. Vi
uis adhuc coniunx:en quo redacta ſum o Pompeii.adhuc tu uiues es:& ego mei iuris eſſe deſtiti. te uiuo
non poſſum libere uti corpore meo.ac ſi.d.antequam moriaris in ſeruitutem redacta ſum. Prohibēt ac
cerſcere mortē:nihil.n.aliud faciunt:niſi ut me cæſari ſeruent & ab eo ineāt gratiā. Seruor uictori:ut capti
ua tradar Cæſari. Sic fata:hæc ubi dixit nautæ ꝗ celerrime potuerūt nauē ipulerūt:ut ab ægyptio rege ſe
uendicarēt:a quo periculum manifeſte erat:nā qui Pōpeium occidi iuſſerat:nec pompeii quidem comiti
bus peperciſſet. Lapſa:quia cecidit exanimis. Rapitur.ſ.a miniſtris. Trepida:feſtina:nam trepidus non
ſolū timentem:ſed feſtinum ſignificat. Virgilius.ne trepidate meas teucri defendere naues: ideſt celerate.
At magni:nūc redit ad pompeium qui ab regiis miniſtris occidebatur & dum occideretur(ut perhibent
qui caput uiderūt)dignitatē uultus & oris mortuus etiā ſeruauit. Cū:quamuis. Sonēt:quia in omni pte



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cædebaťa miniſtris alii in pectore:alii a tergo uulnerabát. Vltima mortis:pro ultimã morté. Iratáq; deis faciem:nam diis uidebatur iratus poſtq̃ acie pharſalica uictus:& ex ſecúda fortuna deiectus in calamitaté fuerat. Ex habitu:quia idem habitus eadem dignitas oris & uultus permanſerat mortuo quæ & uiuo. Fatentur:affirmát. Lacerú:abſciſſum. Ná ſæuus in ipſo:nam Septimius ille crudelis nó ſatis habuit occidere pompeiú:ſed etiá caput eius amputauit:ut illud regi ptolemæo offerret & fuit ipſe officii deterioris & ſordidioris:ná quaſi carnifex pompeio caput amputauit:qď poſtea Achillas regi obtulit. Scelus inuenit actu:actus ſceleris erat occidere pompeiú:ſed maius ſcelus adiecit caput obtrúcando. Retegit:apent. Sciſſo uelamine:quo pompeius ſpiritú continuerat dolore uulnerum:ne uerbú aliquod emitteret effœminati. Occupat:præhédit. Spirantia ora:nódum.ſ.omnino ſpiritú emiſerát. Láguentia col.p lágué tis colla. Neruos qbus ceruix humeris nectitur.

Oſſa diu:nódú artis erat caput enſe rotare
At poſtq̃ trunco ceruix abſciſſa receſſit
Védicat hoc pharius dextra geſtare ſatelles.
Degener atq; opere miles romane ſecúdæ
Pópeii diro ſacrum caput enſe recidis
Vt nó ipſe feras:o ſummi fata pudoris
Impi⁹ ut magnú noſcet puer illa uerenda.
Regib⁹ hyrta coma & gñoſa fróte decora
Cæſaries cópréſa manu é phario q; ueruto
Dú uiuút uult⁹ atq; os i murmura pulſant
Singultus aíæ dú lumina nuda rigeſcút
Suffixú caput é quo nunq̃ bella iubéte
Pax fuit.hoc leges cápúq; & roſtra mouebat
Hac facie fortúa tibi romana placebas
Nec ſatis infando fuit hæc uidiſſe tyranno.
Vult ſceleri ſupeſſe fidé túc arte nefanda.
Súmota eſt capiti tabes raptoq; cerebro.
Exiccata cutis putriſq; effluxit ab alto
Humor & íſuſo facies ſolidata ueneno eſt

SVLPI. Nondú artis erat:nódum norát artifices caput uno ictu rotato enſe amputare. Trúco reliquo corpore:nomen eſt tranſlatú ab arboribus quæ cæſis ramis trúci dicútur. Vendicat ſatelles: achillas ſibi attribuit. Degener:Septimiú arguit q cum nó primus magnú uulneraſſet:ſed uulneratú peremiſſet & obtrúcaſſet:alteri caput ferendú conceſſerit. O ſummi fata pudoris:o fatorú deúq; pudor:eſtq; deploratio plena cómiſeratione. Puer: Ptolemæus. Hyrta:aſpera. Manu: Achillæ. Veruto:gladio in ueru ſimilitudiné. Viuút:ſentiunt & cernút. Singultus animæ pulſant os in murmura:dum ſpiritus mouet linguá in uerba ipſaq; lingua palpitat. Dum lumina nuda rigeſcút:dú apti oculi mouere ſe deſinunt. Leges:forum. Campú comitia:roſtra:ſenatum. Fortuna romana placebas:o roma fœlix & læta eo ore delectabare. Tyranno:ptolemæo Fidem:fidei monumentú. Nefanda:crudeli. Tabes eſt ſubmota:corruptus ſanguis eſt depulſus. Ab alto:a ſummo & intimo deſiccatus eſt. Veneno:medicamento ut oleo cedrino opobalſamo oleo myrrino melle aloe & rebus huiuſmodi.Empedocles Diogenem ſcripſiſſe cómemorat medicamenta quædam quibus cadauera ac ſi dudum eſſent mortua cóſeruarentur. Romæq; hoc ipſo anno quo Innocétius octauus ſummus pont.factus eſt uia latina repertú eſt in archa marmorea muliebre cadauer antiquiſſimú uuenis oblitú colore corporeq; tá integro & tractabili ut receſſimú uidereť:caro digito pſſa reſurgebat:lingua educta retrahebať artus flectebárur:& nullum grauem odorem niſi medicamentorum emittebat.nihilq; ei ne capilli quidem præter cerebrú & inteſtina deerant. Sed cum magna frequentia gregatim ab omnibus ad ſuperſtitioné uſq; quotidie in capitolio uiſereť:maximi pontificis iuſſu inde aſportatum ubi ſit abditum ignoratur.

OMNIBO. Oſſa diu:qa nó tam facile oſſa recidi poterát. Nódum artis erat:ideſt cóſuetudo nódú erat caput amputare enſe ſicut fuit poſtea nam ſpiculatores uno ictu caput amputabát. Artis.ſ.ſpiculatorum. Enſe rotare ideſt rotato enſe amputare ut maiorem ictum inferret. At poſtquam trúco ſed poſtquá abſcidit caput idignius fecit ꝙ nó ipſe obtulit regi ſed offerédú cóceſſit achillæ ipſe ergo ſordidioris officii fuit Septimius.uidelicet carnifex.dignioris autem achillas cui caput datum eſt Pompeii Satelles: achillas. Geſtare.ſ.ut offerat regi. Trunco:corpus pprie dicitur ſine capite.Vir.iacet ingens littore truncus. Degener miles.Inuehiť cótra Septimiú poeta:o degener miles & códitionis ſeruilis:cú delegiſti obtruncare Pópeii caput:qď alius offerret. Secúdæ.i.uilioris operæ:hic duo opa fuere:primum recidere caput pópeii alterú uero offerre regi:ſed uilioris opæ fuit:is q recidit. Feras:p offeras aphæreſis.Diro enſe:put dirus. O ſúmi fata pudoris:plena cómiſeratióis é iſta cóquæſtio:quá de hac idignitate iducit poeta Fata:o mors. Noſceret cognoſceret impletú eſſe qď iuſſerat. Hyrta.i.denſa. Verenda regibus:ideſt quam etiam uereri conſueuerunt:ut tygrannes Ariſtobolus.Ariobarzanes & multi. Generoſa: nobili & decenti. Manus:ſcilicet carnificis. Singultus animæ:quia adhuc ſpirans caput:cum ſpiritum efflaret ſingultú reddebat. Phario q; ueruto:uerutú genus é teli quod uelut ueru habet pfixum Feſtus.nam ferrú habet oblógum ſed haſtá breué adeo ut manubriú potius dici poſſit q̃ haſtile hoc genere teli fixum é caput pom. Nuda aperta nondum clauſa. Rigeſcunt dureſcunt quia morientium dureſcunt lumina: ut nuſquam flectantur. Bella iubente pax fuit:quia tantum ualuit opibus pompeius: ut quotienſcunq; bellum eſſe uellet cum hoſtibus populi romani pax eſſe nó poſſet. Hoc leges ſignificat pompeium maximam bello:maximam pace auctoritatem habuiſſe. Campumq; & roſtra:rurſus domi foriſq; plurimum ſemper anctoritatis fuit. Hac facile fortuna:qua talem uirú genuiſſes. Nec ſatis infando: deteſtať Luca



nus hoc nefas ꝙ iuſſu ptolemæi admiſſum eſt nó ſolum ꝙ interfici iuſſerit:ſed ꝙ caput pompeii ſeruauerit quaſi nó ſatis haberet cómiti ſcelus niſi etiá ſceleri teſtimoniú ſupeſſet. Vult ſceleris ſupereſſe fidé:ideſt uult quibuſdá unguétis ſeruari caput:ꝙ ſit ſceleris teſtimoniú. Tunc arte:ſcilicet medicorú. Capiti:a capite. Raptoq; cerebro:euulſo:erepto. Veneno.i.pharmaco more græco dixi.nam malú uenenú:& bonú uenenum dicimus:omnis enim medicina particeps eſt ueneni.ſignificat autem unguentú balſami:aut certe huiuſmodi liquoris qui plurimum ualet ad ſeruanda cadauera.

Vltima lageæ ſtirpis pituraq; proles
Degener iceſtæ ſceptris ceſſure ſororis
Cú tibi ſacrato macedon ſeruetur in antro
Et regú cineres extructo móte quieſcant
Cú ptolemæorú maner ſeriéq; pudendá
Pyramides claudát indignaq; mauſolea
Littora pópeiú feriút:trúcuſq; uadoſis
Huc illuc iactať aquis:adeo ne moleſta
Totú cura fuit ſocero ſeruare cadauer.
Hac fortuna fide magni tá pſpera fata.
Pertulit:hac illú ſúmo de culmine rerú.
Morte petit:cladeſq; omnes exegit in uano
Sæua die quibus imunes tot præſtitit ânos:
Pópeiuſq; fuit qui núquam miſta uideret
Læta malis:fœlix nullo turbáte deorú.
Et nullo parcéte miſer:ſemel impulit illú
Dilata fortuna manu:pulſatur arenis.
Carpiť in ſcopulis hauſto p uulnera fluctu.

SVLPI. Vltima:in ptolemæum inuehitur quod pompeii trúcum nó condiuerit ut caput:& ut conditi ſunt reges ægyptiorú:appellatq; eú ultimú prolem lageá quia ptolemæorú genus in ipſo defecit. Primus ptolemæus qui alexandro ſucceſſit a quo reliqui ptolemæi ſunt denominati lagi filius fuit: huic philadelphus:philadelpho euergetes Poſtea philopater agachoclie.Poſtea epiphanes tum philomator filio a patre imperiú accipiéte. Hinc uero frater ſucceſſit.Secúdus euergetes nominatus.húc phyſconé dicút cui ptolemæus læthurus ſucceſſit Lathuro Aulethes Cleopatræ & huius adoleſcétis pater:ut memorat Strabo. Peritura: breui moritura.Cæſar enim ipſum peremit & regnú Cleopatræ eiuſq; fratri tradidit. Ceſſuræ ſceptris:locum daturæ imperio. Inceſtæ:impudicæ:ná tem cum fratre cuius erat uxor habuerat:in decimo dicet.lege ſumma pempti uerba patris:qui iura mihi cómunia regni & thalami cú fratre dedit. Macedon: corpus macedonis alexádri. In antro: in códitorio alexádri quod eſt moles extructa cócaua quá etiá morté appellat. Pudédá:quia inertes & ignaui fuerunt. Pyramides:moles maxime e lapidibus & calce & arena ſiue bitumine cóſtructę e lato in acutú tendétes.dictæ quod in ſimilitudiné flammæ ſurgát: uel quod lapidibus igne a uarietate fulgétibus ſtruerétur.eas græci pyropecilos uocant. Mauſolea: ſepulchra regum mauſoleo ſimilia: Mauſoleum enim hoc é ſepulchrum mauſoli regis Cariæ uxor Arthemiſia adeo mirabile cóndidit ut inter ſeptem orbis miracula numeretur:ab eo reliqua ſepulchra magnificétiora denominantur. Littora feriunt:littorales undæ illidunt. Moleſta cura:graue diſpédium. Hac fide hac perfidia abuſio uerbi. Pertulit:ad finem deduxit. Culmine:gradu & dignitate. Petit: ſincope. Cladeſq; omnes exegit:omnes calamitates & mala quæ ante hac fuiſſet paſſurus imiſit uno die. Immunes:expertes nil enim aduerſi paſſus eſt. Turbante:nocente. Parcente:ceſſante nocere. Semel impulit: ſemel proſtrauit diſtulitq; eius ruiná in ſenectutem. Pulſatur:truncus eius.

OMNIBO. Vltima legeæ ſtirpis:adhuc inuehitur poeta in ptolemæum: quomodo inquit tantum ſcelus in animum tuum cadere potuit:ut patiaris indigniores ac ſordidiores honore ſepulturæ donari:& pompeii cadauer in fluctibus maris ultro citroq; iactari. Vltima:bene ultima:nam paulopoſt ſuperueniéte Cæſare peribis. Lageæ:lagus enim primus rex ægyptiorum fuit. Sceptris ſororis: nam interempto ptolemæo adoleſcentulo in regnum Cæſar conſtituit ſororem Cleopatram:atq; ei in regni partem reliquum fratrem addidit admodum iuuené. Inceſtæ:cómiſcuit enim ſe Cæſari regina meretrix ex qua natus eſt cæſarion:quem poſtea iuſſit interfici Auguſtus Cæſar. Macedon.ideſt Alexander macedo. In ſacrato antro:ſcilicet Alexandriæ:nam in alexandria quam alexander condiderat ſepulchrum eius conſtructum fuerat:ubi tunc etiam ipſius cineres ſeruabantur. In antro:ideſt mole ſepulchri. In monte:ideſt pyramide quæ inſtar montis erat.ſicut apud Herodotum legitur:reges ægyptii magnis impenſis ſepulchra ſibi extruebat:adeo ut legamus trecenta talenta in pyramide regis Soſſis fuiſſe conſumpta in cibo cepagę & alii ut alerentur operarii:a quibus pyramis conſtruebatur:ex quo intelligi poteſt quanta fuerit magnificétia illius ſepulchri:De pfuſa pyramidú magnificentia cætera legito apud Herodotú.Pliniú:Straboné: Serié:ordiné regú. Pudendá:qa erant deſides & uiles. Pyramides fuerút ſepulchra ægyptiorú regum ex quadratis lapidibus mirifice cóſtructa ſignificat igné:eo ꝙ ignis figurá imitanť.ná fláma ignis ſemp a lato gracileſcit i acutú:qua forma fuerút pyramides. Mauſolea.i.ſepulchra ſimillima monuméto mauſoli:ná mauſolus rex Cariæ uxoré habuit Arthemiſiá cui uir adeo dilectus fuit:ut poſt morté eius quo perpetuo uiri memoria ſeruareť:inter cætera ſepulchrú ſtruxerit:cuius ædificiú tátæ magnificentiæ fuit:ut ex ſepté mirabilibus múdi unum cónumeretur:& inde ſepulchra magnifica mauſolea ſunt appellata.Mauſolus(ut refert Strabo)filius fuit Hecatomni cariæ regis qui tres habuit filios:Idryeú: pyxodarú:& mauſolú: filias duas e quibus Arthemiſia grádior.Mauſulo ex fratribus grádiori nupſit.Idryeo altera ſoror data é no



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

mine clara.mauſolus itaq; regnauit:quo mortuo uxor imperiũ habuit:quæ (ut diximus) illi ſepulchrũ cõſtruxit. Arthemeſia tabe cõſumpta:ꝓpter luctũ quem e uiro ſuſceperat: Idryeus imperauit:atq; huic etiã ex morbo aſſumpto uxor ſucceſſit:at Pyxodarus qui reliquus erat ex filiis Hecatomni hãc eiecit. De mauſoleo quãuis hiſtoria ſit apud geliũ & Pliniũ & cæteros notiſſima. Solus tamen uictruuius de architectura maximæ uir auctoritatis & fidei: Mauſolũ ipſum regẽ dũ adhuc uiueret ſibi ipſi id monumentũ ꝓbat cõſtituiſſe. Indigna:quibus reges indigni fuerant. Adeo ne moleſta:ſi caput ſeruãdũ eſſe iuſſiſti:cur nõ totũ Pompeii corpus ſeruabas:ut ipſum Cæſari oſtenderes. Hac fide:ac ſi dicat perfidia ironice dixit: ut mutabilitatem fortunæ oſtendat. Pertulit:ideſt ꝑduxit:quia cum adhuc uſq; diem ſemp in ꝓſperitate uixiſſet pompeius:tamẽ retro ac ſordido fine uitam ſuã clauſit. Hac morte:tam ſordida. Summo culmine: tam romanoꝝ primus fuerat:hec autem deteſtat̃ Lucanus:ut oſtendat fortunæ cõfidendũ nõ eſſe. Cladeſq; omnes:quas inferre potuerat diuerſis temporibus pompeio:eas ſeruauit:ut in unũ diem omnes conferret. Immunes:exptes. Põpeiuſq; fuit:dicit nihil mediũ fuiſſe in pompeio fuere omnia ſiue læta ſiue triſtia. ſatius eſt aliquando lætis:aliquando triſtibus fruamur:q̃ diuturna ſemp & ſecunda frui:& in extremũ poſtea fortuna aduerſam experiri:quod Põpeio cõtigit. Fœlix:ſine ullius miſeriæ parte. Dilata.ſ.uſq; ad ſenectutẽ. Nunc.ſ.cadauer eius qui tam longa fortuna uſus fuerat. Hauſto per uulnera fluctu: quia tergo & pectore tranſfixũ fuerat cadauer pompeii:unde etiã maris aquam hauriebat.

Ludibriũ pelagi:nullaq; manẽte figura:
Vna nota ẽ magno capitis iactura reuulſi.
Ante tamẽ pharias uictor q̃ tangat arenas
Põpeio raptim tumulũ fortuna parauit
Ne iaceat nullo uel ne meliore ſepulchro
E latebris pauidis decurrit ad æquora codrꝰ
Quæſtor ab icario cinyreæ littorĩ cypri
Infauſtus magni fuerat comes:ille ꝑ umbras
Auſus ferre gradũ ruptũ pietate timorẽ
Cõpulit:ut mediis q̃ſitũ corpus in undis
Duceret ad terrã traheretq; i littora magnũ
Lucis mœſta parũ ꝑ dẽſas cynthia nubes
Præbebat cano ſed diſcolor æquore trũcus
Cõſpicit̃ tenet ille ducẽ cõplexibus arctis.
Eripiẽte mari nũc uictus põdere tanto.
Expectat fluctꝰ pelagoq; iuuãte cadauer.
Impellit poſtq̃ ſicco iam littore ſedit
Incubuit magno lachrymaſq; effudit in oẽs
Vulnꝰ & ad ſupos obſcuraq; ſidera fatur.

¶SVLPI. Ludibrium:ludus ridiculus. Figura: qua diſcerni poſſet. Vna nota eſt:hoc ſolo ſigno noſci poterat quod truncus eſſet: Victor: cæſar. Raptim:furtim & ſubito. Ne nullo:ut aliquo uel in tam humili. E latebris:ubi latuerat ut furtim põpeiũ ſepeliret. Codrus:pompeii libertus & quæſtor qui eũ a Cypro fuerat comitatus militabatq; cũ eo. Plutarchus ait philippũ libertum ipſum abluiſſe ipſiuſq; tunica circũuoluiſſe: & reliquias paruæ ſcaphæ dũ ſtrueret ſuperueniſſe ſenẽ libertum: & militem pompeii qui eſt philippo auxiliatus. Cypri Cyniręæ:lõge repetitũ epiteton. Pigmaliõ.n. cilicis filius qui Cyprum eiectis ſyris occupauit ex eburnea imagine ueneris beneficio animata cyniram filium ſuſcepit qui ei in regno ſucceſſit. de eo lege in.x.metamorphoſeos. Ferre gradum: ire & quærere pompeiũ. Compulit: compreſſit. Duceret:pietas. Mœſta:ſubobſcura. Diſcolor:diuerſi ab aqua coloris. Ille: codrus. Eripiẽte mari: obſtinãtibus fluctibus. Fluctus: qui ſubleuet cadauer. Impellit: extra mare.

¶OMNIBO. Nullaq; manẽte figura: id quod ſolet aliis notitiam auferre:põpeio notitiam dedit nam hoc ipſum ꝙ erat obtrũcatum caput notitia faciebat pompeii eſſe cadauer quia pauloante conſtabat obtruncatũ fuiſſe Pompeium. Nota:ſignũ.

Ante tamen pharias:quamuis aliquamdiu fluctibus maris huc & illuc impulſum fuerit pompeii cadauer:tamẽ fortuna uoluit anteq̃ Cæſar i ægyptũ ueniret:ut ſepeliretur:tameneſi humili ſepulchro. Meliore:ac ſi dicat cæſar ſi corpus illius inhumatũ inueniſſet:nõ dubiũ ẽ:quin ſicut de capite ita & de reliquo corpore feciſſet.nã poſtq̃ pompeii caput oblatũ ſibi uidit dolore ꝑculſus:lachrymas nõ tenuit:& illud omnibus undiq; odoribus collectis honorifice ſepeliri iuſſit. E latebris pauidus:deſcribit quõ Codrus: q Põpeii miles olim & quæſtor fuerat corpus in undis q̃ſierat:& repertũ ſepulchro clam mãdauit de codro nullam mẽtionẽ facit Appianus.dicit.n.caput põpeii abſciſſum: Cæſari magno pro mũere ſeruatũ fuiſſe. reliquũ corpis in littore ſepultũ a quodã:tumulo iſigni addito:cui ab alio inſcriptũ fuit. Tẽpli põdus erat modica q clauditur urna.ꝓcedẽte tempore cũ tumulus ſub arena eẽt obrutus:ſtatuæ etiã quæ põpeio a neceſſariis eius circa Caſium ex ære erectæ ſteterãt in templi aditu iam uetuſtate exeſæ ſeruarentur:ab Adriano imperatore ſũma diligentia perquiſitæ & inuẽtæ ſunt:cũ ad partes illas acceſſiſſet. tumulus quoq; mandato eius perpurgatus:ſtatuæ erectæ:ſic ut denuo ab omnibus dignoſci poſſet: pompeiũ a philippo liberto fragmentis ſcaphæ cõcrematũ fuiſſe ponit Plutarchus. Cynireæ cypri:epitheton eſt longe repetitũ:nã pygmalion cilicis filius fuit:q Cilicũ phœnicũq; manu collecta:imperiũ trãſtulit in Cyprũ & pulſis ueteribus icolis:inſulã omnẽ occupauit:hic ex uxore quã ex ebore fecerat (fuit.n.peritiſſimus ſculptor) beneficio ueneris uiuificata:ſicut in fabulis eſt apud Ouidiũ:genuit filiũ paphũ a quo natus ẽ cinyras inde cinyræus.i. cyprius. Ab icario littore:a littore maris icarii de quo ante dictũ eſt:Ipſe ꝑ icariæ ſcopuloſ. Victũ pietate timorẽ:pietas in põpeiũ:& timor ptolemæi iter ſe pugnabant tandẽ pietas timorẽ uicit:& ita per noctem



profectus cadauer Põpeii inuentũ ſepeliuit. Lucis parũ:nũc dicit exiguũ lumẽ præbuiſſe lunã:ut uix corpus diſcernere potuerit:ſed tamẽ q̃a repcuſſione lunæ unda lucebat:& corpus diſcolor erat a candore maris:corpus põ.& ad ripas ſubduxit. Cynthia:lũa a cynthio mõte cœpit deli ubi colitur dicta eſt:unde etiã cynthius apollo. Mœſta:quaſi cæde põpeii:ipſa quoq; ſidera mœrorẽ ſignificabãt. Tenet ille:poſt quã ſemel corpus cognouit cõpræhẽſum:illud cõplectebatur. Eripiẽte mari:quia dũ corpus teneret uis inũdationũ ꝓpemodũ rapiebat. Pelago iuuãte:q̃a fluctus maris nũquã deſiſtit:ſemp littora impellit:& cũ ĩpulerit redit.nũc ergo dicit dũ fluctus maris rediret:quaſi corpus manibus & complexu rapiebat:expectabat igitur ut fluctus rediret in littore cuius impetu corpus exciperet. Impellit.ſ.ad littora. Pelago.i.fluctu maris. Sedit:ſcilicet corpus. Incubuit magno:ſuperiniecit ſe cadaueri pompeii lachrymans. Obſcuraq; ſidera:ideſt ad ſidera obſcurum lumẽ reddentia:quia uidelicet nubibus oppoſitum erat cœlum:& his uerbis utitur:ab ipſa fortuna petens.ne uile ſepulchrum pompeio inuideat.

Nõ precioſa ꝑetit cumulato ture ſepulchra
Pompeius fortũa tuus, nõ pinguis ad aſtra
Vt ferat e membris coos fumus odores
Vt romana ſuũ geſtent pia colla parentem:
Præferat ut ueteres feralis põpa triumphos
Vt reſonent triſti cantu fora:totus ut ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis.
Da uilem mago phæbei funeris arcam:
Quæ lacerũ corpꝰ ſiccos effundat in ignes
Robora nõ deſint miſero nõ ſordidus uſtor
Sit ſatis o ſuperi quod non cornelia fuſo
Crine iacet, ſubiiciq; facẽ complexa maritũ
Imperat. extremo ſed abeſt a munere buſti.
In felix cõiunx:nec adhuc a littore longe eſt.
Sic fatus paruos iuuenis ꝓcul aſpicit ignes
Corpus uile ſuis nullo cuſtode cremantes
Inde rapit flãmas ſemiuſtaq; robora mẽbris
Subducit quæcunq; es ait neglecta nec ulli
Cara tuo ſed pompeio felicior umbra.
Q d' iã cõpoſitũ uiolat mãus hoſpita buſtũ
Da uẽiã.ſi q̃d ſẽſus poſt fata relictũ eſt,(chri
Cedis & ipſa rogo. pateris hæc dãna ſepul

¶SVLPI. Nõ pretioſa: nõ marmorea & a modeſtia uoti ſui & reꝝ penuria mouet affectus. Cumulato ture:adhibita turis copia & alioꝝ odoꝝ in rogo. Tuus:quẽ hucuſq; fouiſti. Ecoos odores: ut Crocũ myrrã balſama cymnama quæ ſolebant rogis nobiliũ inĳci ut de Archemori ſtatius ſcribit. Vt romana:ut efferatur a romanis:& fiat ſolemne funus. Virg.pars ingẽti ſubiere feretro triſte miniſteriũ. Feralis pompa:funebris apparatus præmittit imagies triũphoꝝ. Cantu: tybie & nenia deplorantiũ ad tibiã. Ambiat ignẽ: pyrã circundet Vir. ter circũ accenſos cincti fulgentibus armis erraure rogos ter mœſtũ funeris ignẽ luſtrauere. Proiectis:demiſſis nã per terrã haſtas trahebant. Arcã feretrũ ſandapilã. Lacerũ.truncũ. Siccos.nõ unctos pingui & ſuccis aromatũ. & oleo uino melle balſamo. Robora.ligna quibus urat̃. Sordidus uſtor.niger & deformis cremator. Subiici. ut ſubmittat̃ ſimulq; ipſa comburat̃.quod profecto iuſſiſſet. Facẽ. autẽ ſubiiciebant propinquiores:Virgi. & ſubiectã more parentũ auerſi tenuere facẽ. Vile: nõ charũ. Subducit membris: ſubtrahit cadaueri. Neglecta. quã nemo ſeruat quod iã combuſtus a me attingeris. Compoſitũ buſtũ. ordinatã pyrã: ſed buſtũ proprie eſt locus in quo corpus comburit̃. Cedis rogo: negligis comburi. ut des locũ põ. Damna: ſubtractionẽ lignorũ.

¶OMNIBO. Nõ precioſa. nõ petit inquit:o fortuna põ.pro dignitate ſua ſepulchrũ. Cumulato ture. ſcilicet rogis & cadaueri ſicut mos erat antiquiſſimus. Virgi. congeſta cremant̃ turea dona. Nõ pinguis. ideſt ex pinguibus aromatibus. ſic enim ſolebant cuiuſlibet generis aromatum ſuperinducere cadaueri.cum rogo ſuperimpoſitum cremaretur. Pia colla:ſic enim conſueuerant.quod & nunc tenetur ut pars ingenti ſubiere feretro triſte miniſterium. Præferat:& non petit:ut pompa funeris præcedat in qua ſit quædam imago triumphi. id etiam antiquitus faciebant.quod nunc quoq; ſeruatur. Triſti cantu.nenia carmen erat.quod laudandi gratia in funere cantabatur ad tybiam. quod ex uerbo græco dicitur. enim græce ſignificat ultimum. quia cantabatur in fine uitæ.alii dicunt neniam eſſe uocem querimoniæ flentium.uidelicet a ne. ne. ſunt qui dicant neniam extremum carmen ſignificare.ab extrema inteſtini parte.nam græce ſignificat extremum.alii referunt ad extremitatem chordarum quæ ultima eſt cythara dicitur chorda acuti ſoni quod ultimum ſit cantationis carmen de hac nenia loquit̃ hoc loco Lucanus. Merens exercitus pompam militarem ſignificat.ter enim circuire ſolebant equites rogum cui ſuperiniectum erat ducis cadauer. Vigi.& ipſe deſcribit.ter circum accenſos cincti fulgentibus armis decurrere rogos. ter mœſtum funeris ignem luſtrauere in equis. proiectis armis: depoſitis inſignibus. Da uilem magno: his omnibus omiſſis quæ fieri ſolent in funere magnorum ducum:ſatis eſt põ. ut uel uile ſepulchrum ei concedas. Robo: ideſt ligna quibus quibus rogus cadaueri conſtruitur. Victor.ſordidus cremator non deſit. Non cornelia:quia propinquiores ſolebant ſubiicere facem uel uxor uiro:uel filius patri. Sit ſatis. ideſt ſufficiat ad iram ueſtram.ſi fortunæ ſuccenſetis põ. uel nimium inuidetis. Imperat: bene. quia ipſa præ dolore non potuiſſet ſubiicere facem. Abeſt. nam arrepta erat nauis uehebatur cornelia cum pompeii comitibus.

Sic fatur: hæc ubi dixit codrus uidit ingentem rogum: haud procul inde ubi cuiuſdam cadauer crematum fuerat.acceſſit ergo & ignem conſtituit petens ueniam a manibus eius quicũq; rogo crematus ẽ. Vi



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

le:ideſt cuiuſdã plæbei. Suis:qa ſui dereliquerãt illud. Inde:ex illo rogo. Subducés.ſ.a corpore. Vmbra:o anima. Neglecta:quæ nullo cuſtode combureris. Nec ulli cara:quia ſi cara eſſes:tui te cuſtodirent uſq; ad ultimũ buſtũ. Iam compoſitũ:quia rogo ſupimpoſitũ cõburebatur. Manus hoſpita.i.mei hoſpitis eterni. Si qd ſenſus poſt fata:reſpexit ad opinionẽ epicureorũ falſam ac ſtolidã:q; anima ſimul cũ corpore extingueretur. Scio inquit ſi poſt mortem ſenſus aliquis ſupereſt:q; tu quoq; uolens ac libẽs mihi cõcedes:ut ignem de tuo rogo ſuſcipiam. Rogo:ſcilicet Pompei.

Teq; pudet ſparſis pompei manibus uri.
Sic fatus plenuſq; ſinus ardente fauilla
Peruolat ad truncũ. qui fluctu pene relatus
Littore pendebat. ſummis dimouit arenas
Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ
Exigua trepid⁹ poſuit ſcrobe: nobile corp⁹
Robora nulla p̃mũt. nulla ſtrue mẽbra recũ
Admot⁹ magnũ ñ ſubdit⁹ accipit ignis (bũt
Ille ſedens iuxta flammas. o maxime dixit
Ductor. & heſperii maieſtas nominis una
Sit tibi iactatu pelagi ſi funere nullo
Triſtior iſte rogus; manes animãq; potentẽ
Officiis auerte meis: iniuria fati
Hoc fas eſſe iubet ne ponti belua quicquam
Ne fera ne uolucres. ne ſæui cæſaris ira
Audeat. exguã quantũ potes accipe flãmã
Romana ſuccenſæ manu: fortuna recuſus
Si det in heſperiam nõ hac in ſede quieſcent
Tam ſacri cineres ſed te cornelia magne
Accipiet. noſtraq; manu trãſfũdet in urnam:
Interea paruo ſignemus littora ſaxo.
Vt nota ſit buſti. ſiquis placare peremptum
Forte uolet. plẽos & reddeř mortis honoreſ
Inueniat trunci cineres. & norit arenas.
Ad q̃s magne tuũ referat caput hæc ubi fat⁹
Excitat in ualidas admoto fomite flammas.
Carpitur & magnus lentũ diſtilat in ignem

SVLPI. Sparſis manibus: errãte aia. Donec.n. corpus ſepultũ ſit animæ errant. Virg. Centũ errãt ãnos uolitantq; hæc littora circũ. Sinus: gremiũ ueſtis qd' prius arena ſtrauerat: inde prunas ardẽtes ſupimpoſuerat. Peruolat: accelerat. Relatus: in mare retractus. Donuit: effodit. Fragmenta laceræ carinæ: ligna fractæ ſcaphæ. Scrobæ: foſſa. Nulla ſtrue: nulla lignorũ cõgerie: nam ſolebãt in medio regi totũ erigere ſup quem cadauer collocaretur. Admotus: a latere p̃ximus factus nõ ſubiectus penſili corpori. O maxime: Codrus tanq̃ ſi hoc officio cadaueri ſit iniurius ueniam petit. Vna: præcipua. Si tibi: ſi minus moleſtũ tibi fuiſſet iactari fluctibus & nõ ſepeliri q̃ tam miſerande cõburi noli hæc aſpicere: nam aduerſum factũ tuũ ut hoc mihi liceat efficit. Triſtior: moleſtior. Auerte: remoue noli aſpicere. Iniuria fati: aduerſitas iuſta qua a fato p̃meris. Belua: piſcis. Quicquam: aliqd te indignũ. Succenſæ: cõbuſtæ. Romana: quod tibi aliquo ſolatio eẽ poteſt: Noſtra manu: ipſe enim te aduehã. Interea: anteq̃ ad Corneliã referaris. Paruo ſaxo: marmore nõ te digno. Nota buſti: ſignũ ſepulchri tui. Placare: iuſta & inferias ſoluere. Caput: quod his cineribus deeſt. Inualidas: lentas & debiles. Fomite admoto: adhibitis aridis lignis & nutrimentis. Carpiť: ſuccẽditur conſumitur.

OMNIBO. Teq; pudet: & nõ ſine pudore hoc hoc uides ut corpus tuũ crémetur: Põpeius uero inhumatus relinquatur: Plenuſq; ſinus: ideſt habẽs ſinus plenos: tanta cupiditate cõburendi ferebať. Fluctu relatus: quia dũ inundaret mare pœne a littore in maria retulerat corpus. Procul. i. ante oculos: nã utrunq; ſignificat: & porro ab oculis & præ oculis. Premunt nobile corpus: pro a nobili corpore nulla robora premunť. hyppallage eſt ſignificat autẽ nõ altũ & ſublimẽ rogũ ſtructũ: ſicut pro qualitate fortunæ rogus ſtrui ſolebat. Nulla ſtrue: quod obſcurus dixerunt poetæ: inſequentibus declarat. eſt ergo epexegeſis ideſt expoſitio ſupra expoſito. Ille ſedens iuxta: codrus poſtquam rogo fragmentis nauis conſtructo pom. ſuperimpoſuit. ueniam an eo petit: ſi non pro ipſius dignitate ſepulchrum pararet. O maxime ductor: nam pom. ſicut in hiſtoria legimus fama ſui nominis totum orbem impleuerat: cum maxime reges atq; nationes bello ſubegiſſet. Vna: ideſt ſola. Si tibi iactatu: ideſt ſi maluiſſet fluctibus maris dilacerari quam in hoc humili ſepulchro ſepeliri. iuſta cauſa eſt cur mihi ignoſcas cum hoc animo fecerim ne corpus tuum eſca fieret alitibus. piſcibus & feris. Triſtior. ideſt tibi moleſtius eſt tale ſepulchrum cõſequi: quam nullum. Officiis meis: hoc eſt ne conſideres uile meum officium: ſed officii religionem & pietatem: quæ me induxit ut hoc facerem. Fati: diſpoſitionis diuinæ: quia uſq; adeo fata tibi aduerſa fuerunt ut periculum ſit: ne ſi hoc uile ſepulchrum non conſequaris lacereris omnino a feris & alitibus ideo non eſt nefas putandum: quod ego te hoc uili ſepulchro condiderim. Audeat. ſcilicet aliquid contra corpus tuum. Quantum potes. quam celerime fieri poteſt benignus & libens cremeris. Exiguam: humilem. Romana manu: romani ciuis. Recuſus: in heſperiam: ideſt ſi dii conceſſerint. ut in italiam redeam: non pacear te hic iacere: Nac in ſe: tam humili ſepultura. Cornelia accipiet: & accipiendo noſtro utetur miniſterio. In urnã: ſcilicet maiorum tuorum: Interea: ideſt dum tempus illud aduenerit. ut in ſepulturam digniorem tranſferri poſſis. Signemus ſaxo: ut dignoſci poſſit ubi nam reliquiæ tui corporis iaceant: Vt nota: ideſt notatio & ſignum. Plenos: ideſt perfectos tuos honores: nam mortis honorem ſepulchrum appellat: Referat caput. ut totum corpus in uno ſepulchro condatur. Excitat. incendit. Inualidas: infirmas flammas. Admoto fomite: fomitem appellat materiam aridam qua fouetur ignis. Carpitur: ſcilicet corpus pompei. Diſtillat: liqueſit.



Tabe fouens buſtũ: ſed iã percuſſerat aſtra
Auroræ præmiſſa dies. ille ordine rupto
Funeris attonitus latebras in littore quærit
Quã metuis demens iſto p̃ crimine pœnã:
Quo te fama loquax oẽs accepit in annos
Condita laudabit magni ſocer impius oſſa
I modo ſecurus ueniæ faſſuſq; ſepulchrum
Poſce caput. cogit pietas imponere finem
Officio. ſemiuſta rapit reſolutaq; nondum
Oſſa ſatis neruis. & inuſtis plena medullis
Aequorea reſtinxit aqua: congeſtaq; in unũ
Parua clauſit hũo. tũc ne uelis aura retectos
Auferret cineres ſaxo compreſſit arenas.
Nautaq; ne buſtum religato fune moueret
Inſcripſit ſacrũ ſẽiuſto ſtipite nõen: (pulchrũ
Hic ſitus eſt magnus: placet hoc fortuna ſe-
Dicere pompeii: quo condi maluit illum
Quam terra caruiſſe ſocer. temeraria dextra
Cur obiicis magno tumultum: mãeſq; ua-
Includis: ſitus ẽ q̃ terra extrẽa refuſo (gantes
Pendet in oceano. romanũ nomẽ. & omne

SVLPI. Tabe: pingui & adipe quæ igne reſoluebatur. Dies: lux. Rupto ordine: non continuato officio. nam relinquere cogitabat. Quam metuis: arguit cum imprudentis metus: quod cum æternam famam ſit hoc facto cõſecutur' nullum cruciatum metuere debet. Crimine: officio quod uelut crimen paues: certe cæ. te id feciſſe probabit. Secutus. certa cum ſpe: Cogit pietas: pietate coactus eſt. Officio: funeri. Inuſtis: non combuſtis. Congeſtaq; in unum parua clauſit hũano: collecta modica terra occultauit. Retectos auferret: retegeret & auferret. Compreſſit: grauauit. Buſtum: buſti ſaxum. Sacrum. uenerabile quo indicatur & buſtum ipſum ſacrum eſſe: Semiuſto ſtipite torre & ligno uſtulato. Situs humatus nam proprie ſiti dicunť qui conditi ſunt. nec tamẽ ante eorum ſepulchrum eſt quam iuſta facta & corpus exeſum. ut ait in legibus cicero. appianus tradit ſepulchro pom. ab alio fuiſſe inſcriptum templi pondus erat modica qui clauditur urna. procedente tempore cum tumulus ſub arena eſſet obrutus ſtatue etiam quæ põ. a neceſſariis eius circa montẽ caſium ex ære erectæ ſteterant in templi aditu iam uetuſtate exeſæ ſeruarentur ab hadriano imperatore ſumma diligentia perquiſitæ & inuentæ ſunt cum ad oras illas acceſſiſſet. Tumuluſquoq; mandato eius perpurgatus ſtatuæ erectæ: ſicut denuo ab omnibus dignoſci poſſet. hæc appianus. Maluit: quia turpius fuit ita ſepeliri quam carere ſepulchro & ideo codrum arguit. Dextra: codri. Obiicis: opponas: Manes includes: animam & umbram quæ errant quietas iuxta cinerem reddis. nam tota terra erat magno ſepulchrum. Pendet: ſuſpenſa attingit indicat: quæ uniuerſam terram

OMNIBO. Tabe. ideſt adipe corporis ignis accendebatur. Sed iam percuſerat aſtra. iam illuxerat cum ſibi metuens codrus incohatum & ſepulchrum reliquit. poſtea pietate coactus eſt redire etiam cum diſcrimine ſalutis ſuæ. Dies præmiſſa auroræ: ideſt ante auroram. Percuſſerat aſtra: quia ſuperueniente die aſtra offuſcantur. Ordine rupto: interrupto rogo inchoato. Demens iſto pro crimine. p. repræhendit illum Lucanus dicens illum ne quicquam timuiſſe nam nec ipſe quidem cæ. adeo crudelis eſt: ut ſepultura pom: prohibere uelit. Crimine: ſicut tu exiſtimas. Fama loquax. diuulgans. non adeo eſt culpa: quod officium tuum fecit. ut tui nominis fama perpetuo duret. Condita laudabit: ne timeas inquit ipſe etiam cæ. quanuis impius ſit: laudabit hoc officium tuum. I modo. nec metuas ueniam tibi datum iri. Faſſuſq;. ideſt fatere te feciſſe ſepulchrum & hoc amplius agas caput etiam poſce quod habiturus es: ut reliquo corpori coniungas. Cogit pietas: ut officium impleat incohatum. Plena. quia non bene uſta erant oſſa. Congeſta in unum: ideſt omnia ſimul compoſita. Tunc ne leuis: & ne forte aura effoderet oſſa. non profundius demiſſa ſaxo preſſit. Nautaq;. & ne forte nauta illic ſepulto ſaxo religaret nauem: & fune forte trahenti ſaxum remoueret inſcripſit ſaxo epitaphium ut dignoſci poſſet ibi conditas magni reliquias. Semiuſto ſtipite: carbone litteras fecit epitaphii: Placet hoc for. ita uoluiſti o fortuna ut hoc ſepulchrum pom. fieret. Quo condi. cæ. maluit pom. tam uile ſepulchrum conſequi: quam omnino inhumatum iacere. Condi: ſepeliri. Terra: ſepulchro. Temeraria dextra: hic Lucanus codrum quaſi repræhendit: quod dicat ibi nomen eius comprændi: quod fama ipſius & gloria totum orbem terrarum impleuerat. Obiicis tumulum. ideſt cur pom. tumuli breuitate coerces: Maneſq; uagantes. quod ibi una cum corpore nomen eius ſepultum ſit. an neſcis ipſum toto orbe terrarum cognitum ac celeberrimum eſſe. Vagantes. ideſt totum orbem pererrantes. Situs eſt: non eſt hoc tanto tumulo ſitus magnus: ſicut tu dicis ſed eſt poſitus ea parte qua ſol oritur & occidit: hoc eſt in omnes partes terrarum. Terra extrema. uſq; ad extremos terrarum fines peruenit pom. nomen & fama. Refuſo pendet oceano: mare oceanum totam terram orbem ambit & terra dicitur ibi pendere quod in centrum deſcendit: nec in aliquam partem declinare poteſt: natura enim eſt corporis cuiuſq; grauioris ut in centrum deſcendat: quaſi in locum ſuum terra ergo cum grauior ſit omnibus elementis ſuo pondere libratur in medio totius orbis. & primo quidem aqua: deinde aere poſtea uero ſuperiori elemento ſuſtinetur. ut in nullam partem inclinare poſſit ideo ſuo pondere librata ſuſtinetur. Refuſo. reſpexit ad naturam quod fluit & refluit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ℭSVLPI. Modus:menſura. Obrue:ſic appareant tege. Crimine:s culpa.id enim diis aſcribitur.quos ab indignitate arguit. Oethe:mons theſſaliæ ubi conſumptus eſt & ſepultus hercules a philoctete. Iuga nyſeia mos helicon ubi eſt ſepulchrum bacchi & nyſa uicus. Vacant bromio: conſecrata ſunt baccho.
Omnia lagi arua tenere poteſt: in qualibet ægyptii parte ſepultus uidebitur ſi nomen eius e ſaxo deleas. Lagi:quæ ptolemeus primus lagi filius tẽuit. Hæſerit:affixum ſit: Erremus:ſimus in errore. Metu:re ligione & uenetatione. Nullas niſi calcemus arenas in ægyptum. Dignaris:dignum facis. Tantos actus tot acta & geſta. Monumenta:inſcriptionem ſummarum rerum quas ſtrinctim recenſet: & nos quia ſuperius dicta ſunt uix attingemus. Lepidi motus qui acta ſyluæ tentans reſcindere a.Q. catulo Gn. pom.auſpiciis bis ex alpibus & italia tum ex ſardinia ubi etiam moueret bella pulſus perit. Conſul metello quo reuocato pom.in eundem ſertorium miſſus ipſum confecit: Eques. ante tempus enim & nondum ſenator triumphauit. Comertia:nauigationes & commutationes rerum.hocq; dixit propter maria a pyratarum incurſionibus liberata. Pauidos maris. nam in mediterraneis locis iuſſi habitare ad mare non accedunt. Barbariem: ut aſiam pontum armeniam paphlagoniam capadociam ciliciam ſyriam ſcythas iudeos albanos iberiam cretam baſternas. Genteſq; uagas.ſcythas.

Imperiũ magno tumuli ẽ mod⁹; obrue ſaxa
Crimine plena deũ: ſi tota eſt herculis œthæ
Et iuga tota uacant bromia nyſeia. quare
Vnus in ægypto magno lapis:omnia lagi
Arua tenere poteſt:ſi nullo in ceſpite nomen
Hæſerit: erremus populi cinerumq; tuorꝫ
Magne metu:nullas niſi calcemus arenas:
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum
Adde actus tantos mõumentaq; maxia reꝫ
Adde truces lepidi motus alpinaq; bella.
Armaq; ſertori reuocato conſule uicta,
Et currus quos egit eques comertia tuta (ctã
Gẽtib⁹,& pauidos cilicas maris,adde ſuba
Barbariẽ:genteſq; uagas & quicquid i euro
Regnorum boreaq; iacet,dic ſemp ab armis

ℭOMNIBO. Magno tumuli: ſi uis menſuram & modum ſepulchri ſcire pom.codre: ſcito late patere nec breuiuſ eſſe quam quo fama populi ro.peruenit. Obrue: ſubmerge fluctibus maris. Saxa: quibus coerceri pom.dixiſti: nam id etiam ſuperius inuidioſum eſt ut dicatur pom. tam breui tumulo coerceri:nõ enim ſine deorum inuidia hoc fieri aut dici poteſt. Si tota eſt:a minori ad maius arguit dicit enim ſi alii quorum uirtus inferior fuit: magna & ampla monumenta conſecuti ſunt. quid nõ pom. & ipſe conſequi debet non enim inferior hercule dicendus eſt: non regibus ægyptiis qui magnas moles pyramidum pro ſepulchro habuerunt. Tota æte:mons theſſaliæ ubi combuſtus eſt hercules a philoctete cui arcum & ſagittas dono dedit. Nyſæia:nyſa uicus eſt in heliocone. & ciuitas in arabia in qua nutritus fuit bacchus:de cuius nomine ipſe nyſam in india condidit. Bromio:libro patri: multa nomina habet bacchus.quorum unum eſt bromius. Rura tenere poteſt:dignitate enim ſua meruit occupaꝛ omnia quæ tenuit lagus primus rex ægypti. Erremus:pro errabimus. Nullo ceſpite:melius fuerat o codre: ut nomen pom.nuſquam ſcriberetur: quia uniuerſam ægyptum pro ſepulchro haberemus: nec in ægypto ullum locum calcare auderemus:ne piaculum committeretur. Calcemus: ne forte calcemus cineres põ.
Quod ſi tam ſacro:ſed ſi placet o codre nomen pom.inſcribere ſaxo plenum facito epitaphium & ibi res eius geſtas inſcribe:& ita breuiter perſtringit geſta pom. Actus:res geſtas. Si dignaris: ideſt dignum facis. Monumentaq; maxima:ideſt maximorum rerum hiſtorias: Adde truces lepidi motus: hic lepidus acta ſyllæ reſcindere tentauit:quem auſpiciis pom.Qu.catulus bis ab alpibus & italia pepulit:hic in ſardiniam quo confugerat bellum mouit.inde pulſus paulopoſt periit. Truces motus. qui audebat acta ſyllæ reſcindere quibus reſciſſis bellum ciuile renouaretur. Alpina: unde pulſus fuerat. Armaq; ſertorum: nam ſertorius populi ro.hoſtis iudicatus hiſpaniam occupauit:& magno exercitu comparato bellum aduerſus populum ro. geſſit:in quo ſæpe uictor euaſit: tandem cum a metello propemodum uinceretur factione pom. lata eſt lex ut ſucceſſor mitteretur metello & ipſe pom. electus eſt contra ſertorium qui deinde per proditionem ſertorium oppreſſit: nam perpenna cum ſuis ipſum inter epulas trucidarunt. Reuocato conſule:ideſt metello in cuius adminiſtratione ea omnis prouincia poſita fuerat. Et currus triumphauit enim ſimul de africa de hiſpania:occiſis hic domitio:illic Gn.garbone: ante ætatem quod non licebat:tamen ipſe obtinuit:& cum reſiſtiteret ſylla ne contra leges triumpharet:quanquam auſpiciis ipſius bene geſſiſſet.tunc pom. triumphabo inquit & ſylla: quomodo ne tu cum adhuc puer ſis audes dicere triumphabo contra leges populi ro.contra uoluntatem meam: quia inquit pom. tu es tanquam ſol occidens:ego uero ſum tanquam oriens: quo audito ſylla animi magnitudinem admiratus magno clamore dixit ſæpius triumphet:triumphet & ita triumphauit. Comertia tuta gentibus: ideſt debellatis piratis: quia tunc demum comertia tuta eſſe cœperunt poſtquam piratæ debellati ſunt qui uniuerſum mare reddiderant infeſtum:adeo ut portum ro.occupauerint:& ibi prætorem cum lictoribus in ipſo portu hoſtiæ ciuitatis uicerint. Genteſq; uagas:hiberes:albanos:hyrcanos:colchos:armenios cilices:& cæteros populos montis caucaſi.i.quod ait barbariem & gentes uagas. In euro boreaq;.i.in oriente uſq; ad ſeptentrionẽ:quia ab occidente uſq; ad ſeptentrionẽ pertingit caucaſus.cuius plures accolas domuit lege pli.& plu



tat: Dic ſemper ab armis.c.r.t.adde hoc quod etiã eſt maximus põ. ſplendor quod uidelicet nunquã tanto imperio uſus eſt: nunquã tantã ex hoſtibus uictoriã conſecutus quin ſtatim finito imperio & debelatis hoſtibus & depoſitis inſignibus imperii: ſimul etiã animũ ciuica conditione minorẽ deponeret: nunquã põ uoluit ciuilica conditione maior uideri.cæteri uero poſtquã ad principatũ ciuitatis euaſerant maiores cæteris haberi uoluerunt:& tyrannidẽ appetebat. Ab armis. ideſt a bellis debellatis hoſtibus.

Ciuilem repetiſſe togam ter curribus actis
Cõtẽtũ:tumulos patriæ donaſſe triumphos:
Quis caput hæc tumulus:ſurgit miſerabil e
Nõ illis plenum titulus.nõ ordie tãto (buſtũ
Faſtorum. ſolitumq; legi ſuper alta deorum
Culmina:& extructos ſpoliis hoſtilib⁹ arcus
Haud procul eſt ima pompei nomen arena
Depſſum tumulo. q̃ nõ legat aduena rectus
Qđ niſi mõſtratum rõanus trãſeat hoſpes.
Noxia ciuili tellus ægyptia fato
Haud equidẽ imerito cumãæ carmine uatis
Cautum ne nili peluſia tangeret ora
Heſperius miles,ripaſq; æſtate tumentes
Quid tibi ſæua precer,p tãta crimine tellus
Vertat aquas nilus quo naſcit̃ orbe retent⁹
Et ſteriles egeant ibernis imbribus agri
Totaq; in æthyopum putres ſolueris arenas
Nos in templa tuam rõana accepimus iſim

ℭSVLPI. Repetiſſe togã.rediiſſe ad urbana officia eſtq; a modeſtia laus quod nõ ſit molitus tyrannidẽ & ab induſtria quod ſe nõ dederit ocio.
Ter curribus actis.tribus triumphis. Donaſſe: attuliſſe multorũ utilitatẽ & decus. Surgit: erigit̃.
Faſtorũ.librorũ in quibus totiens conſul & imperator indicabat̃. Solitũ:nomẽ. Culmina: in quibus erat inſcriptũ. Arcus:triumphales. Extructos ſpoliis: ex præda & manubiis edificatos. Haud procul eſt ima arena: eſt uicinũ arenæ humili quæ præ culminibus & arcubus eſt ima. Legat rectus:legere poſſit niſi inflexus. Tranſeant:ignoret & prætereat. Noxia.per apoſtrophẽ ægyptũ deteſtat̃ cũ perpetuæ ſiccitatis imprecatione. carmẽq; illud ſibyllinũ quod quindecimuiri interpretati fuerant ne ptolemæus cum exercitu ro.in regnũ reduceret̃ ut ne in epiſtolis ci.poeta ad põ.ſeptimiũ & codrũ referri uult. nã e duce miles euaſit põ. ſtatim ut in regis ſcaphã deſcendit. Noxia ciuili fato:nocen ciuis fatali more. Haud immerito cautũ nõ ſine cauſa cauit prohibuitq; ſibylla. Ora peluſia:oſtiũ peluſiatũ. Heſperius:ro. Tumentes: increſcentes.
Precer:imprecer. Crimine:culpa mortis põ. Retentus orbe: nõ egrediens regionẽ. Vertat aquas: mutet curſũ & ægyptũ nõ amplius irriget. Steriles:facti ſteriles ariditate. Putres: ſolutas & puluereas quales ſunt in deſertis ethyopũ præ nimio ſolis ardore. Nos in tẽpla:ægyptũ cũ exp̃batione ingratitudinis arguit. Iſim: lanificii deã in quã io uacca a ioue conuerſa eſt. eius ſacra ro. tranſlata ſunt erectũq; ei templũ in campo martio:faciebant ei nouẽ diebus caſtiſſime.

ℭOMNIBO. Ciuilem togam:ideſt ſemper ſe ad ciuilem conditionem: ut æquo iure cum cæteris uiueret contuliſſe. Ter curribus actis.tribus triumphis: uno de ſicilia ſimul & aphrica: & altero de piratis: de ſertorio. de mithridate:de tigranne.tamen donauit hos omnes triumphos patriæ & ſatis habuit ter triumphaſſe. Surgit:erigitur pom. Miſerabile:ſordidum & humile. Titulis.nullis laudibus. Faſtorum: pro magiſtratibus poſuit: libri enim ſunt in quibus conſultum & aliorum miniſtratuum nomina inſcribebantur. Tanto ordine.quia pom.conſul ſæpius fuerat.ſæpe etiam imperator cum exercitu miſſus aduerſus hoſtes: & nomen quotiens imperium geſſerat. totiens faſtis in ſcriptum erat. Solitum legi.ſcilicet pom. nomen quod in ordine templorum inſcribi conſeruit.& in arcubus. quorum adhuc nonnulli in urbe ro. ſpectantur nunc legitur in imo littore:ad commiſerationem mouendam hoc ſcribit Lucanus. Culmina deorum. in capitolio. Artus: ſic enim arcus ædificabant ro. cum uictoriam ex hoſtibus retuliſſent: ut in modum arcus ædificio ſtructo ibi res omnes geſtas pingerent: aut fugerent:adhuc arcus & ſtatua pom. ro. ſpectatur in quo etiam ſunt candelabra quæ de templo ſalomonis rapuit. Depreſſum: calatum. Quod non legat: cum antea legeretur a ſuſcipientibus culmen templi: nec legi poſſet:niſi aſtantibus: neceſſe nunc eſt ut qui uelit legere nomen pom. in littore curuetur. Rectus: ſed incuruus propter humilitatem tumuli.
Quod niſi monſtratum: & ſi forte ro. hac tranſierent:niſi monſtraretur pom. nomen non agnoſcent.
Noxa tellus:apoſtrophat nunc ad ægyptum & inuehitur in eam dicens.uere carminibus ſibylinis iacebatur ne miles ro. ægyptum tangeret. & non ſine ratione cauerat ſibylla ne ro. miles in ægyptum ueniret. hoc oraculum religioſi obiiciebant ro. his qui prolemæum cum exercitu in regnum reſtituere uolebant & creditum eſt illud impletum cum craſſus in aſſyria quæ adiceat ægypto cum omni exercitu deletus eſt nunc refert ad cædẽ põ.oraculũ ſibyllæ Lucanus. Ciuile fato:propter ciuile fatũ. Haud immerito.nõ ſine ratione. Vatis:cumanæ ſibyllæ cumeæ quæ fata ro.deſcripſerat libris: ad quorũ cuſtodiã quindecim aſſeruabant̃. Peluſia:peluſũ unũ & hoſtiis nili. Ripaſq; æſtate tumentes: ripas nili qui quotannis creſcebat & ægyptũ in undas fertilẽ reddebat & nunc quoq; illud idẽ facit. Precer:pro imprecer. Vertat quaſi imprecabor inquit: ut nilus in fontẽ ſuũ redeat:nec poſt hac nilus inundet:ut ſterelitate habitare ibi nemo poſſit. Aethiopũ: ſicut apud æthiopas ardore ſolis terra in puluerẽ reſoluit̃: ſic tu quoq; ſoluaris. Nos in templa tuam:non ſimiles fuerunt ro.tibi o ægypte:nam nos deos tuos accepimus:& in his tẽpla

condidimus.tu uero manes noſtri pom.inſepultos iacere pateris. Iſim: Ionem inachi quæ mutata eſt in uaccam. caudæ cuius iuno æſtrum ſubiecit.quo illa agitata totum orbem terrarum peragrauit: tandem peruenit in ægyptum & cum in ripa conſtituiſſet nili forte ſuſpiciens uiſa eſt ſuplicare ioui: ut ſui tandem miſereretur & ſe in priſtinam forma m reſtitueret.qua reſtituta admirantibus ægyptiis eam pro dea nili coluerunt & iſim uocarunt cuius uir fuit oſiris. Tuá.quæ apud te colit̃

Semicaneſq; deos. & ſiſtra iubentia luctus
Et qué tu plangens hominé teſtaris oſyrim
Tu noſtros ægypte tenes in puluere manes
Tu quoq; cú ſæuo dederis iá tépla tyranno
Nondum pompeii cineres roma piaſti.
Exul adhuc iacet umbra ducis: ſi ſæcula pria
Victoris timuere minas nunc excipe ſaltem
Oſſa tui magni. ſi nondum ſubruta fluctu:
Inuiſa tellure ſedent. quis buſta timebit.
Quis ſacris digná mouiſſe uerebit̃ umbrá.
Imperet hoc nobis utinam ſcelus & uelit uti
Noſtro roma ſinu: ſatis o nimiumq; beatus
Si mihi contingat manes tranſferre reuulſos
Auſoniam: ſi tale ducis uiolare ſepulchrum
Forſitan aut ſulco ſterili cum poſtere finem
A ſuperis aut roma uolet feralibus auſtris

❡SVLPI. Canes: anubim dicit qué Virgi. latratoré appellat hoc eſt mercuriú qui canino capite colit̃ in ciuitate canú. in qua honor & ſacer quidá cibus eſt canibus conſtitutus ut ait Strabo. Colunt auté uniuerſi ægyptii animalia quedá ut bouē cané felé accipitré & ibim lepidotú: & oxyrynchú piſces. ut ex Strabone late in iuuenalé commétauius: ſeorſú auté oué latú piſcé lupú cynocephalú cepú aliquá leoné caprú hyrcú muré araneú. Siſtra: ſiſtra ſunt cymbala & inſtrumenta rotunda quæ in ſacris iſidis concutiebant̃ & ad quorú ſonitú conueniebant ſeneca de uita beata: cú ſiſtrú aliquis concutiens ex imperio mentit̃. Iubentia. lud⁹ indicentia iſidis ſacra quæ ſunt quatenus paruulú filiú uel perdiderit uel inuenerit. ná primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora contundunt: ſicut ipſa quú perdidit fecerat deinde puer producit̃ quaſi iuuentus & in lætitiá luctus mutat̃. Oſyrim. oſyris iouis ex niobe phoronei filius regnú argiuá ægyaleo fratri relinquens ægypto expugnata iſidé duxit uxoré. inde cú a typhoue fratre occiſus dilaniatuſq; eſſet a regina plorante & anxea tandem in uento diſcerpto cadauere apud philas illud in abbato ſepeliuit. ſed mox cum ægyptiis bos maculis inſignis apparuiſſet eum oſyridé exiſtimantes pro numine coluerunt. Teſtaris hominem: oſtendis non bouem ſed hominem fuiſſe. Tu quoq; ro. increpat. Tyranni cæ. qué in deorum numero aſcripſit auguſtus eiq; templum erexit. & plebs columnam numidici marmoris in foro erexit. apud quam ſacrificare & uota ſuſcipere perſeuerauit ut ſuetonius ſcribit. Piaſti: placaſti. Sæcula prima: illi qui uixere cæ. tempore qui pom. tam uili ſepulchro iacere uolebat. Excipe. reduc in urbem. Subruta: immerſa. Inuiſa. quam odio habuerit: qui in eo neglectus iacuerit. Quis buſta timebit. quoniam mortuorum cineres ſacri erant & niſi cum ſcelere loco moueri non poterant. neminem inquit oportere metuere illos effodere & in meliorem ut colantur locum transferre. Vmbram: corpus a quo umbra non diſcedit. Sacris: diuinis honoribus. Imperet hoc nobis utinam ſcelus: utinam tanquam ad ſcelus patradum hoc nobis̃ muneris detur & ego damner ad pom. cineres referendos. nam feliciſſimus mihi uiderer. Violare: quod uenerari eſſet: Forſitá Ro. aliquando monitu deum ut malis liberentur pom. cineres relaturos dicit & alludit ad illud quod quinto libro diximus de phrygibus qui athim ſepelire ſunt ab apolline iuſſi athenienſibus qui ſiccitate laborantes mortem androgei piauerunt: & Lucanus qui peſtilentia uexati palinuri manibus apolline iubente placatis liberati ſunt ea dixit autem illic ſuſtulit itas telluris ſterilis monſtrato fine reſoluit aera tabificum: Sulco: terræ. Feralibus: peſtiferis.

❡OMNIBO. Semideoſq; canes: mercurium quem anubim uocan. Virgi. omni genumq; deum monſtra & lattator anubis. nam colitur apud ægyptos in forma canis & lingua ægyptia anubis canis dicitur: canum (ut inquit ſtrabo) ciuitas eſt in qua anubis colitur. & honor & ſacer quidam cibus canibus eſt conſtitutus: quædam. n. animalia ſunt quæ uniuerſi ægyptii colunt quemadmodum ex terreſtribus tria: bouem canem felem. ex uolatilibus accipitrem atq; ibim. ex aquatilibus duo lepidotum. piſcem & oxyrynchum: ſunt alia quæ ſeorſum colit. Et ſiſtra iubentia luctus: ſiſtrum eſt inſtrumentum ad ſimilitudinem tubæ: eius cantu ægyptii quiſq; congregati imitabantur plangores iſidis. nam oſiris uir fuit iſidis a tiphone fratre laceratus quem diu cum lachrymis & plangore quæſiuit: de quo multa ſunt apud diodorum. Tu tenes noſtros manes: ideſt principum noſtrorum umbras. Tu quoq; cum ſæuo: nunc ipſam quoque ro. repræhendit: ꝙ ad ſua uſq; tempora in ægyptio puluere oſſa pom. iacere permiſiſſet: ꝙ ſi excuſationem meruerint ſuperioris temporis: ꝙ cæ. metuebant nunc certe nihil habent quo ſe excuſare poſſint. Sæuo tyranno. ſ. cæ. quem in deorum numerum tranſtulere ro. ꝙ etiam Virgi. oſtendit ecce dionei proceſſit cæ. aſtrum. nam ſtellam ꝙ per aliquot dies continuos apparuit cæ. eſſe animam in cœlum recepit (ut ait ſuetonius) dixerunt & hac de cauſa ſimulachro eius in uertice addebat̃ ſtella auctore plinio. Exul: extra ſolú patriæ ſuæ. Priſca ſæcula. ſ. quibus cæ. omnia tenebat. Nunc exci. ſ. ro. cineres pó. transferendo. Si nó dú ſubrupta. i. ſi nondú fluctus maris oſſa pó. abſtulit. Pedent: permanent ubi poſita fuerant. Quis buſta timebit: nec eſt quod dubitet quiſquá id laturá moleſte umbrá pom. quaſi ſepulchrú ipſius uiolaret: non



ſed ſacrificare. ut ex tá ſordido & uili loco. in ſedé ſuá & patriá reducat̃.
enim hoc erit uiolare ſepulchrú: ſed ſacrificare. ut ex tá ſordido & uili loco. in ſedé ſuá & patriá reducat̃. ꝗ
Sacris. ſacrificiis. Dignáur animá pó. quæ dignu eſt. ut ipſi ſacra deorú more ro. exhibeant̃. Imperet
hoc no. ſi alii hoc uerent̃. ut id mihi minus demandet̃ exiſtimabo enim me animæ pó. ré gratá facere.
Noſtro ſinu quia gremio ipſo cineres & oſſa pó. ro. transferá. Satis o. optantis eſt. Violare: nó erit uio-
late: ſed honorare. Forſitá aut ſulco: fortaſſe ro. tunc reſtituet cineres tuos: ut inde transferant̃ honorifi-
centius cú urbé ro. inuaſerit peſtilentia aut certe terremotus concuſſerit: & accepta reſponſa huiuſmodi
erunt: ut nec peſtilentia illa: nec teremotus ſedari poſſit. prius quá oſſa in ſedé & patriá transferant̃: ſicut
etiá de aliis lectú eſt: ná cybeles & aeſculapii ſimulachrú in urbé tranſlatú: illá a peſtilentia liberauit. Sulco
ſterili. ſignificat famé & penuriá annonæ. Feralibus auſtris. ideſt peſtiferis: ná auſter cú regnat calidior:
eius feruore corrumpit̃ aer.

Ignibus aut nimiis: aut terra tecta mouenti
Conſilio iuſſuq; deum tranſibs in urbem
Magne tuá ſúm⁹ qꝫferret tua buſta ſacerdos
Ná quis ad exuſtá cancro torrente ſyenem
Ibit. & imbrifera ſiccas ſub pleiade thebas.
Spectator nili quis rubri ſtagna profundi
Aut arabum portus mercis mutator eoæ
Magne petet qué nó tumuli uenerabile ſaxú
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Auertet maneſq; tuos placare iuuabit
Et caſio præferre ioui. nil iſta nocebuot
Famæ buſtu tuæ: templis auroq; ſupultus
Vilior umbra fores núc eſt ꝑ núine ſummo
Hoc tumulo fortuna iacens. auguſtius aris
Victoris libyco pulſatur ab æquore ſaxum:
Tarpeiis qui ſæpe deis ſua thura negarunt
Incluſum fuſco uenerentur ceſpite numen.

❡SVLPI. Ignibus: incendiis. Aut terræ mouenti tecta: aut terremotibus. Buſta: cineres methonymia. Ná quis: publici deſiderii & commodi gratia id etiá faciendú dicit quoniá nautæ omnes qui in orienté nauigarent illuc eſſent ad pó. nauigandú uel cú incommodo acceſſuri. Syené: oppidú in thebai de ſub æſtiuo canceri tropico conſtitutú ut diximus ſupra. Torrente. adurente. Vhebas: ægyptias quæ ſunt ſub tauro qué conficiunt pleiades. Imbrifera: pluuiali. Mutator: mercator & conmutator. Auertet: a curſu ad parentandú diuertet. Præferre: nó ut cenſeat pó. ioui præferendú: ſed quod potius buſtú pó. quá iouis caſſii templú uiſurus ſit. Iſta: tá humilia: Nunc eſt inſultatio in fortuná & in cæ. Auguſtius. ſacratius & maius templis cæ. Ab equore: a fluctibus qui e libya in caſiú illudunt̃. Tarpeius: ſenſus eſt multi populi qui deos ro. colere noluerunt ſepulchro & manibus pó. ſacrificent & ſic confirmat auguſtius eſſe. Strepant alii quicquid libet huc tendit poeta. Tarpeius: deus: qui colunt̃ in capitolio ut ioui apolini mineruæ ioui. Namé incluſú ceſpite fuſco: manes pó. ſepultos in terra nili nigra: talis enim præ pinguedine eſt.

❡OMNIBO. Ignibus nimiis: ideſt æſtibus & ſiccitati agrorum: Summus ſacerdos. pontifex maximus. Nam quis ad exuſtam: nemo eſt qui hac tranſiturus ſit ubi tua oſſa manent: quin nauem iubeat eo aduertire ſepulchrum tuæ qualecunq; ſit ſalutet & ueneretur. Syenem: ſyene eſt ciuitas ſupra alexandriam quinq; milibus ſtadiorum: ſolſtitii die medio nullam umbram iaciens plinius. eſt enim ſubiecta cancro. Thebas: thebæ ſunt ægyptiæ & boetiæ: ſed de ægyptiis thebis hic intelligit: quæ centum portas habuit & dioſopolis appellata. Strabo. Sub plæiade: ſub qua poſitæ ſunt thebæ ægyptiæ. Plæiades ſunt ſtellæ in tauro quæ ortu ſuo nauigationis tempus ſignificant: ut etiam dictæ ſunt ideſt a nauigo. Quis rubri ſtagna: ideſt quis nauigabit in orientem. aut meridiem: neq; enim poſſunt in orientem uel libyam náuigare niſi per mare libycum: & in littore libici maris poſita erant oſſa pom. Arabum: populi ſunt orientis felicis arabiæ (auctore Strabone) ſemptentrionale latus faciunt deſerta haud exigua: orientale perſicus ſinus. occidentale arabicus. auſtrale mare magnum quod extra utrunq; ſinum eſt: idq; totum mare rubrum uocatur: quod rubrum appellatur a ſole cum ſupra uerticem eſt: uel a montibus ex aduſtione rudentibus. cteſias uero gnidius hiſtoriæ mandauit fortem quendam eſſe qui aquam rubicundam ac minio plenam in mare emittit. Solinus etiam. refert ultra peluſiacum hoſtium arabiam eſſe ad rubrum pertinentem mare: quod erythræum ab erythra rege perſei & andromade filio non ſolum a collore appellatum Varro dicit. quia affirmat in littoꝛ maris iſtius fontem eſſe quem ſi oues biberint: mutent uellerum qualitatem. Auertet. ſcilicet ab his regionibus ad ſe nauigantes pro ea loca. Cinis in ſummis: quia fortaſſe fluctibus maris detecta erunt oſſa tua: ut etiam uideri poſſint. Præferre: ut digniore ſepulchro recondat. Caſſio: mons eſt in arabia nobilis ſepulchro pompeii. Caſio ioui: quia in caſſio monte iouis eſt templum & pom. corpus: ut dicit Strabo: non procul inde magnus iugulatus fuit. & ab ægyptiis dolo interemptus. Nihil iſta nocebunt. nec erit cur tibi minor habeat̃ honor: ꝙ in humili loco oſſa tua poſita maneant immo hoc ipſo erit uenerabilior umbra tua: iſta buſta. uilia & ſordida. Templis auroq;: quia ſi in téplis auratis cineres tui conditi eſſent minoré honoré ꝑ dignitate conſecutus eſſes. Téplis auroq;. i. téplis auratis endiadis. Pro numine ſummo. i. loco ſummi numinis habet̃ ꝙ fortuna ſepulchri tui in tá uili loco poſita ſit & ſubiungit rationé. Auguſtius aris: per ſimilitudiné oſtendit dignus eſſe ſepulchrú pó. ꝗ eorú qui ſculti ſunt in capitolio: unde thuſci ſacerdotes qui dedignabant̃ ſacrificare ioui in téplo conſtituto immolant uictimas in loco ubi iacet flumé: ná thuſci fuerunt religionis cultores maximi. ut. Val docet in primo: nunc ergo dicit ꝙ haruſpices thuſci quotiens prodigiú expiaꝛ̃ uoluerunt fulminis (ná ful

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

men quotiens aliquid percuſſerit prodigiale eſt)in locum quem de cælo tactum eſſe uiderint:bidentes ſacrificabant.& locum bidental appellabant:nec quiſquam auſus fuiſſet in eo loco conſiſtere.uenerabantur enim locum tanquam ſacrum & diis conſecrabant : idem continget ſepulcro tuo o pom. nam quenadmodum thuſci ſacerdotes dedignabantur ſæpe ſacrificare ioui capitolino : & imolabunt bidentem ubi fulmen cecidiſſet:ita etiam umbris tuis ſacrificia exhibebuntur a gentibus. Auguſtus.ideſt nobilius & uenerabilius:unde auguſtum dicimus locum uenerabilem:quaſi aue guſtatum.ſic enim augures locum uenerabilem habebant:quem aues deguſtaſſent uel quaſi augurio conſecratum. Aris uictoris : templis cæ. cui templa & aræ extructæ fuerunt. Saxum:ſub quo cineres tui conditi ſunt. Tarpeis de is . ideſt ioui & & mineruæ qui coluntur in tarpeia rupe.ideſt capitolio. Thura:ideſt ſacrificia. Thuſco ceſpite. ideſt ara a thuſcis ſacerdotibus extructa : non enim tantummodo in thuſcia hæc faciebant:ſed ubicunque flumen conditum eſſet.

Proderit hoc olim quod nõ manſura futuris
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles
Pulueris exigui ſparget non longa uetuſtas
Congeriẽ:buſtũq; cadet:mortiſq; peribunt
Argumenta tuæ:ueniet felicior ætas.
Qua ſit nulla fides ſaxũ monſtrantib⁹ iſtud
Atq; erit ægyptus populis fortaſſe nepotum
Tã mendax magni tumulo q̃ creta tonantis.

¶SVLPI. Proderit: ſolamen eſt a futuro commodo nam euerſo ſepulchro quod breui durabit minores non credent pom. mortuum nec in ægypto ſepultum : ſed in cœlo regnare ut putant iouem cretenſes. Olim:in futurum. Ardua:moles eminens ſepulchrum. Sparget : diſſoluet. Buſtum : buſti ſaxum argumenta ſigna. Sit nulla fides:non creditur. Erit tam mendax: putabitur ita mendatium dicere : ut creta de iouis ſepulchro : quod in creta fuiſſe ſolinus & Cice. in natura deorum & lactantius meminere.

¶OMNIBO. Proderit hoc olim:quod ibi ſepultus ſis o pom.quia aliquando cum aſſiduo maris fluctu ſaxum illud auferretur & nulla tui ueſtigia ſepulchri appellabunt:id faciet ut omnes te deum eſſe exiſtiment cuius ſepulchrum in terris nuſquam inueniatur. Olim:aliquando. Futuris: poſteris. Pulueris exigui : non erit inquit opus diuturno tempore ad hoc ut fluctus maris rapiat ueſtigia ſepulchri tui. Caderet:ideſt in undas. Argumenta:probamenta. Veniet ætas: in qua non credetur ibi tua oſſa aliquando fuiſſe ſupultá. Felicior:quantum ad gloriam tuam. Saxum monſtrantibus : quia ſi forte quis dixerit hic oſſa pom.ſepulta fuerunt:non adhibebitur fides. Atq; erit ægyptus:& fortaſſe idem continget tibi in ægypto:quod contigit ioui in creta: Nam in inſula cretæ oſtendebant ſepulchrum quod iouis fuiſſe dicebant.ſed nemo credere uolebant idem & tibi continget o pom.Varo in operi quod de littoralibus eſt:etiam ſuis temporibus(ut ait Solinus)affirmat ſepulchrum iouis in ida crete uiſitatum. Tam mendax.non erit mendax : ſed exiſtimatur.

Pharſaliæ liber nonus.

Io.Sulpitii Verulaui in Lucani
Nonum interpretatio.

T non in pharia:pom . animam quæ terra condi non potuit in campos elyſios qui ſub lunæ regione ſunt euolaſſe & contemptis terris atq; humana miſeria in bruti catoniſq; pectoribus requieuiſſe inquit: Manes:pom. anima. Pharia fauilla : cinere ægyptiaco: Compeſcuit:continuit. Proſiluit : extra ſalutauit. Sequitur conuexa : repetit cæli concauitatem. Qua niger. elyſios campos in orbe lunari eſſe oſtendit ea qua aer eſt coniunctus ætheri . Nigrum : autem aera appellauit reſpectu fulgoris ætherei & aſtrorum. Aſtriferis axibus:hoc eſt ſphæris planetarũ uidelicet lũnæ quæ prima eſt. Patet: effunditur:
Semidei manes.ideſt anime beatorum quæ ſunt in circulo lunari. Ignea. diuina loquiturq; ſecundum platonicos qui deos & animas igneas eſſe dixerunt & Virg.igneus eſt illis uigor & cæleſtis origo ſenibus. Patientes. ibi enim purgant̃. Imi:lunaris qui eſt in ſeptẽ infimus omniũ. In orbes. in ſphæras & circulos a quibus deſcendit . nã anima in ſupræmo cælo orta per ſeptẽ orbes in terras demittit̃. Nõ illuc.nõ dites ſed ſapiẽtes & optimi il-

Io.Sulpitii Argumentum
in Lucani Liberum Nonum

Pirit⁹in nono magni petit æthera: pugnæ
Reliquiaſq; cato libyæ tranſportat in oras
Et cum pompeius: magnum cornelia luget
Quẽ cato cõmẽdãs cilices caſtigat: & inde
Per ſyrtes agit̃ : libycas quoq; calcat arenas
Hãmonẽq; tuens ſerpentũ ſenta peragrat:
Dux & ab æmathia troianã uectus in urbẽ
It pharõ & generi lachrimãſ pia cõſpicit ora

M.Annei Lucani pharſaliæ Liber Nonus.

T non in pharia manes iacuere fauilla
Nec cinis exiguus tantam conpeſcuit umbram
Proſiluit buſto ſẽiuſtaq; mẽbra relinquens
Degenerẽq; rogũ ſequit̃ conuexa tonantis
Qua niger aſtriferis connectit̃ axibus aer



Quaq; patet terras inter lunæq; meatus.
Semidei martes habitãt quos ignea uirtus
Innocuos uita paciẽtes ætheris imi.
Fecit: & æternos animã collegit in orbes:
Nõ illuc auro poſiti:nec ture ſepulti
Perueniũt:illic poſtq̃ ſe lumine uero
Impleuit:ſtellaſq; uagas miratur & aſtra:
Fixa polis:uidit quãta ſub nocte iaceret
Noſtra dies:riſitq; ſui ludibria trunci.
Hic ſup æmathiæ cãpos & ſigna cruẽ:i
Cæſaris:ac ſparſas uolitauit i æquore claſſes
Et ſcelerũ uindex in ſancto pectore bruti
Sedit: & inuicti põſuit ſe mente catonis
Ille ubi pẽdebãt caſus:dubiũq; manebat
Quẽ dominũ mũdi facerent ciuilia bella.
Oderat & magnũ:q̃uis comes eſſet in arma

lucadmittunt̃ ſocratẽ enim dixiſſe ci.tradit : animos hominũ eſſe diuinos iiſq; quũ e corpore exceſſiſſent reditũ in cælũ patere optimo & iuſtiſſimo cuiq; expeditiſſimũ. Poſiti:ſepulti. Vero:clariſſimo nã hoc noſtrũ illi collatũ eſt tenebroſũ.
Impleuit:põ. Stellas ua .præter ſolẽ & lunã quinq; planetas errantes. Aſtra:ſigna ipſa quæ nõ errant ſed cũ ſtellato cælo uertunt̃ : ut ſunt quæ in Zodiaco & extra ipſũ ſunt. Nocte:tenebris : Noſtra dies: lux & uita humana: Ludibria . irriſionẽ & comtemptũ. Volitauit:uolando quaſi adiit nã per cœlũ uolans hæc deſpectabat. Claſſes :de quibus ſupra mille meæ graio uoluũt̃ in æquore claſſes. Scelerũ uindex: uindicaturus cladẽ belli ciuilis . Sedit : quieuit contemplans . Bruti : qui erat cæ.confecturus. Inuicti:liberimi animi. Ille ubi: cato inquit cũ eſſet uiuo põ. uictorẽ odio habiturus illo iã mortuo põ.euaſit & reliquias pharſalicæ colligens nõ pro ſe ſed pro libertate pugnauit plutarchus catonẽ præfectũ cohortiũ.xv.audita clade pharſalica ea mente corcyrã ubi naues erant dela tus iu ſi põ.periiſſet omneſ in italiã reducret ipſeq;

ſolus tyrannidẽ fugeret:ſi euaſiſſet copias illi conſeruare:cũ ci.pernegnanti tradere copias nõ potuſſet põ.
quẽ in ægyptũ aut libyã perueniſſe arbitrabat̃ cũ copiis omnibus nauigans ſexto occurrit a quo accepta
morte põ.principatũ petiuit:& a cyreneis receptus eſt cũ paucis ante diebus labienũ excluſiſſent. Vbi.quã
do. Quẽ:an cæ.an põ. Oderat magnũ: quia poterat euadere dominus.
T nõ in pharia manes iacuere fauilla. Hic continet̃ primũ quidẽ deificatio animæ põ. deinde ca
onis deliberatio cũ militibus:quos cũ uniuerſa ſecũ tenebat:cui cũ Gn.põ.præfectus erat:nã cũ mi
lites ad libertatẽ incitaſſet perſuaſit eis:ut ſe pararent ad regẽ iubã tranſire : ibi enim ſpẽ aliquã ſo
re:ut regis huius auxilio remp.recuperarent:& per quos labores quæ ue pericula iter faciens profectus fue
rit Lucanus deſcribit:primũ igit̃: ideſt deificationẽ loquit̃ põ.quomodo anima eius ad
comparẽ ſtellã redierit & deificata ſu corporis ludibria contempſerit: At:aduerſat̃ his quæ ſupradicta. ui
delicet in anguſto ac ſordido ſepulchro coercitos fuiſſe cineres põ. ſed e diuerſo anima in cæleſtẽ regio
nẽ ſublimis delara eſt. Tantã umbrã: ideſt tantæ magnitudinis & excellentiæ. Proſiluit : procul a buſto
exiluit in aerã regionẽ. Semiuſtaq; membra:quia nec tantũ quidẽ lignorũ:& fomenti habuit codrus: ut
plene corpus põ.creare poſſet. Degenerẽ:ſordidũ. Sequit̃ conuexa tonantis : reuertit̃ ad comparẽ ſtel
lã & ad cæleſte domiciliũ. Niger aer.ideſt inferior qui contiguus eſt planetis. Connectit̃:contiguus eſt:
uidelicet iuxta lunam. Aſtriferis axibus.in aeream regionem. quæ eſt inter terram & lunam : nam luna
eſt inferior planetarum omnium:ſic .n. ſe habẽt plãetæ. ſaturn⁹.iuppiter.mars.ſol.uen⁹.mercurius:& luna
axes enim planetarum globos appellauit:nam in uno quoq; planetarum intelligi poteſt axis( ſunt enim
ſphærici ) quem alio nomine græci polum appellant . Quodq; patet inter terras : nam luna inferior eſt
planetarum omnium apud quam inferiorem aeris regionem ſemidei habitant. quos græci heroas uo
cant. ideſt in aere quia genere & uirtutibus digni aere.ideſt cœlo habeantur . Quos ignea ideſt
uirtus:ſecundum platonicos dixit qui animam dicebant eſſe ignem & deum ipſum
ſenſibilem igbem eſſe diffinierunt. Innocuos qui innocenter per omne uitæ ſuæ tempus uixerunt . Ae
therisimi:inferioris reſpectu cæleſtis.nam ignis æthereus eſt omnibus ſuperior elementis:nunc autem di
cit no poſſe quidem animam ad ſummam ætherem aſcendere : ſed in medio terrarum ac lunæ ſuum do
micilium habere.. In orbes.ideſt circulos. Collegit : ideo dixit quia quas uirtutes amiſerat dum per pla
netas uel planetarum regiones deſcendit:eas nunc recuperando colligit in unum ſic enim platonici dice
bant per planetas animas deſcendere & ab his uirtutem quandam contraere:ut a ſaturno pigritiam:a mar
te iracundiam a Venere libidinem. & ſic de cæteris .de quibus uide macrobium. Non illic auro poſiti :ad
comparem ſtellam inquit redeunt umbræ tantummodo eorum:qui cum uirtute uixerunt: non autem di
uites ſepulchro decorati.ſecundum platonicos . nam tres fuerunt opiniones philoſophorum deformes
nam anaxagoras dicebat formas eſſe inter materiam actu ſed animas latere a nobis & inſenſibiles eſſe:un
de ideu eſſe dicebant unum & in omne eſſe uidelicet forma cum materia & materiam cum forma ariſto
teles qui uiſus eſt melius ſentire dicebat quidem formas eſſe intra materiam ſed potentia non actu : dein
de ab extrinxeco a gente de potentia in actum deferri . plato & platonici dicebant fortunas eſſe extra ma
teriam in corporibus cæleſtibus ſeparatis quorum qualitas ſub quaque ſtella naſceretur : corporibus de
inde imprimi ab intrinſeco datore uidelicet deo . qui formarum dator eſſe dicitur . & cum e corpore ad
ſtellam comparem redirent ſub qua nati ſunt . Illuc , ad eam ſedẽ. Ture . ideſt aromatorum odoribus.
Poſtquam ſe : nunc dicit quomodo pompeius poſtquam ad regionẽ illam ubi heroes habitabant

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

per uenit loca illa circunſpicere cœpit.& admiratione quadā perfuxus:reſpexit ad terras:& locū ubi qua ſi
ludibriū quodā corpus ſuū iacebat. Impleuit lumine uero. ideſt reuerſus eſt in comparē ſtellā cuius qua
litatē & ſplendorē concepit. Stellaſq; uagas:ideſt errantes:ſcilicet planetas:unde planetæ dicti.ſunt
ideſt erro. Aſtra fixa polis: dicit nō ſolū errantes ſtellas miratū fuiſſe: ſed etiā aliquas ſtellas fi
xas polus. Sidus enim a ſidio quod eſt ſedeo dicit̃:ideo nō recipit.y.nonnulli uolunt:ut dicat̃. & proba
bilius ideſt ab aliqua:quia ſydera humoribus nutriunt̃ quod plinius innuit: ideo habet
.y. Noſtra dies:quia ad aereæ comparationē lux terrarū tenebræ potius dici debent: Ludibria trunci:cū
uideret truncū corpus ſui.ita dilacerari:primo quidē fluctibuſ maris. deinde ſemiuſtū cōdi ſepulchro qua
ſi riſū continere nō potuit. Hic ſuper poſt: hac umbra pō. uenit in theſſaliā & ſpeculatus eſt quid tibi face
ret cæ.deinde ad claſē ſuā uenit quæ adhuc intacta erat:cui.Gn.pō. cū catone præfuerat. Sparſas in æquo
re: quia adhuc omne mare erat pō. Et ſcelerū uindex: tandē conſiſtit in pectore bruti & ei infudit quo
modo cæ.interficeret:& ammiſſā libertatē recuperaret. Vindex: qui ſemper tyrannos perſecutus eſt. In
uicti catonis:in quē nulla ægritudo animi caderet:nō ſpes:nō metus:nō gaudiū .nō dolor. & qui nullis
uincebat̃ paſſionibus. Ille ubi pendebant: oſtendit quod nulla animi perturbatione moreret̃ cato: nā
etiā pō.ipſū quoad uixit odio habebat metuebat enim ne ipſe uincens libertatē cū repu. occuperet. Pen
bat caſus:quorū inclinare uictoria. Dominū:uictorē. Oderat: quare ergo ſecutus fuerat pō. cato ſi ode
rat.quia boni omnes ſequebant̃ pom.

Auſpiciis raptus patriæ:ductuq; ſenatus:
At poſt theſſalicas clades iā pectore toto,
Pōpeianus erat:patriā tutore carentē
Excepit:populi trepidātia mēbra refouit,
Ignauis manibus ꝓiectos reddidit enſes
Nec regnū cupiens geſſit ciuilia bella
Nec ſeruire timēs:nil cauſa fecit in armis
Ille ſui:totæ poſt magni funera partes
Libertatis erāt quas ne ꝑ littora fuſas,
Colligeret rapido uictoria cæſaris actu
Corcyre ſecreta petit:ac mille carinis
Abſtulit æmathiæ ſecū fragmēta ruinæ:
Q uis ratibus tantis fugiētia crederet ire,
Agmina qs pelagus uictas arctaſſe carinas:
Dorida tūc maleā & aptā tenaron umbris,
Inde cythera petit boreaq; urgēte carinas.

¶SVLPI. Auſpicii raptus patriæ:tractus aucto
ritate & tutella. Ductu:duce ſenatu. Pompeianus
pō.amator & cultor. Excepit:fouendā ſuſcepit.
Carentē tutore: ſic dixit quaſi iā orbatā parente
pō. Membra: ſparſas reliquias. Ignauis: uictis,
Totæ partes: omnes pō. Rapido actu: propera
impulſione & perſecutione. actus enim impulſio
nē ſignificat & agere ante ſe pellere & perſequi. ut
auctor eſt feſtus. Ouidius in faſtis.pars quia nō ue
niant pecudes: ſed agant̃ ab actu nomē agonalē
credit habere diē. Corcyre ſecreta:inſulæ ſemotæ
portū cū eiuſdē nominis oppido quæ pheacia etiā
dicta eſt.diximus de ea ſupra.hiſtoria autē ita ſe ha
bet ex appiano cū quo poetæ & plutarcho nō con
uenit. Iutius igit̃ ſcipio pō. ſocer cæteriq; quicūq;
illuſtriores a pharſalica pugna perfugerant ad ca
tonē corcyrā uerſus abiere qui ad alterius exercitus
curā trecentarū triremiū cuſtodiā præter relictus
fuerat. Itaq; quicūq; ex ipſis clariores extitere pom,
copias claſſeq; inter ſe partiti ſunt.caſſius in pon
tū ad pharnacē profectus eſt ut in cæ.illū excitaret.
ſcipio & cato in libyā enauigarunt Vari fiducia &
exercitus qui cū illo aſſeruabat̃.Iuba numidarū re
ge pariter cū illis ad bellū conſpirante pom. autē
primogenitus pom.filius leuinuſq; cum eo copiarum partem deducentes in iberiam ſunt profecti. Petit
non ſyncope eſt ſed ecthaſis. Mille,hyperbole ideſt trecentis. Fragmenta:ſuperſtites reliquias. Fugien
tia cum præ numeroſa multitudine uiderentur eſſe uictritia. Victas.quæ uictorum erant: Arctaſſe.angu
ſtaſſe quia magnam eius partem occupabant. Maleam:promontorium laconiæ quam dorida appellata
doribus ideſt laconibus qui circa eam in peloponenſo ſunt ſupra eam tuta nauigatio erat: uentis aduerſis
flantibus:unde natum prouerbium quum ad maleam deflexeris domeſticos obliuiſcere. Tenarum. pro
montorium laconiæ in quo eſt antrum quo itur ad inferos.quaq; cerberum hercules ad ſuperos extulit.
Apertam urbis: qua umbræ eunt & redeunt. Cytheram: inſulam non longe a malea quæ antea porphy
ris appellata & a qua uenus cythera dicta eſt.
¶OMNIBO. Auſpiciis raptus patriæ:ſed poſt mortem pom. ideo factus erat pom.cato: q; hæ partes
tantum ſupererant in quibus ſpes libertatis poſita eſſet. Refouit. recreauit. Ttrepidantia morte pom. &
milites ſpectabant:ut quo ſe fortuna inclinaret:eo ſe conferrent ſed cato retinuit:& animos illorum trepi
dantes recreauit: & cum iam arma deponerent ipſos adhortatus eſt: cauſa libertatis recipiendæ. Ignauis
ma.pro manibus ignauorum. Nec regnum cupiens:non.n.ſeruire metuebāt:quid ergo eum adducebat
ad libertatem tuendam: ſi non metuebat:non metuebat ſeruitutem quia paratuſ erat mori.metuebat au
tem aliis non ſibi. Totæ partes: ſpectabat :n. ad libertatem cato:non ad libidinem dominandi. Ne per
littora: dicit quid fecerit cato metuens cato celeritatem cæ, qui uictoria uti ſciebat. collegit claſſem om
nem & in portum corcyræ ſubduxit.ut ita tua eſſet: Per littora .i. diuerſa maria. Rapido actu: perſecu
tione celeri:nam agere perſequi eſt:ut quos illi bello profugos egere ſuperbo.Virgi. Mille carinis:adhuc
magnæ fuerant per uires partium pompeianoꝝ: unde pro re magna ac admiranda legitur q; mille carinis



Aſiā græci inuaſerint cū ad excidiū troiæ nauigarent. Fragmenta:reliquias. Quis ratibus:quis crederet
mille carinas intactas.q.d.nemo nā mille carinæ tantas uires habere poterant ut nō fugerent: ſed uniuer
ſo orbi terrarū bellū inferrent. Tantis:ex quo cognoſci poteſt quantæ fuerint opes po. Arctaſſe pelagus
ut mare redderet̃ anguſtū. Dorida tunc maleā: proſequit̃ deſcribere curſū quē cato tenuerit dū ſtudet re
liquias militū pō. ſeruare: ſi quā rationē inire poſſet recuperandæ libertatis. Dorida manleā, ideſt ioniū
mare nauigat:quod principiū ſumit a malea promontorio circa quod ægeū mare terminat̃:& totā mun
dat ioniā a malea uſq; ad fines tenari.quæ dicit̃ animabus deſcenſus ad inferos eſſe: habet autē ab oriente
creticū mare a meridie africū ab occidente tyrenū: & circa hæc maria catonē nauigaſſe dicit. Dorida ma
leā.ideſt laconicā: nā circa eā ſunt dores populi laconiæ(ut refert Strabo) malea eſt poſt urbē boiā cū ad
maleā nauigat̃ amachus occurrit urbs. inde aſiæ atq; cythiū ſpartanorū nauale nobile intra .ccxl. Stadia
habet ſtationē manu effoſſā: fuit nō tuta nauigatio ſupra maleā propter aduerſos uentorū flatus: inde eſt
natū uulgo prouerbiū cū ad maleā deflexeris domeſticos obliuiſcere. Apertā tænarō:laconiæ montē in
quo deſceſſus ad inferos eſſe dicit̃ &(ut inquit Strabo)in ipſo laconici littoris in flexu tænarus ripa erecta
eſt:ſacrū neptuni ædē conſtructā continens in luco propinquaq; ſpelunca.per quā cerberū ab inferis ſupe
rius reductū ab hercule fabulæ canunt. Cythera:cythera inſula de qua nunc loquit̃ luca.commodis inſtru
cta portubus eiuſdē nominis urbe quā euricles lacedæmoniorū auctā in peculiaris iuris poſſeſſionē uēdi
cauit.nō procul eſt a malea teſte Strabone libro octauo in ea uēus culta fuit:& cytherea appellata. Borea
urgente:quia habet ab oriente crethicū mare a meridie aphricū ab oriente tyrrhenum.

Creta fugit:dictea legit cedētibus undis.
Littora:tūc auſum claſſi præcludere portus
Impulit:ac ſæuas meritū phycūta rapinas.
Sparſit: & hic placidis alto delabitur auris
In littus palynure tuū:neq;.n.æquore tantū.
Auſonio monumēta tenes:portuſq; qetos
Teſtat̃ libyæ phrygio placuiſſe magiſtro.
Tū procul ex alto tendētes uela carinæ
Ancipitis tenuere animos:ſocios ne maloꝝ
An ueherēt hoſtes:ꝓceps facit oē timendū.
Victor: & in nulla nō creditur eſſe carina.
Aſt illæ puppes luctus plāctuſq; ferebāt
Et mala uel duri lachrymas motura catonis.
Nā poſtq̄ fruſtra ꝓcibus cornelia nautas.
Priuigniq; fugā tenuit:ne forte repulſus
Littorib9 phariis remearet i æquora truncus.
Oſtenditq; rogū nō iuſti flāma ſepulchri.
Ergo indigna fui dixit fortuna marito.

¶SVLPI. Creta: inſula in ægeo centū urbibus
clara fama. Fugit:præter nauigātibus terrā nō na
uis ſed terra quū ad eū reſpiciunt moueri uidet̃. Le
git: nauigando præterit. Dictæa:dictæus cretæ
mons eſt auctore plinio. Præcludere portus claſſi:
nō recipere claſſē ſed propellere: Impulit: expu
gnauit populū urbē uero diripuit & euertit: Phy
cunta: phycus oppidū cū promontorio humili
quod contra tænarū lachoniæ iacet duorū milliū
& octingentorū ſtadiorū tranſitu.& ut inquit plini
us per chreticū mare excurrit diſtant.cccl.m.p.tena
ro promontorio a creta uero ipſa .cxxv. milibus.
Palynure:palynurus portus eſt in aphrica ut & in
calabria promontoriū, dictū a palynuro nauis.
æneæ magiſtro. Aequore auſonio monumenta
tenes: hoc eſt in calabria ad uelā eſt argumentū
nominis tui ſed in libya. Tū procul: inde proſpi
ciens naues quibus cornelia cū ſexto pō uehebant̃
timuit ne cæ.eſſent. Animos.catonis & reliquorū
Præceps: & celer ſubitus. In nulla nō: hoc eſt in
omni. Vel catonis duri: etiā conſtantis catonis ſe
ueriatiſq; ſtoicæ qui nō turbaret̃ & lachrymaret.
Fruſtra tenuit: quia nihil pō. profuit. Priuignis
ſexti pō. Repulſus: a flectu redeunte. Remearet:
referet̃ in mare oſtenditq; rogo:& ubi ex flamma
indignā pō.pyrā aſpexit. Ergo indigna: ſe inofficioſā: & miſerandū funeris mariti conquerens ſextū &
alios ad bella irritat & dolori ſolo mori conſtituit.
¶OMNIBO. Creta fugit:nā diſcedentibus a littore littus fugere uidet̃. Vrgente: impellente. Legit.
tranſit. Dictæa:cretenſia: nā dicte mons eſt cretæ. Tunc. ſcilicet com ad phycuntē perueniſſet quæ ciui
tas eſt in ipſo:hi portus catoni clauſere: iratus cato expugnauit oppidū: & militibus diripiendū tradidit
aphrica auctore Solino in duas prominentias extendit̃:quorū alterū promontoriū candidū dicit̃ alterū
quæ eſt in cyrenaica regione phycuntē uocant: ea per ſinū creticū oppoſita cretæ inſulæ contra tenarō ex
currit. Impulit:ideſt euertit. Rapinas: ideſt meritā diripi claudendo portas catoni. Sparſit: diripuit.
Et hinc: uenit deinde in aphricā ad palinurū portū a palinuri troiani gubernatoris nomine appellatū:
quū tempeſtate illuc delatus fuiſſet: eſt etiā palinurus promontoriū calabriæ nō procul a uelia notus uel
carmine. Virgiliano.ſed Strabo.& ptolemæus palinurū africæ portū uocant.eſt autē inter duos alios por
tus phuhiā & batrachū:cui nō procul abeſt promontoriū ardanaxe: de quo tamē loco amplius quærendū
arbitror. Magiſtro:gubernatori palinuro. Libye:caſus nominatiui eſt. Portus quæ: ideſt portū pali
nuri in africa tranquillū. Cū pro. cū ibi eſſet uidere naues procul uenientes. & primo quidē timuere ne
eſſent naues cæſaris: ſed erant naues quibus cornelia cū ſexto pom.& aliis pom.comitibus. Tendentes
uela inflate uentis. Socios pom. Præceps omne timendū. ideſt tanta erat celeritas cæſaris in conficien
dis rebus:ut ibiq; timeretur. Et in ulla non.ideſt creditur in una quaq; naue eſſe. Luctus: de morte pom
pei. Vel. etiam. Duri catonis. auſteri & fortis fuit enim ſtoicus cato uticenſis: quanuis eſſet du

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

rus tamē contineri,nō potuit quin & ipſe ſolueret in lachrymas. Tenuit: ideſt retinere tentauit. Priui gnꝰ,ſcilicet ſexti pō.qui filius fuerat æmiliæ quā pō.ante corneliā in uxorē duxit. Rogū: ubi tunc combu rebatur pō. Flamma.per quā intelligebat locū eſſe ubi corpus pō. cremaret. Indigna fui: nec merui accen dere rogū pō.qui adeo exiguus erat ut nō plene corpus combureret.

❡SVLPI. Accendiſſe:ut moris eſt auerſo uultu Effuſa: extenſa completendo ipſos. Laceros: quos laceraſſē mihi mos enim erat crinū euulſū in funere in rogo cumburere. Componere: apte collocare. Diſpeſi:truncati nō integri. Fletus: lachrymas. Veſtes:meā ſinū. Sparſura:ſparſim con ditura. Quicquid:cineres & oſſa. Fueris:exequia rū nā nō pompa aderat nō familia nō tibia nō ſan dapila nō laudatio nō præfica. Officiū:ſepeliendi Graue manibus: ingratū & moleſtū umbræ tuæ O bene nudi: quaſi dicat o feliciores quod inſe pulti fuiſtis pō. enim uſtus eſt maiore deorū odio. Craſſorū: patris & filii. Inuidia: odio. Coniugi bus:ut craſſo filio & pō. Plenas: cinere & oſſibus. Quid porro: ſeipſā uana optantē arguit: cū nō ſit opus ei aut cineribus aut monumento:nā ſēper ei adeſt memoria & imago pō. Porro: uero. Inſtrumenta: quæ te excitent & irritent. Victura ſuperſtes. hoc eſt aliqua diu uictoria poſt uiri mortē nā ego dolore moriar breui. Maligna: nō clara. Aliquid tui:aliquā partē de te. Reſcedit:ceſſauit extincta eſt. Ferrens pō.in quē pō.corpus reſolui tur oriente iā ſole. Et inuiſi tendunt in carbaſa uenti:& ego inuita a uentis odioſis auferor. Ventū eſſe dicunt philoſophi aeris undā. Inuiſi: quia diutius ſpectare uellē. Tendunt:implent. Virgili. tendunt uela noti: Nō mihi: nihil eſſe ei gratius ægypto & cineribus pō. fatetur. Siqua: ut pontus aphrica ſicilia hiſpania. Terens:qui triuit in trium pho. Elapſus felix.iā oblita ſū pō. felicē cupio infelicē: qui continetur ægypto quā nō incuſo: ſed quia pō.tenet eſt mihi gratior. Herere: coniunctā me eſſe. Commendat: chariores. Facit. Linque re ſiqua fides:acclamatio eſt.

❡OMNIBO. Componere: in unū colligere. Pelago:per pelagus. Et. ſcilicet fui indigna: In templis ſparſura:quia poſtea cineres pō.in templis deū condidiſſē. ſi id mihi facere licuiſſet. Ardet honore rogus: quia nemo eſt qui decoret ſepulchrū pō. Manꝰ hæc ægyptia:fortaſſe: ægyptiꝰ ē:qui meruit cremare pō.corpus:quod officiū ingratū eſt

Accēdiſſe rogū gelidoſq; effuſa per artus:
Incubuiſſe uiro:laceros exurere crines
Mēbraq; diſpſi pelago cōponere magni:
Vulneribꝰ cūctis largos infundere fletus.
Oſſibus & tepida ueſtes iplere fauilla
Quicqd ab extincto licuiſſet tollere buſto,
In tēplis ſparſura deū:ſine funeris ullo
Ardet honore rogꝰ manꝰ hoc ægyptia forſā
Obtulit officiū graue māibus o bene nudi,
Craſſorū cineres pōpeio cōtigit ignis,
Inuidia maiore deū ſimilis ne malorꝫ.
Sors mihi ſemp erit nūq̄ dare buſta licebit
Cōiugibꝰ nūquā plēas plāgemus ad urnas.
Quid porro tumulis opus ē aut ulla reqris
Inſtrumēta dolor nō toto in pectore portas
Impia pōpeiū nō imis hæret imago.
Viſceribꝰ quærat cineres uictura ſupſtes.
Nūc tamē hic lōge q fulget luce maligna.
Ignis adhuc aliqd phario de litore ſurgens,
Oſtēdit mihi magne tui iā flāma reſedit
Pōpeiūq; ferēs uaneſcit ſolis ad ortus
Fumus & inuiſi tēdūt mihi carbaſa uenti.
Nō mihi nūc tellus pōpeio ſi qua triūphos:
Vita dedit nō alta terēs capitolia currus:
Gratior elapſus fœlix de pectore magnus.
Hūc uolumus quē nilus hēt terræq; ne cēti
Nō hærere quæror crimē cōmendat arenas
Linquere ſi qua fides peluſia littora nolo.

pō.ut ab hoſtili manu cremetur. O bene nudi craſſorū cineres.dicit nunc ſatius eſſe:ut pō.inhumatus iace ret:quemadmodū craſſi:quā hoſtili manu cremari. Craſſos: quos occiſos cū exercitu deleto rex partho rū arſacides iuſſit inhumatos iacere. Inuidia maiore deū: ex hoc quod tā ſordido ſepulchro conditus eſt pō.cognoſcit ipſū diis inuiſū fuiſſe. Inuidia:odio. Similis ne malorū ſors eadē ne me ſemper fortuna ſe quatur. ut ſemper ſim a ſepulchro meorū uirorū remota:ne mortē ipſorū lugeā. Nunquā dare buſta: nun quid mihi licebit intereſſe exequiis uirorū meorū. Nunquā plangemus ad urnas: ſed procul a cineribus uirorū remota ſemper ipſorū mortē lugeā. Quid porro tumulis: quaſi ſe ipſā repræhendens: dicit quid opus eſt ſepulchro: nunquid nō ſemper mihi obuerſatur imago pō.ut abſentē etiā quaſi præſentē comple ctar: Porro:certe. Inſtrumenta: adminicula lachrymarū: pietas eorū quos diligimus eſt q̄ſi adminiculū doloris. Hæret imago:ut mihi ante oculos poſita ſit. Victura:illa quæ uictoria eſt quærat cineres uiri ſui ego autē nō ſū ſuperſtes futura. Nunc tamē hic longe:proſequitur complorationē corneliæ: quod cogeretur a nauis deſerere locos ubi pō.reliquiæ poſitæ fuerant. Qui fulget.ignis inquit lucens in littore nili oſten dit mihi aliquā partē tui eſſe o pō.quo fit ut inuita diſcedā. Oſtendit.noli dicere ignis nō oſtendit:immo nō longe hinc oñdit aliquid eſſe tui uel legitur nunc tū. Maligna luce.i.obſcura:quia iā extinguebatur. Flam ma reſedit.i.extincta eſt. Ferens:pro auferens pō.quia oñdit corpus pō.crematū eſſe. Vaneſcit:qa in eoā partē fumus aſcendebat. Et.ſ.quāuis ſint ueſtigia mei pō.tū diſcedere cogor. Mihi:ad dolorē meū: Nō mihi nunc tellus:iā felicitatis pō.oblita ſū:miſeriarū tātū recordor. Gratior.ſ. ægypto: uel quā hæc tellus



ubi iacent pō.reliquiæ. Terens curtus:nā triumphantes ſublimes uehebantur albis equis ad capitoliū. Felix:ſcilicet felicitas pō.penitus exceſſit. Hunc uolumus: & quia mihi hæc tellus gratior eſt quā huiuſmodi regiones:conſtitui(ſi fieri poteſt)nunquā hinc diſcedere quoad uitia ſuperſit. Si qua fides. ideſt ſi mihi creditis o nautæ. Hunc pō. Hærere.ideſt quod hic perſiſtere nequeā conqueror. Crimē commendat harenas:quia hic occiſus eſt pō.mihi commendabiliores & gratiores efficiuntur harenæ.

Tu pete bellorum caſus & ſigna per orbem
Sexte paterna moue.nāq; hæc mandata reli
Pōpeius uobis in noſtra condita cura (quit
Me quum fatalis letho damnauerit hora
Excipe o nati bellum ciuile nec unquam
Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit
Cæſaribꝰ regnare uacet.uel ſceptra uel urbes
Libertate ſua ualidas impellite fama
Nōinis. has uobis partes hæc arma relinquo
Inueniet claſſes quiſquis pōpeius in undas
Venerit & noſter nullis non gentibus heres
Bella dabit,tātū in dōitos mēoreſq; paterni
Iuris habete animos uni parere decebit
Si faciet partes pro libertate catoni.
Exolui tibi magne fidem:mandata peregi.
Inſidiæ ualuere tuæ deceptaq; uixi
Ne mihi commiſſas auferrem perfida uoces
Iā tunc te per ināe chaos.per tartara (cōiūx
Si ſunt ulla ſequar,q̄ longo tradita letho
Incertum eſt.pœnas animæ uiuacis ab ipſa
Ante ferā.potuit cernēs tua uulnera magne
Nō fugeret in mortem.plantu cōcuſſa peribit

❡SVLPI: Tu pete:ſextum ad bella reparanda ex pom.mandatis irritat. Caſus:fortuna pericula Condita:ſeruata ut eſſe curæ meæ uobis hæc aperire. Me quum.fatalis repetit pom. uerba. Fatalis hora: tempus mortis. Vacet. uacuum ſit tempus. Sceptra:reges methonymia: Impellite.concitate. Partes. officia & diuiſiones & factiones. Quiſquis pom. hoc eſt pom. filius. Venerit in undas.deſcenderit in mare. Non dabit nullis: excitabit multos. Indomitos. generoſos & liberos. Iuris paternis.libertatis & patriæ defendendæ. Si faciet partes.ſi defenſores cogeret. Exolui fidem: ſeruaui promiſſa. Inſidiæ tuæ: quod me in mari reliqueris. Vix ne mihi auferrem uoces: uiuere uolui hactenus ut hæc uobis fideliter iam uero his actis ut peream operam dabo. Chaos inane:ſpecioſas inferni tenebras. Si ſunt ulla:ex ſenecæ ſententia uidetur hoc dicere ait enim in libro de conſolatione ad martiam cogita nullum defunctum malis affici illa quæ nobis inferos faciunt terribiles fabula eſt. Quam longo tradita letho incertum eſt:ignoro mortis meæ tempus quam me diſcruciando & torquendo doloribus miſeram animam anticipabo. Ab ipſa:anima. Feram. auferam: Cernens.anima. Non fugere in mortem non ſeparari a corpore. Peribit: excutietur plangendo & lachrimando nam ad uim mihi inferendam & præcipitia nunquam deſcendam.

❡OMNIBO. Tu pete bellorum caſus:hic me deſere o ſexte quoniam hæc mihi grata loca ſunt: ubi poſitæ ſunt reliquiæ pom. Tu:quod ad te pertinet: accipe reliquias belli & uindica libertatem: id enim eſt quod mihi pater tuus dedit in mandatis. ut uos monerem.ſi forte aliquid de eo contingeret,nunquam deſineretis patriam cum libertate tueri. Signa uexilla. Condita cura.repoſita in noſtra ſolicitudine. Me cum fatalis.o cornelia dicito meis uerbis Gn. & ſexto pom.hæc uerba o nati poſt mortem meam inquit ſuccedente mihi. Cæſaribus:qui a cæ. deſcendent. Vel ſceptra:ideſt uel reges uel ciuitates uel populos qui potiuntur rerum impellite nobiſcum ut libertatem ro.recuperetis. Vel urbes libere uiuentes. Sceptra:monachiam inquit regem. Nominis: ſcilicet pom. Arma relinquo:ſcilicet tuendæ libertatis. Inueniet.claſſes.& ſuperſunt uires adhuc quibus hoc facere poſitis.uidelicet claſſis adhuc intacta. Quiſquis pom. ideſt aliquis exgente pom. Nullis non gentibus: ideſt quibuſlibet nationibus bellum inferre poterit. Tantum indomitos: uos tantummodo animos gerite dignos paterno nomine:non deerunt uobis opes:non populi quibus dignitatem ueſtram defendere poſitis. Tantum:tantummodo. Indomitos.ne ſeruire uelitis. Iuris:paternæ poteſtatis. Vni parere decebit:catoni ſi modo ipſe uoluerit partes libertatis tueri. Exolui tibi magne fidem:hæc ſunt mandata quæ mihi tradidit pō.dum uiueret:illa aperui uobis.ueſtrum igitur erit exequi uoluntatem paternam Inſidiæ ualuere tuæ:quia clam id agebas ut ante me e uita excederes. Perfida.quia niſi hæc mandata apeuiſſem filiis tuis quæ promieram a fide deſtitiſſem. Auferem .u.ſ. ſi tecum mortua eſſem. Iam nunc te per inane chaos:poſtquam tibi fidem ſeruaui nunc reliquum eſt:ut te ſequar quocunq; ſenſus tuus peruenerit. Per inane chaos:chaos ſignificat confuſionē elementorum omniū:ſic diffinitur chaos eſt inordinata indigeſta moles.& dicitur a Χεῶ:ideſt confundo:nā ante quā Deus elementa diuiſiſſet: erant omnia ſimul confuſa: & hoc chaos apud inferos eſſe dicunt:quia ibi perpetua nox eſt:& confuſio rerū omniū. Inane: ideo dixit quod ibi ſpiritus ſine corpore habitent. nā inane uacuū dicitur quod ſine corpore eſt. Tartarus locus inferior apud inferos:idē eſt quod chaos:tartarus,dicitur ideſt perturbando quod ibi omnia perturbata ſint. Si ſunt ulla dixit: ſecundum epicureos qui dicebant animā uel omnia ſimul cū corpore perire. Quā longo tradita letho: uita mihi inſtar mortis eſt:ea uero quā longa futura ſit incertum eſt:ſed ſi diuturnior fuerit pœnas ab ipſa ſumā animā uiuaci. Pœnas animæ feram: ego mihi ipſi mortē conſciſcā. Animæ uiuacis:quæ diu nimiumq; uixerit. Potui cernens: tam dura fui. ut tibi ſuperſtes eſſem.& dolore nimio non conficere cum te oculis meis occidi uiderē. Non fugere in mortem:



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ideſt tibi eſſe ſuperſtes. Planctu concuſſa peribit.quando ita uiuax fuit anima mea:ut nec dolore quidem mortis tuæ ex hoc corpore diſceſſerit.ſaltē ipſo planctu e pectore diſcedet.quia tam diu pectora plangam quod ipſam excedere cogam planctus proprie eſt percuſſio pectoris:

Effluet in lachrimas: nūq̄ ueniemus ad enſes
Aut laqueos. aut p̄cipites per inania iactus.
Turpe mori poſt te ſolo non poſſe dolore:
Sit ubi fata caput ferali obduxit amictu
Decernitq; pati tenebras: puppiſq; carinis
Delituit: ſæuumq; arcte complexa dolorem
Perfruit' lachrimis. & amat p̄ cōiuge luctum
Illam nō fluctus ſtridenſq; rudentibus eurus
Mouit: & exurgēs ad ſūma pericula clamor
Votaq; ſolicitis faciens contraria nautis:
Compoſita in mortem iacuit fauitq; p̄cellis.
Prima ratem cypros ſpūantibꝰ accipit undis
Inde tenenſ pelagus ſed iā moderatior euruſ
In libycas egit ſedes & caſtra catonis
Triſtis ut in multo mens eſt præſaga timore
Aſpexit patrios comites a littore magnus
Et fratrem: medias p̄ceps tunc fert' in undas
Dic ubi ſit germane parens. ſtat ſūma caput
Orbis an occidimꝰ rōanaq; magnus ad um/
Abſtulit hæc fat' quē contra talia frater (bras
O felix quem ſors alias diſperſit in oras
Quiq; nefas audis: oculos germāe nocētes
Spectato genitore fero: non cæſaris armis
Occubuit dignoq; perit auctore ruinæ
Rege ſub impuro nilotica rura tenente
Hoſpitii fretus ſuperis & munere tanto
In proauos cecidit donati uictima regnis
Vidi ego magnāimi lacerātes pectora patris
Nec credens phariū tantū potuiſſe tyrannū
Littore niliaco ſocerum iam ſtare putaui.

¶ SVLPI. Per inania: per aerem. Turpe: dolori dedecoris ſtumulum adiicit. Obduxit: texit lugentium more qui ueſtem mutant & in publicum non prodeunt: & lucem euitant. Ferali: nigo. Arcte complexa dolorem: uehementiſſime dolens.

Perfruitur: fructum uoluptatemq; capit. Luctum ſqualorem & tenebras. Mouit: deſiſtere fecit a flutu. nam ſolet affectus recens ueterem tollere. Clamor: nauticus. Pericula: in quibus acti tempeſtate uerſabantur. Contraria. illi enim ſalutem ipſa mortem optabat. Compoſita: apte collocata. Virgi. ſic o ſic poſitum affati diſcedite corpus. Fauit: adhortata eſt & laudauit. Prima ratem: ex ægypto primum in cyprum uenere. Tenens pelagus: flare non deſinens & mare propellens. Moderatior: remiſſior. Caſtra catonis: quæ erant ad palinurum. Magnus. Gn. pompeii filius qui cum catone erat. Fratrem: ſextum. Fertur præceps: celer naui occurit. Stat ſumma: uiuit ne ille in quem reducitur totus orbis. Romana: res romanas imperiū & libertatē. Quē ſors diſperſit: qui neq; iter fuiſti neq; uidiſti q̄ nos. Audis: & nō uidiſti ut ego.

Perit: ſyncope. Impuro: inceſto. Hoſpitii fretus ſuperis: fidens diis hoſpitalibus & beneficentia quam in reges ægyptios contulit. Cecidit uictima: mactatus eſt uelut uictima pro regno quod donauerat ptolomæo. Socerum: cæſarem.

¶ OMNIBO. Effluet: reſoluetur in lachrimas. Nunquam ueniemus ad enſes: quibus iugulum aperiamus non ad laqueos non ad præcipitia ueniemus: ſed ipſo dolore peribimus. Turpe: eſt enim uxori quæ uirum ſuum amet: non poſtea ipſo dolore perire. Obduxit caput: ordo eſt illa delituit ubi obduxit caput. Obduxit: circundedit texit. Ferali: nigro & atro amictu. ſicut lugentes ſolent. Pati tene. ideſt nunquam prodire in lucem. Complexa dolorem: quia quantum dolorem poterat animo complectebatur ut cito moreretur. Perfruitur la. ideſt fructum quendam capit ex lachrymis. Illum non fluctus: cum ſe cornelia in profundam partem nauis recepiſſet: & ibi operto capite obſtinato animo mori ſtatuiſſet: nec clamoribus nautarum mouebatur: nec procellis aut tempeſtate maris: quin etiam optabat naufragium. Fluctus perturbatio: & inundatio maris. Rudentibus .i. propter rudentes ſunt.n. funes quibꝰ uela tendunt. Clamor. ſ. remigum. Pericula: quia inſtante periculo & procellis armamenta nauium proiiciebant. Votaq; ſollicitis. ſ. periculo inſtante: nautæ uotum faciebant. ut incolumes in portum uenirent: Cornelia uero ut naufragio periret. Compoſita. conſtructa. Fauitq; pro. i. gratas habuit procellas. Prima ratem Cypros: primum inquit nauis qua uehebatur Cornelia cū ſexto & comitibus peruenit Cypron: unde curſus in libiam: tandem peruenit ubi erat Cato cum altero pompeii filio primo genito. Cypros: nominatiuus eſt græcus hæc Cyprus Cypri. Tenens pelagus .i. eurus in pelago regnans: nam eurus orientalis: eſt qui idoneus eſt de Cypro nauigantibus in libyam: Moderatior: quia non nimis uehæmens ſpirabat. In libycas ſedes: ibi. n. Cato præerat claſſi cum Gn. pompeio: Triſtis ut in uultu mens: & cum de littore proſpiceret Gn. pompeius & comites patris de puppe cognouiſſet: iam tunc mens mali præſaga nil boni diuinabat: ſed aliquid mali afferri quemadmodum fit a magno timor. Præceps: ſine ulla conſideratione fertur cupidus ſcire quid. nam de patre eſſet. Dic ubi ſit uerba Gn. pompeii ad ſextum. Stat: uiuit ne an una cum illo periuimus. Romana: res romanæ cum eo perierunt ſi ipſe perit. O felix: nunc magna cum miſeratione fratri reſpondet Sextus Pōpeius. O felix. ſ. es. o Gn. comparatione mei: quia tibi audire contingit quod patri noſtro accidit. ego autem peiori conditione ſum. quod non audiui: ſed meis ipſe oculis uidi. Oculos nocentes: uidendo patrem occidi. Non cæſaris armis: ad indignitatem & mo



leſtiā hoc quoq; acceſſit: quod occiſus eſt iuſſu indigni hominis. nā ſi iuſſu cæ. interfectus eſſet. hoc nobis æquiori animo ferendū eſſet. Dignoq; perit auctore ruinæ. nā confiſus eſt regi ptolemæo cuius pater aliquando in regnū redditus fuerat auctore pō. patre noſtro. & ipſius iuſſu occiſus eſt. Impuro. impio & nocenti rege. Hoſpitiis ſuperis: poteſt eſſe dialyſis: ideſt diſtinctio uel ſuperis. ideſt hoſpitalibus diis fretus: uel ſuperis pro ſupernis hoſpitiis ideſt ſuperioris temporis: quia hoſpitio pō. uſus eſt cū pater ptolemæi in regnum reſtitutus eſt pō. iuuante quo tempore ro. uenit pulſus a ciuibus. ut a ſenatu populoq; ro. in regnū reſtitueret' nunc a ptolemæo eius filio: tanquā uictima occiſus eſt. Munere tanto. quia auctore pō. reſtitutus eſt in regnū. Donati regni. nā milites ſuos Gabinio conceſſerat pō. quibus ille reſtitutus eſt in regnū. Magnanimi patris: quia fortiter & libenti animo mortuus eſt.

Sed me nec ſanguis nec tantum uulnera nr̄i
Affecere ſenis. quantum geſtata per urbem
Ora ducis. quæ tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus. hæc fama eſt oculis uictoriſ iniqui
Seruari: ſceleriſq; fidem quæſiſſe tyrannū:
Nā corpus phariæ ne cāes auidæq; uolucres
Diſtulerit. an furtiuus quem uidimus ignis
Soluerit ignoro. quæcunq; iniuria fati
Abſtulit hos artꝰ: ſuperis hæc crimina dono
Seruata de parte queror: cum talia magnus
Audiſſet: non in gemitus lachrimaſq; dolorē
Effudit: iuſtaq; furens pietate profatur:
Præcipitate rates e ſicco littoræ nautæ
Claſſis in aduerſos erumpat remige uentos
Ite duces mecum nunquam ciuilibus armis
Tanta fuit merces inhumatos cōdere māes.
Sanguine ſemiuiri magnum ſatiare tyranni
Non ego pelleas arces: adytiſq; retectum
Corpus alexandri pigra mareotide mergam
Non mhi pyramidū tumulis euulſus emaſis
Atq; alii reges nilo torrente natabunt
Oīa dēt pœnas nudo tibi mangne ſepulchra
Euoluam buſto iam numen gentibus iſim
Et ſacer in magni cineres iactabitur apis

¶ SVLPI. Ora ducis: pō. caput ueruto ſuffixū. Hæc ora. ipſa. Seruari oculis: ut uideat cæ. Fidē ſceleris: ut crederet a ſe interfectus pō. Corpꝰ: trūcū. Diſtulerit. laceratū in fruſta abſtulerit. Soluerit: incinerē uerterit. Quæcūq; iniuria fati abſtulit hoc artꝰ qualitercūq; fuerit abſūptꝰ ſic uolentibꝰ diis æquo animo fero & ipſis non imputo: & ignoſco iniuriam: ſed caput ſeruatum doleo. Non in gemitus: non gemuit & fleuit præ dolore. Effudit: emiſit & oſtendit. Iuſta. quia paterna: Præcipitate: celeriter e littore in mare deducite & remis impellite etiam uentis obſtantibus. Erumpat: exeat & eat remis impulſa. Merces: premium. Manes: corpus & animam. nam corpore ſepulto manes errare deſinunt. Satiare magnum ſanguine tyranni dare ptolemæum pom. inferias. Semiuiri. mollis & effeminati. Non ego: ita feruens minatur ſe Alexandriam euerſurum & alexandri omniumq; regnum ſepulchris dirutis cineres diſperſurum. Adytis. ex conditorio. Mareotide. palude ægypti: quam efficit nilus reſtagnans & dicitur mareta ctus. Amaſis: ægyptiorum res qui ut ait Diodrus uiolentius quam Cæteri regnauit ſepultuſq; fuit in immenſa pyramide. eius Herodotus meminit fueruntq; ante eum in ægypto reges trecenti &. xxx. Torrente. uelociter inundante. Nudo. inſepulto Euoluam. extraham. Apis. bos ſacer qui idem eſt quod oſyris.

¶ OMNIBO. Sed me nec ſanguis: ſed tametſi magno dolore confectus ſim: quod patrem occiderunt: tamen id mihi etiam multo moleſtius fuit: quod telo patris caput tranſfixum a proficiſcentibus per urbem Alexandriæ geſtatum eſt. & ſeruatum ut cæ. uictori oſtendatur. Affecere ſenis: quia ſenex ideo minus moleſtū eſt. nā etiā ſi occiſus non eſſet: tamen haud ita multo poſt moriturus erat. Per urbē alexandriā. Fidē quæſiſſe tyrannum. ut oſtenſo capite tum deniq; fidem præſter commiſſi ſceleris. Nā corpus phariæ. de reliquo corpore nunquid expoſitū ſit alitibus & feries eſca ignoro: an rogo ignis quē de liſore uidimus combuſtum ſit: Diſtulerint. dicauerint laniauerint. Furtius: clam accenſus a Codro. Solueritt: cremauerit. Quecunq; iniuria fati: hæc omnia ignoſco ſuperis q̄ uoluerint patrē meū indigno etiā funere cremari. dūmodo totum corpus uoluiſſent in aliquo ſepulchro qualecunq; illud eſſet cōdi. Crimina. q̄ indigne ſepultus fuerit. De parte: de capite. Cū talia magnus: dicit Gn. pompeiū audita cæde patris indignatū fuiſſe. & tanta ira incaluiſſe: ut nec punctū quidē temporis differre uideret': quin ſtatim armata claſſe ægyptū peteret: ut manes patris ulciſceret' ſed prohibitus eſt a catone. Magnus Gn. pō. primo genitus. Præcipitate: celeriter agite & raptim deducite naues in mare: In aduerſos uentos. i. impellite remis naues etiā contra uentum. Ite. ideſt uenite. Saciate magnū: ideſt umbram pompeii. Sanguine tyranni: ptolemæi qui in ipſos patris noſtri ſepulchro tanquā uictoria imoletur. Non ego pellæas arces: minatur ſe euerſurum pyramides & ſepulchra omnia regū quin etiā apim & reliquias deorū ægyptiorum in ſepulchro patris combuſturum eſſe. Arces pellæas alexandriæ partes Alexander condiderat: pella macedonū metropolis philipi & alexandri patria fuit: teſte Strabone: Rectum: apertum. Adytis: adytū proprie ſignificat locū arcanū quo nemini: niſi ſacerdoti ingredi licet & eſt græca dictio δύω ſignificat ingredior: a priuatiuū eſt. Mareotide: palude ægypti. Non mihi pyramidum: non ne inquit ego reuellam cineres & reliquias regnū ac deorū ægypti & influctibus nili obruā. Amaſis: maſis rex fuit ægypti ut ſcribit herodotus: qui in pyramide ſepultus fuit amiranda pli. Atq; alii reges: omniū regū ſepulchra

& cæterorū qui pyramides ſibi ſtruxerim in ægypto omnia euertentur: & pœnas mihi dabunt pro iniuria & cæde tua o pater. Nudo:inſepulto. Virgi. Nudus in ignota palinure iacebis herena. Euoluam buſto:eruam ex ſepulchro. Iam numen gentibus iſim:iſis eadem eſt quæ io.fabula quidem nota. Spargam per uulgus : ideſt uulgo diſſipabo:

Et tectum lino ſpargam per uulgus oſyrim:
Suppoſitiſq; deis urā caput : has mihi pœnas
Terra dabit:linquā uacuis cultorib⁹ agros.
Nec nilus cui creſcat erit ſoluſq; tenebis
Aegyptū genitor populis ſuperiſq; fugatis:
Dixerat: & claſſem ſæuas rapiebat in undas
Sed cato laudatam iuuenis cōpeſcuit iram,
Interea totis audito funere magni
Littoribus. ſōuit percuſſus plantibus æther
Exemploq; carens & nulli cognitus æuo
Luct⁹ erat:mortē populos deflere potentis.
Sed magis ut uiſa ē lachris exhauſta ſolutas
In uultus effuſa comas cornelia.puppe
Egrediens:rurſus geminato uerbere plāgūt
Vt primum in ſociæ peruenit littora terræ
Colegit ueſtes: miſeriq; inſigna magni
Armaq; & impſſas auro quas fecerat olim
Exuuias:pictaſq; togas:uelamina ſummo
Ter conſpecta ioui:funeſtoq; intulit igni:
Ille fuit miſere magni cinis.accipit omnis
Exemplum pietas, & toto littore buſta
Surgunt theſſalicis reddentia manibus ignē
Sic ubi depaſtis ſubmittere gramina cāpis:
Et renouare parans ibernas appulus herbas

SVLPI. Tecū lino:alluſit ad ægyptiorū habitū qui utunt̄ lineis ueſtibus. Oſyrim : qui in ſuo Aſylo ſupra Sari Iacere credit̄ q̄q̄ fabulāt̄ iſim multis in locis eū ſepeliſ̄ finxiſſe metu typhonis & uno tantū in loco ſepeliuiſſe ut tradit Strabo. Suppoſitiſq; deis : ſubmiſſis cadaueribus & ſtatuis eorū quos colunt pro deis. Caput : magni: Terra : nā quas diximus erunt ædificiorū & deorū. Vacuos cultoribus:interimā enim & deſolabo. Cui:in eius utilitatē & fertilitatē. Genitor:pō.ibi ſepultus. Rapiebat:trahere uolebat. Compeſcuit:repreſſit oratione. Plantibus: percuſſionibus deplorantiū. Exemploq; carens:nulli comparandus & nunquā factus. Nō enim ſolent populi principis uiri mortē deflere ſed illa lerati. Exhauſta : attenuata. Effuſa : effuſos habens ſynechdoche. Verbere: ictibus manuū ſociæ amicæ. Impreſſas : intextas. Pictas : ut ſunt palmatæ & triumphales. Ter : in tribus triumphis. Intulit igni : combuſſit. Funeſto:mortuo dicato. Fuit cinis:loco cineris. Pietas omnis:omniū ro.intimus quidā amor & reuerentia erga ſuos. Buſta ſurgunt: ignes in ceſpitibus eriguntur eis qui theſſalia occubuerant. Sic ubi ſic lucet apulia quando depaſtas herbas uolunt per hyemē renouare paſtores. nā calefacta terra excitatur ad pululandū. Submittere: elicere & ſubnaſci facere:Ibernas:hyemales.

OMNIBO. Tectū lino:quia oſyrim dilaniatū a typhone fratre uxor eius iſis in mantella cœpit mantella dicit̄ tela lini qua tergunt̄ manus : inde manticula diminutiuū . hinc eſt quod iſidis ſacerdotes induebant̄ lineis ueſtibus.Mar Linigeri fugiunt calui ſiſtrataq; turba. Lino: tela linea. Et ſacer apis : erat enim apis taurus: qui quotannis(alii dicūt ſingulis luſtris)egrediebat̄ e nilo & hūc immolabāt nilo flūini quo facto:ſtatim nilus omnē ægyptū inūdabat:& niſi ille taurus egrederet̄:malū erat omē. dicit ergo hūc taurū ſe immolaturū cineribus patris. erat albus frōtē & quaſdā paruas corporis partes:cætera uero niger quibus ſignis(ut refert Strabo)indicabāt qui ſit ad ſucceſſionē idōeus:alio uita functo. bos apis in ſepto quod alebat̄ & apud ægyptios pro deo habebat̄:& idē eſt apis ꝙ oſiris: Suppoſitiſq; deis.i.reliquias deorū reulſas ex ſepulchris ſuis ſubiiciā capiti patris:& una cū capite urā Has mihi pœnas ſed ꝙ ad ægyptū pertinet:ego eā omnibus diis ac populis deſolatā desertā ꝙ facere inſtituti: ut nec populi nec dii locū illū teneāt ſed tātū uacuus ſit māibus patris. Nec erit.ſ.populis aliquis. Cui:ad utilitatē cuius. Nilus creſcat:ut ægyptū fœcūdā reddat. Populis ſuperiſq; fu tigit & illud antiquū quotiēs expugnaturi eſſēt urbē aliquā antiqui ex ea deos omnes ac deas euocabāt ne iniuriā diis illis facerēt:qui in ea ciuitate colebāt̄:ſicut apud Virgi. cū Aeneas oſtēdere uellet de troia deſperatū eſſe ait.Exceſſere omnes adytis ariſq; relictis.Dii quibus imperiū hoc ſteterat. Dixerat.ſ.Gn.pō.iāq; claſſē deducebat in undas:ut ægyptū peteret ſed Cato prudēter irā iuuēis auertit. Laudatā irā:quia iuſte iraſcebat̄. Interea totis.nūc deſcribit cōplorationē quæ facta eſt in fūere pō.nā uniuerſus exercitus clāorē ſuſtulit:ut ubiq; omnia plāctu & gēitu reſōarēt. Audito fu.i.cæde pō. Exēploq; carēs: nūquā antea auditū fuit uel raro ꝙ populi potētis mortē lugerēt.nā potētes inuiſi ſolēt eſſe populis : hic adeo diligebat̄ ab omnibus:ut omnes in morte ſua gēitū lachrymaſq; dederint. Sed magis ſic.n.cū aliquis propinquior apparuerit eius qui mortuus eſt ſolēt rēouari lachrymæ . Solutas:ſparſas i uultus.ut primū in ſociū nūc dicit corneliā:poſtquā egreſſa eſt in terrā ſocialē.ſ. in Libyā ſtatim cēotaphiū præparaſſe primo : q̄ oēs q ibi aderāt ſecuti ſūt.& dignitatē eius imitati cēotaphiū ſuis quiſq; faciebat q i acie pharſalica occiſi fuerāt. Collegit ueſtes . rogū inqt extruxit:& rogo ſuperimpoſuit ueſtes pō.& oia q̄ illi cū uiueret cariora fuerāt.ſic.n.facere ſolebāt antiq:ut cū corpore mortui oia q̄ illi cara fuerāt cōburerēt.ut Virgi. purpureaſq; ſup ueſtes uel anima nota:immo equos & ſeruos una cū dōinis cōburebāt. Impreſſas exuuias : intertextas auro:& clauis aureis intextas ſignificat. Pictas:palmatas ut triūphales. Ter cōſpecta ioui: qater triūphauit & curru ſublimis uectus per urbē fuerat ad alta capitolia. Funeſto:tu.igni.i.creauit in ro



go. Ille:quia aliū cinerē habere nō potuit. Accipit omnis exemplū pietas:exemplo inquit corneliæ omnes cenotaphiū ſuis quiſq; fecit:qui cæſi fuerant in acie pharſalica.cenotaphiū dicit̄ ſepulchꝝ inane quod ſtruebant in honorē alicuius:& ſi corpus aberat nā κένον ſignificat inane & uacuū & τάφοσ ſepultura. Buſta:rogi. Manibus theſſalicis.ideſt his qui in acie pharſalica occiſi fuerant. Sic ubi depaſtis: nunc dicit per quandā ſimilitudinē quomodo ignes per omne litus apparuerint dicit.enim hoc idē facere ſolent apuli tunc renouare uoluerint herbas : nā comburunt quæcūq; in agris inueniunt : ut cinis ille fertiliorē reddat terrā quod etiā Virgi.in georgicis oſtendit.Stipulā crepitantibus urere flammis. Depaſtis : a grege. Submittere: ſubſtituere.

Igne fouet terras, ſimul & garganus & arua
Vulturis & calidi lucent buxeta matini.
Nō tāen ad magni puenit gratius umbram:
(Omne ꝙ in ſuperos audet cōuitia uulgus.
Pompeiūq; deis obiicit) quā pauca catonis
Verba,ſed a pleno uenientia pectore ueri:
Cuius obit inquit multum maioribus impar
Noſſe modū iuris,ſed in hoc tn̄ utilis æuo:
Cui non nulla fuit iuſti reuerentia: ſalua
Libertate potens . & ſolus plebe parata
Priuatus ſeruire ſibi rectorq; ſenatus
Sed regnātis erat nil belli iure popoſcit
Quæq; dari uoluit uoluit ſibi poſſe negari
Immodicas poſſedit opes ſed plura retentis
Intulit inuaſit ferrum ſed ponere norat
Prætulit arma togæ ſed pacē armat⁹ amauit
Iuuit ſumpta ducem iuuit dimiſſa poteſtas
Caſta dōus luxuq; carens corruptaq; nūquā
Fortuna dōini charū & uenerabile nomen
Gentibus & multū noſtræ ꝓproderat urbi
Olim uera fides ſylla marioq; receptis
Libertatis obit pompeio rebus adempto
Nunc & ficta perit nō iam regnare pudebit
Nec color imperii nec frons erit ulla ſenatus

SVLPI. Vulturis : mōtis in apulia iuxta garganū . Horatius Me fabuloſæ uulturæ in appulo. Buxeta: loca buxis plena.legit̄ & bucera ideſt boum paſcua: bucerus enim eſt poſſeſſiuū a boue Lucilius lanigere pecudes & equoꝝ duellica proles. Buceriq; greges.quod quidā buceriæ corruperūt. Matini: mōtis in apulia ex quo matini populi dicti ſūt ſicut a uulture uulturni : Nō tamē : ex his omnibus inquit nil fuit pō.gratius.uerbis Catōis: nā uulgus ſuperis maledicebat . Omne quod: in ſuperos audet cōuicia uulgus pōpeiūq; deis obiicit:per parēthesim lege. Quod:qua. Deis : uelut oblitus honoꝝ & plāe in gratis. Cuius: pō. a modeſtia laudat ſibiq; ipſi ſi eſſet cæ. ſuccubiturus ſimile exitiū a iuba inferēdū precat̄. Obit : ſyncope. Impar noſſe modū iuris:minor inſeruāda menſura iuſtitiæ. Cui nō ulla:uidelicet æuo:& id quod in pō. uituperauit aſcribit tēpori nō naturæ eius ſi cui ad ciuē retuleris legēdū eſt nō nulla : ideſt aliqua . Salua libertate: nō efferēdo ſe in tyrānidē. Et ſolus priuatus : ſolus recuſās dōinari cū uellet populus ſibi ſeruire. Rectorq; ſēatus: ſed regētis erat regebat quidē ſēatū ſed cui ipſe pareret . Iure belli : iure imperii & belloꝝ geſtoꝝ quodq; aliis præſtaret. Quæq; dare uoluit: ideſt quecūq; petiit & imperauit . Immodicas opes : fuit enim ditiſſimus . Intulit . attulit in patriā. Inuaſit ferrū ſuſcepit bellū ciuile : ſed ſanatus arbitrio erat depoſiturus. Arma:militiā & bella. Iuuit ſūpta:ut delectabat̄ honores ſūere ſic & dimittere . Caſta : pudica & frugi. Corrupta nūquā fortūa dōini:quæ felicitate pō.nō ſuperbiebat & inſolēs erat: Nomē:no tamē ipſius & fama. Olim uera fides:uera libertas inquit Syllæ Mariiq; tēporibus periit. Nūc uero: cū ſupereſſet imago quædā & umbra libertatis quæ extincta aſt in pō.nēinē pudebit tyrannū. Color:qualitas & expreſſa dignitas. Frōs.uirilitas.

OMNIBO. Fouet:fœcūdas reddit terras. Gargāus: mōs eſt Apuliæ ſiniſtrorſū a apēino in mare adriaticū uēiēs. Vult:uult uel uulturn⁹ fluui⁹ eſt qui auctoꝝ Strabōe per uēafrū mediāq; Cāpāiā labit̄. Matin⁹:promōtoriū eſt apuliæ. Buceta:paſcua dicūt̄ ubi boues hyēant a boue. Nō tamē ad magni peruēit gratius:quāquā omnes cōuicia iactabāt in deos:ꝙ tā atroces & infeſti pō.fuiſſēt: tamē ulla gratior uox fuit māibus pō.oratio Catōis:quā de ſuis laudibus habuit ſūma cū moderatiōe. Audet cōuicia in ſuperos .i.inſectari deos. Pōpeiūq; deis obiicit:ut iniuria diis faciat. Sed a plēo.pauca quidē uerba fuerāt:ſed uera: Ciuis obit dixit:hæc oratio laudationem fūeris cōtinet mos .n.apud antiquos ꝙ etiā nūc quoq; tenetur:ut laudatiōes haberēt̄ in fūere:deoꝝ præſertim qui honore digni haberēt̄:Oratio eſt perſōæ cōuēiēs: nihil.n.fictū Cato:nihil ſimulatū loquit̄.nihil ad gratiā:laudat a modeſtia pō.qui nūqua plus ſibi ſūpſerit quā ciuica cōditio pateret̄. Impar maio.fuit quidē inquit nō cōparād⁹ pō.priſcis illis imperatoribus:ueꝝ tamē in hac ætate plurimū profuit:nā ſolus ex principib⁹ fuit q ſe priuatū gereret:quāuis plæbs illi ſeruire parata eſſet. Noſce modū iuris.i.poteſtatis hoc eſt cognoſcere quātā ſibi permitteret̄ nūquā.n.ſe ſupra ciuicā cōditionē extulit. In hoc tamē utilis æuo:quia cū ferme omnis iuſtitia periiſſet:in eo adhuc priſtinæ ætatis reliquiæ permāſerūt. Cui nonulla fuit iuſti reuerentia.ut nō omnino iuſtitiā cōteneret : ſed eā uereret̄. Salua libertate potēs : nō.n.ipſe in magiſtratib⁹ ſuis tyrānidē exercuit.quia nil cōtra libertatē geſſit.quāquā princeps ciuitatis eſſet. Et ſolus.ex principib⁹ omnib⁹ inuēt⁹ eſt pō.unus qui ſe priuatū gereret. Plæbe parata:licet prompta eſſet.ad ſeruiendū illi plæbs. Priuatus:qui ut priuatā uitā gereret . Rectorque ſena.,erat quidē mederator ſenatus: ita tamē ut ſenatus imperaret. Sed regnantis,nō ſeruiētis . Nil



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

belli iure popoſcit:ꝙ bello cæteris præſtaret:nil ſibi pluſquã cæteri arrogabat. Popõſcit. arrogaauit ſibi. Quæq; dari uoluit:nõ.n.ita ipſe petebat honores:ut ab inuitis extorqueret. ſed a uoluntariis acciperet. Immodicas poſſedit op.laudat a libertate. Intulit plus. quã ꝙ ipſe immenſas diuitias poſſederit: tamẽ plures in erariũ intulit quã ſibi retinuerit: Inuaſit ferꝛ:arma põ.placuerunt quibus plurimũ ualebat: ſed tamẽ cũ tempus pacis eſſet arma deponebat. Prætulit arma togæ .i. paci præpoſuit bellũ. nunquã tamẽ bellũ ſuſcepit niſi ut paci conſuleret:hæ laudationes dignæ ſunt:& laudatore & laudato. Iuuit ſumpta ducẽ:placebat põ.ſuſcipere honores:placebat illos deponere finito magiſtratu. Poteſtas :ſ. magiſtratũ. Carens luxu:quia nõ ſuperfluis rebus põ.familia abundabat. ſed his tantummodo quæ ciuiæ conditioni conuenirent. Corrupta : uitiata.nã in felicitate ſe moderatũ gerẽ difficilimũ ẽ. Claꝝ & uenerabile :ſed nõ minori ueneratione quã admiratione habebatꝰ põ. nomẽ. Olim uera fides : ante quidẽ uera libertas erat in ciuitate noſtra:ſed poſtquã Sylla & Marius ciuitatẽ occuparunt:uera illa libertas periit:tamẽ fictæ libertatis imago permanſerat in põ.ſolo:quæ nunc mortuo penitus tolliꝰ. Receptis .ſ. in urbẽ: Nõ iã regnare pudebit:quia poſt mortẽ põ.regnandi pudor omnis extinctus eſt:nã omnes licenter pro ut ſuperiores erunt rempubli.occupabunt. Colo : ſpecies quædã imperii. Nec frons: nullaq; erit ipſius ſenatus libertas.nam in fronte dignoſciꝰ quãtũ unicuiq; liceat.

SVLPI. O felix : eũ tempeſtiua morte felicẽ appellat. nã ſi uixiſſet in ſeruitutis diſcrimẽ potuiſſet incidere. Seneca in troade ait. felix priamus felix quiſquis bello morienſ omnia ſecũ conſumpta uidet. Scelus phariũ: ſceleſtus ptolemæus. Quærendos: optandos. Sciꝛ mori ſors prima uiris. Viro forti in miſeria conſtituto prima felicitas eſt: ſponte mortẽ ſibi conſcire: ſecunda ut ui ei inferaꝰ. Si fatis aliena in iura uenimus:ſi deoꝝ uoluntate ſub alterius poteſtatẽ uenturi ſumus. Talẽ:qualis fuit ptolemæus in põ. Deprecor. recuſo. Vocibus his:mors põ.plus eſt hac breui Catonis oratione laudata quã ſi pro roſtris fuiſſet publice commendatus. Roſtra: foꝝ nã id templũ in quo eſt erectũ ſuggeſtũ ex roſtris nauiũ antiatiũ roſtra eſt appellatũ ut libro.viii.liuius habet. Vulgi: præſerti cilicũ qui reſpectu põ. militauerant & eo iã mortuo diſcedebant. Tarchõ : cilicũ dux. Fugientẽ rapta claſſe: fugere uolentẽ acceptis nauibus. Notauit:cũ ignominiæ nota arguit. Nunquã pacate ſemper rebellis. Cilix : quædã prouinciaꝝ nomina a populis poſſeſſiuiſq; ipſis cũ contra fieri deberet deriuari uidenꝰut Thracia bebricia cilicia phrygia:a thrax bebrix Cilix phryx. Ad rapinas:ad pyraticã exercendã. Vnus:quidã cilix. Mente:conſilio propoſito. Regentẽ.catonẽ. Nos cato. excuſans ſe miſſionẽ petit & bello ciuili finẽ imponendũ eſſe ſuadet. Partes : factionẽ diuiſionẽ noſtrũ ut alii domi remanerent alii põ. officioſe fauerent. Orbis:q maluit p eo pugnare quã in ocio degere.

O felix cui ſumma deis fuit obuia uicto
Et cui q̃rendos phariũ ſcelus obtulit enſes:
Forſitan in ſoceri potuiſſes uiuere regno:
Scire mori ſors prima uiris.ſed ꝓxima cogi
Et mihi ſi ſatis aliena in iura uenimus
Fac talem fortuna iubam.nõ deprecor hoſti
Seruari. dum me ſeruet ceruice reciſa.
Vocibus his maior qua ſi romana ſonarent
Roſtra ducis laudes generoſã uenit ad ũbrã
Mortis honos.frẽit interea diſcordia uulgi
Caſtrorum belliq; piget poſt funera magni.
Tum tarchõ motus linquendi ſigna catonis
Suſtulit: hũc rapta fugientem claſſe ſecutus
Litus in extremum tali cato uoce notauit:
O nunquam pacate cilix iterum ne rapinas
Vadis ad æquoreas:magnũ fortũa remouit
Iam pelago pyrata redis.tum reſpicit omnes
In cœtu motuq; uiros.quorum unus aperta
Mente fugæ. tali compellat uoce regentem:
Nos cato da ueniam pompeii duxit in arma
Non belli ciuilis amor.parteſq; fauori
Fecimus: ille iacet quem paci prætulit orbis

OMNIBO. O felix : nunc ad conſolationẽ uenit:ſic.n.in laudatione funeris fieri ſolet:ut primo eiꝰqui mortuꝰeſt laudes proſequamur. deinde ad conſolationẽ eoꝝ ad quos funꝰpertinet perueniamꝰ. dicit.n.nihil eſſe cur implacabiliter cædẽ põ. flere debeant:quando nihil ei mali contigerit:immo uero inſtar fœlicitatis eſſe dicit:qꝛ a miniſtris ptolemæi occiſus fuerit.O felix inquit põ.eſt qui ſimul cũ fortuna& republica periit nã ſatius fuit põ. uicto mori quã uiuere ne indiſcrimẽ ſeruitutis ueniret : & quaſi cũ dmirationẽ legendũ eſt : Cui quærendos .i. debuiſſet põ. quærere enſes ad ſe interficiendũ:niſi a ſceleſto rege darenꝰ. ne poſt tantã cladẽ acceptã ſupereſſet. Forſitã in ſo.& rationẽ inferꝛ:dicit.n.o põ.niſi te ptolemæꝰoccidiſſet fortaſſe paſſus fuiſſes cæ.ipſo regnante uiuere. Scire mori ſors prima:primũ inquit eſt ſcire mori cũ neceſſe fuerit : ſecundũ uero cogi ꝙ proximũ fuit conſecutus eſt. Proxima cogi:uidelicet turpiꝰducerẽ in ſeruitute uiuere.quã mori. Viris:uiꝛ ſemper de forti diceꝛ ſolemꝰ. Proxima:ſecunda cogi.ſ.ad mortẽ. Et mihi ſi fatis:de ſe ipſo capit exemplũ felicẽ fuiſſe ꝙ occiſus fuerit imperio ptolemæi:dicit.n.hanc quoq; fortunã mihi ipſi optaueri. ſi in tyrannide uicturi ſumꝰ. ut rex iuba ad quẽ nos cofugimꝰ. idẽ mihi faciat. Si fatis.i.ſi fata uolunt:ut ſeruiamꝰuictori. Nõ deprecor hoſti: quaſi conſolaꝰ illud ꝙ nimiũ indigne ferebat.Sextꝰuidelicet caput põ. uictori Cæ.uiſendũ ſeruari:nõ magnificatio inquit. ut ſeruer uictori: uel capite truncato uel integer dummodo mortuꝰ ſeruer. Nõ deprecor.nõ recuſo nõ repello Ci. prima deprecatio defenſoris.i.depulſio. Ceruice reciſa : ſicut põ. Vocibus his maior:repetit: ꝙ ab initio dixerat incredibile dictũ eſſe : quã grata fuerit umbris põ





peii catonis oratio. Quã ſi Ro.roſtra ſonarent:nõ tã grata fuiſſet totius populi Ro.oratio.etiã ſi in omni foro laudes põ.decantarenꝰ:quã fuerunt hæc pauca catonis uerba. Fremit intera diſcordia uulgi:milites cũ antea põ. ſecuti fuiſſent nõ tã belli ciuilis cupiditate : aut libertatis ſeruandæ gratia : quã ꝙ põ. amabant:ſublato eo nunc ipſos arma ferre tedebat.& rediiſſent omnes ad ſuas quiſq; domos : niſi adhortatione catonis retenti fuiſſent. Fremit:ſecũ murmurat. Tarchõ: dux & princeps cilicũ quos põ. deuicerat & de uictis etiã colonias deſignauerat. Rapta:raptim deducta claſſe in mare. O quantũ pacate cilix. repræhendere cœpit tarchontẽ. Cilix:de cilicia duarũ prouinciarũ nomina inuenimus patriũ facere ut a cilicia cilix. a bebricia bebrix. Iterũ ne rapinas : iterũ ne redis ad antiqua latrocinia : ut piraticã mari exerceas. Magnũ fortuna.& cauſa eſt cur iterũ redis ad piraticũ ꝙ intellexiſti mortuũ eſſe põ. In cœtu motuq; uiros:cũ cœtus fieri incipiũt:aut in ciuitate.aut in caſtris a ciuilibus uel a militibus : ſignũ eſt rẽ ad ſeditionẽ ſpectare. Motuq;. quia omnes iã moti erant.ut domos ſuas ſe reciperent. Quorũ unus : unus auſus eſt aperte alloqui catonẽ & ſuã omniũq; ſuorũ mentẽ aperire. Nos cato da ueniã. oratio eſt illius qui ex omni turba auſus eſt aperte ſententiã ſuã dicere & ſociorũ. Amor põ.duxit in arma. ſublata cauſa quæ nos arma ſuſcipere fecit.nihil relinquiꝰ cur bellũ perſequi uelimus:auctor autẽ ſumendi arma põ.fuit ille nobis ademptus eſt. ergo arma nobis deponenda cenſemus. Fauore : beniuolentia & obſeruantia quã in põ.habuimus. Iacet : ſublatus eſt nobis. Paci prætulit orbis. nã populi : nationes & gentes. quũ in pace quieta uiuere poſſent. maluerunt ſuſcipere bellũ quã deſerere pompeiũ.

Cauſaq; nr̃a petit: patrios permittere pẽates
Deſertamq; domum dulceſq; reuiſere natos
Nam quis finis erit ſi nõn pharſalia pugnæ.
Nec põpeius erit perierunt tempora uitæ:
Mors erat intutum. iuſtas ſibi nr̃a ſenectus
Proſpiciat flammas. bellum ciuile ſepulchra
Vix ducibꝰ præſtare põt: nõ barbara uictos
Regna manẽt:nõ armeniũ mihi ſæua minaꝰ
Aut ſcythicũ fortuna iugum ſub iura togati
Ciuis eo. quiſquis magno uiuente ſecundus
Hic mihi prius erit: ſacris præſtabiꝰ umbris
Sũmis honor. dõinum q̃ clades cogit hẽbo
Nullũ magne ducẽ. te ſolum in bella ſecutus
Poſt te fata ſequar. neq;.n. ſperare ſecunda
Fas mihi: nec liceat: fortuna cuncta tenentur
Cæſaris æmathium ſparſit uictoria ferrum:
Clauſa fides miſeris: & toto ſolus in orbe eſt
Qui uelit ac poſſit uictis præſtare ſalutem:

SVLPI. Cauſaq; noſtra periꝰ. iã nõ habẽus pugnãdi cauſã. Perierũt tẽpora uitæ : hoc eſt cõſenuimus in bellis liceat tute mori. Proſpiciat tutas flãmas. præparet ſibi rogũ & fũeri neceſſaria. Vix ducibus. bene uix nã nõ totus põ. ſepultus eſt & quidẽ miſerãde:alii uero cũ innũeri ſint ſepeliri nõ poſſũt. Nõ barbara uictos:nos qui uicti ſumus nõ erimus ſub barbaris regibuſ ſed ſub eo ro.qui poſt põ ſecũdus erat. Regna nõ manẽt: reges nõ expectãt. Scythicũ iugũ: parthicũ imperiũ. Togati ciuis:ro.cæ. Vmbris ſacris põ. mãibus quos mẽoria,& ueneratiõe proſequemur. Clades.theſſalica Dominũ: cui excepto ꝙ nolo militare parebo in cæteris: Fata.fortunã uictoris & rerũ ſucceſſũ a diis cõſtitutũ. Nec fas.quia uictus ſũ. Secũda : proſpera uidelicet regna & imperiũ. Nec liceat.oſtẽdit ſe ſorti ſuæ acquieſceꝛ & ſimul rebelliõis tollit ſuſpicionẽ & fœlicitatẽ ro. precaꝰ imperio. Fortũa: felicitate oſtẽditq; nullã ſpẽ recuperãdatũ uiriũ ſupereſſe fuſo exercitu. mortuo duce. leuitate populorũ & clemẽtia cæ. Sparſit ferrũ: fudit exercitũ & potẽtiã partiũ põ. Clauſa fides miſeris.i. miſeris nõ ſeruatur fides & quiſq; ab eis deſciſcit. Clauſa occluſa. Solus:cæ. Velit:clæmentia ſua: Poſſit: quia uictor.

Morſu uirus habent & fatum dente minatur
Pocula morte carent dixit : dubiũq́ꝫ uenenũ
Hauſit & in tota libyes fons unus arena
Ille fuit:de quo primus ſibi poſceret undam
Cur libycus tantis exundet peſtibus aer
Fertilis in mortes:aut quid ſecreta nocenti
Miſcuerit natura ſolo.non cura laborq́ꝫ
Noſter ſcire ualet: niſi ꝙ uulgata per orbem
Fabula pro uera decepit ſæcula cauſa.

¶ SVLPI. Aris tuis:templis quæ erigas ei. Nun quam pudebit:ut pudet per Cæ.qui ſceleſtus fuit il le uero iuſtus atq́ꝫ diuinus. Ceruice ſoluta:liber a ty rannide. Factura deum : in deos relatura. Quem hunc : quem illum relatiuum demonſtratiuo con iunxit ut apertius indicaret. Iam ſpiſſior ignis cal catur: per uæhementioris æſtus loca iam eunt ultra quæ nulla hominibus habitabilia eſſe dicit. Et un da rarior. ideſt quæ rariores habet aquas unda abla tiuus eſt. Aſpides:ſerpentes ſcutum ſignificat eoq́ꝫ dicta quod dicta ad caput regendum reliquo corpore pro ſcuto utitur. & defendo ſignificat. Dipſades:dipſas ſiti interficit dicta a quod eſt ſitis uel a ſiuo. Fonte relicto:idem ſi non bibe rent. Vanã ſpecie : uana apparentia & opinione. Noxia ſerpentum:ſerpentes inquit morſu necant: non inficiunt aquas tactu aut guſtu. Peſtis : uene nenum. Admiſto ſanguine:quum ſanguini noſtro uirtus miſcetur. Dubium: nondum enim comper tum habebat an non noceret. Venenum : aquam hoc loco. Cur libycus:cur abundet ſerpentibus li byæ noſſe inquit non poſſumus:niſi fictæ fabulæ fi dem adhibuerimus ex ſtillis capitis meduſæ quod perſeus uolans ſuper libyem tulit exortas eſſe. Na ſo in metam . quarto . Cumq́ꝫ ſuper libycas uictor penderet harenas Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ Quas humus acceptas uarias animauit in angues . Vnda frequens illa eſt infectaq́ꝫ terra colu bris. Exundet:abundet. Nocenti : feraci ſerpenti um . Noſter : metus nam ut horatius ait Nec ſcire fas eſt omnia. Pro uera cauſa: ꝓ uera ratione.

¶ OMNIBO. Ecce parens uerus : apoſtrophat ad Ro.dicens: ſi quis unquam fuit qui iuſte in deo rum numerum conſtitueretur:hic certe fuit:hic uerus eſt parens quem pro deo colas o Ro. Aris : ideſt di gniſſimus tuis deis . Per quem nunquam iurare pudebit : iurare per aliquem eſt ipſum quaſi deum colere & uenerari:ut horatius iurandaſq́ꝫ tuum per numen ponimus aras. Ceruice ſoluta.ideſt ſi unquam libera fueris. Iam ſpiſſior ignis.nunc redit ad propoſitum poſtquam laudauit uirtutem catonis dicit iam eos ad eam partem libyæ perueniſſe ultra quam progredi non licebat:iam enim ſub ardenti zona eſſe incipiebant Et plaga quam:circulus ſpæræ medius æquinoctialis eſt:& in extremo duo circuli ſunt a ſeptentrione ar cticus: a meridie antarcticus : hi circuli ſunt frigidiſſimi qui appellantur zonæ frigidiſſimæ inter æquino ctialem arcticum & antarcticum duo ſunt circuli. uidelicet zonæ habitabiles hominibus hyemalis : & au ſtralis:in qua hyemali nos ſumus in auſtrali ſunt afri. dicit ergo ꝙ ad ultimam hanc zonam peruenerant : ut ulterius progredi non poſſent : & ea erat feruentiſſima regio auſtralis ſiue æſtiua. Vltra.i. ſupra. Mor talibus a.quia poſtea eſt feruentiſſima ultra quam tranſiri non poteſt. Medio die:a meridie. Vnda rarior unum ſequitur ex reliquo:ubi interſior eſt calor:ibi rarior eſt unda. Largus: abundans. Stabant in margi ne ſiccæ:quia ſeuientes ueneno ſerpentes humida loca quærunt. Aſpides:genus ſerpentum lethiferum. Dipſades:ſunt ſerpentes ſic appellatæ ab eo ꝙ faciant . nam quem morſu ueneno afflauerint : ſtatim tan ta ſiti laborat:ut ſatiari non poſſit .ꝙ ſignificat ſitio. Ductor ut aſp.ad fontem uenerat Cato cum ſuis & quanquam ſiti arderent omnes tamen metu ueneni aquam haurire non audebant:q́ꝫ ubi uidit cato : ad hortatus eſt eos ad hauriendam aq̃.ꝙ diceret ſerpentes aq̃ inficere non poſſe. Perituros:ſi non biberent Vna ſpecie . ꝙ putarent ſerpentes aquam inficere. Totus:ſine metu ueneni. Noxia: tunc inquit nocent

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ſerpentes cũ uenenũ infuderint: & ſanguinẽ corruperint. Dente: nõ autẽ habitantes in undis. Pocula morte carant: nõ.n.ueneno infici poteſt aqua: tametſi in ea uerſent ſerpentes. Dixit dubiũq;: & ut maiorẽ fiduciã faceret militibus.ipſe aquã primus bibit: alibi ſemper extremus. Cur libycus tantis: dicit humana cura humanuſq; labor ſcire nõ poteſt cur ita frequentent libyẽ ſerpentes: & eã nocentẽ faciant: ſed ego inquit ſequor antiquã poetarũ famã: qui dicunt ſerpentes de capite ſanguinis meduſæ tunc emanaſſe cũ per eã regionẽ perſeus uolans meduſæ caput geſtaret. Quid: ob quã rẽ. Libycus;: & quaſi rationẽ quandã tetigit cũ diceret libycus aer: quia ibi arbores ſunt intenſiores ſerpentes gignunt ſæuiores. In mortes: impeſtiferos ſerpentes. Secreta: arcana.nã ueri caſus ſcire nemo nõ poteſt. Niſi q uulgata. præterquã q fabula uulgata eſt quã pro uera deceptũ uulgus accepit.

¶SVLPI. Finibus extrẽis libyes: ad mare athlãticũ cõtra promõtoriũ q uocat heſperiõ ceras. ſũt inſulæ Gorgades gorgonũ quomdã dõus bidui nauigatiõe diſtãtes a cõtinẽte Gorgões autẽ tres Stẽnio Euriale & meduſa phorci & Cetus filiæ tãta deformitate mõſtra: nã ſolũ unũ oculũ quẽ mutuo ſibi tradebãt cõunẽ habebãt & hydros pro crinibus gerebãt: ſeq aſpiciẽtes in ſaxa uertebãt. Sed perſeus auxilio palladis & mercurii clypeo ſpeculari & talaribus uſus meduſæ caput amputauit. Oceanũ: oceãi fluctus. Phorcinidos: phorci filiæ: phorcus uero neptũi p thooſæq; filius fuit. Squalebãt inculta & ſaxis aſpera erãt. Vultu dõinæ: meduſæ quæ omnia uiſa uertebat in ſaxa. Cõſpectis: quæ aſpexerat. Hoc primũ: ſerpẽtes quos primũ natura produxit in meduſæ capite apparuerunt nã minerua eius crines in angues cõuertit quia in ſuo tẽplo fuerat cõſtuprata a neptũo ex quo pegaſũ peperit. Peſtes: ſerpẽtes. Et faucibus: e maxillis e q bus pẽdebãt. Vibratis: celeriter agitatis. Gaudẽtes: ipſis ſerpẽtibus. Depexo crine: pectine rariſſimo explicitis & expreſſis ſerpẽtibus. Infelix: uel quia aliis pernitioſa uel quia mõſtrũ eſt. Impũe: ſine ſẽſu doloris quia ſtatim rigebãt in ſaxa quæ animã uelut ſepulchro includebãt. Quis: nẽo nã cũ primũ aſpicerẽt nõ moriebãt ſed uertebãt in ſaxa præcluſis animis. Se: ipſã: Mori: dolorẽ mortis pati. Dubitãtia: metu mortis: Præuẽit: præoccupauit.

Finibus extremis libyes ubi feruida tellus
Accipit oceanum demiſſo ſole calentem
Squalebant late phorcynidos arua meduſæ:
Nõ nemorũ protecta coma: nõ mollia ſulco
Sed dominæ uultu conſpectis aſpera ſaxis
Hoc primũ natura nocẽs in corpore ſæuas
Eduxit peſtes, illis e faucibus angues
Stridula fuderunt uibratis ſibila linguis:
Fæminæ qui more comæ per terga ſoluti
Ipſa flagellabant gaudentis colla meduſæ
Surgunt apuerſa ſubrectæ fronte colubræ
Vipereumq; fluit depexo crine uenenum.
Hoc habet infelix cunctis impune meduſa
Quod ſpectare licet: nã rictus oraq; mõſtri
Quis timuit: quẽ qui recto ſe lumine uidit
Paſſa meduſa mori eſt: rapuit dubitantia fata
Preuenitq; metus: anima perire retenta

¶OMNIBO. Finibus extrẽis liby. Phorcus tres filias ex cetho. genuit: uidelicet Meduſã Sthẽionẽ: & euralẽ quæ gorgades inſulas habitabãt: & hæ tres ſorores pulcherrimæ unũ oculũ habuiſſe dicũt: quo mutuo utebant. tãta uero pulchritudine fuiſſe dicũt ut neptunus uiſã in littore meduſã amauerit: & ſtatim perſequẽs uſq; in tẽplũ palladis ardẽs eã ſubegerit: irata pallas meduſæ crines cõmutauit in ſerpẽtes iniciq; tãtũ terroris i uultũ ut omnes aſpiciẽtes ob ſtuporẽ uerterẽt in ſaxa Hãc poſtea perſeus interẽit quẽ ad cædẽ meduſæ profectũ: pallas & cõſilio iuuit & ope. nã arpẽ dedit ei gladiũ curuũ quo caput & colla meduſæ ſecaret: dedit & clypeũ cryſtallinũ per quẽ uidere poſſet meduſã q dormiẽtẽ aggreſſus fortiſſimo ictu detrũcauit q hãc fabulã iterp̃tari uoluerũt. dicũt tres ſorores p̃ſtãtiſſia forma fuiſſe unũ ãt oculũ habuiſſe .i. ſpeculũ quo ſe ornatiores redderẽt adeo ut quicũq; eas aſpiceret: quaſi attõitus nimia pulchritudine corriperet: & deperiret earũ amore ſublato ſpeculo nõ habuerũt occaſionẽ poſteæ ſe ornãdi: ut tãtoperẽ deciperẽt iuuenes. obſciſo igit capite meduſæ cũ talatibus .i. alatis calceris per aera fert perſeus quæcũq; per libyẽ uolaret gutæ de capite meduſæ manabãt. ex quibus nati ſũt ſerpẽtes. Finibus extrẽis .i. extrẽa libyæ uerſus meridiẽ. Accipit oceanũ: quia haud procul ab oceão ſol uergit. Phorcynidos: meduſæ phorcinis filiæ: phorcys & phorcyn declinat. Squalebãt: erãt ſterilia & inculta. Cõa nẽorũ: frõdibus arborũ. Nõ mollia: quia ſubigi nõ poterãt præ duritia: omnia .n. loca in ſaxa cõuerſa erãt aſpectu meduſæ. Vultu dõinæ .i. oculis meduſæ. Hoc primũ natura: & caput huius uirginis primũ crines habuit ſerpẽtinos & cuius ſanguine deinde aliæ ſerpẽtes natæ ſũt. Sæuas peſtes .i. ſerpẽtes. Ex faucibus .i. ex maxillis pẽdebãt ſerpẽtes Vibratis linguis: quia tãta celeritate linguã mouẽt ſerpẽtes: ut cũ una ſit tres eſſe uideãt. Vibratis: celeriter motis. Fœminæ: quæ nutriũt cõas & eas per colla dẽittũt. Ipſa colla: pro ipſius meduſæ colla. Flagellabãt: colla ipſius pcutiebãt. Surgũt aduerſa: p cincinis ſerpẽtes habebat. Subrectæ: ſurſũ erectæ. Vipereũq; fluit. nec neceſſe erat ut haberet pectines latiſſimis dẽtibus quia pectebat ſerpẽtinos crines: & cũ depecteret de ſerpẽtibus fluebat uenenũ. Hoc habet infelix impune. dicit habuiſſe hoc unũ meduſã: q licebat omnibus eã impũe ſpectare quomodo impũe: ſi ſtatim in ſaxũ uertebãt: ſed dicit ideo omnibus impũe licuiſſe ſpectaꝛ: q dũ ſpectarẽt nihil metuebãt quid.n. metuerẽt qui priuſquã mala ſua cognoſcerẽt in ſaxa uertebãt. Quis timuit. q.d. nẽo. Quẽ qui: reddit rationẽ quare nẽo metuebat: nã antequã metuebant uertebant in ſaxũ: & duricie ſaxi anima ipſa cõpreſſa tenebat. Quẽ .ſ. eorũ qui eã intentis oculis inſpexit. Paſſa mori q.d. neminem. Rapuit .d. fata: quia antequam timerent: inſenſibiles efficiebantur. Fata: id eſt mortes eorum qui eam inſpicerent. Præuenit: qui morte præoccupabantur antequam meduſam metuerent. Anima retenta: ſcilicet duritie ſaxi.



Mẽbra; nec emiſſæ riguere ſub oſſib⁹ ũbræ
Eumenidũ crines ſolos mouere furores:
Cerberus orpheo leniuit ſibyla cantu.
Amphytriõiades uidit quũ uinceret hydram
Hoc mõſtrũ timuit genitor, numẽq; ſecundum
Phorcus aquis, cetoq; parens, ipſeq; ſorores
Gorgonis. hoc potuit cælo pelagoq; minari
Torporem inſolitum mõq; abducere terrã:
E cælo uolucres ſubito cum pondere lapſæ
In ſcopulis hæſere feræ uicina colentes.
Aethyopũ totæ riguerunt marmore gentes
Nullũ animal uiſus patiens: ipſiq; retorſum
Effuſi faciem uitabant gorgonis angues:
Illa ſub heſperiis ſtantem titana columnis
In cautes athlanta dedit. cæloq; timente
Olim phlegreo ſtantes ſerpente gigantes
Erexit montes bellumq; immane deorum
Pallados e medio confecit pectore gorgon.
Quo poſtq̃ partu danaes & diuite nymbo
Ortum parrhaſidæ uexerunt perſea pennæ

¶SVLPI. Vmbræ: animæ. Riguer. Cõpreſſe ſũt. Eumẽidũ: horribiliorẽ eſſe Meduſã furiis cerbero hydraq; dicit. nã furiæ cõſpectæ ſolũ furorẽ inducũt. Cerberus ab orpheo mitigatus eſt. & hydrã pugnãs hercules uidit. hãc nẽo cernere poteſt niſi cũ ſtupore ppetuo. Solos mouere furores: furiã tãtũ. Lẽiuit ſibila: deſtitit ſibilare. Amphytriõiades hercules. Mõſtrũ: meduſã. Secũdũ: poſt neptunũ Ceto: mõſtrũ marinũ. Sorores: ſtẽnio & euriale. Cœlo pelagoq;: uolucribus & piſcibus methonymia eſt q̃q̃ de ipſis elemẽtis loq uidet ſed mox declaraclarabit. Torporẽ: ut in ſaxa torpeſcerãt. Terrã: terrẽos hõines. Cũ põderẽ: qa ſaxeæ. Feræ: tã terreſtres q̃ marinas intelligit. Riguerũt marmore: duruerũt in marmor. Patiẽs uiſus: poteſt impũe uidere. Athlãta titana: athlãtẽ titãis filiũ quem uertit in mõtẽ. Sub colũnis: ultras Calpẽ & Abylã. Cœloq; timẽte: quũ dii gigãtes metuerẽt meduſæ caput q a pallade in pectore gerebat eos in mõtes cõuertit & ita finitũ eſt bellũ. Stãtes ſerpẽte phlegreo: inſiſtẽtes pedibus ſerpẽtinis apud phlegrã. Theſſaliæ uallẽ: ubi pugnatũ eſt: dicũt autẽ gigãtes ſerpẽti pedes qa ab imis ad ſũma q̃ ſi reptare ſũt uiſi. Erexit mõtes: cõuertit eos in mõtes. Gorgõ: meduſæ caput in mũimẽto pectoris .i. egide palladis. Cõfecit: finiuit qa eos uertit in ſaxa. Quo: ad quẽ locũ uidelicet ad gorgadas poſtq̃ puẽit pſeus. Danaes iouiſq; filius recidit caput meduſæ. Diuite nymo: ioue q ſe in nymbũ aureũ uerterat: ut cũ danae acriſii filia rẽ habere poſſet. Ouidius li.iiii. pſea quẽ pluuio danae cõcepat auro. hãc fabulã & Ouidi. & oratius in odis explicãt. Pẽnæ parrhaſii: talaria Mercurii arcadici citharæ paleſtræq; reptoris.

¶OMNIBO. Nec amiſſæ: anteq̃ emiterent e corpore. Eumenidũ: p comparationẽ oſtendit monſtrũ hoc meduſæ: furiis fuiſſe terrius ac atrocius: nã eumenides nihil aliud faciunt: niſi q furorẽ immittunt. At meduſa nõ furores immittebat ſed ſenſus omnes aferebat. Solos fur. ut Athamanti: ut Herculi. Cerberus or. ſæuius etiã eſt hoc monſtrũ cerbero: qa orpheus cũ ad uxorẽ ſuã Euridicẽ recuperandã deſcenderet ad inferos cantu ſuauiſſimo citharæ angues qbus colla cerberi circundata ſunt leniuit ut ad cantũ eius tantiſp manſueſcerent: ſed hæc nullo cantu manſueſcebat. Amphytrioniades uidit: hydra etiã mitior fuit anguibus meduſæ. nã hercules uidit eã nec in ſaxũ conuerſus eſt. Timuit genitor: uidet ſibi contra dicere: nã ſupius dixit impune licet omnibus ſpectare meduſã: nunc uero dicit genitorẽ eius timuiſſe. ſed facile q̃ſtio hæc ſoluit: potuit. qdẽ genitor anteq̃ uideret timere .ſ. ne ad conſpectũ eius ueniret ſed uiuendo: timuit nemo. Numẽ ſecundũ .i. a Neptuno: qa phorcus Deus eſt marinus. Parens .i. genitrix cætho. Ipſæq; ſorores: nã ex tetho & phorco natæ ſunt gorgones. Gorgones .ſ. metuerunt ſignificat terribilẽ eo q toruos oculos & aſpectũ habeant. Hoc po. pel. meduſa oculis potuit: ſi modo uoluiſſet: qcqd ſub cœlo continet in ſaxũ conuertere. Hoc .ſ. monſtrũ meduſæ. Pelago cœloq;: ſi inſpexiſſet cœlũ & mare in ſaxũ conuertiſſet. Addu. ter. ſ. ſaxificando. In ſco. hæ. feræ etiã currentes medio curſu ſcopulis hæſerunt ubi uiſæ fuerant a gorgone. Vicina co: gentes omnes q̃ uiſæ fuerant ab ea circa æthropiã habitantes inſigna marmorea uertebant. Rigu. ma. i. duruerunt in marmora. Ipſiq; re. & ipſi angues q de capite eius pendebant: in aliã ptẽ ſe auertentes uitabant faciẽ eius. Illa ſub hæ. hæc fuit q̃ athlantẽ gigantẽ in montẽ ſui nominis conuertit q altitudine ſua dicit ſuſtinere cœlũ. Heſ. co. i. gadibus hoc eſt iuxta calpẽ nã calpes mõtes fuerunt antea continuo iugo iuncti quos hercules diremit & aditũ oceano dedit: q deinde Aphricã ab Europa ſeparauit. Cœloq; ti. nõ timuit ipſa gigantes q aliq̃do metũ intulerunt cœlo & ioui: nã ipſos conuertit in montes. Phlegræos: qa in phlegra ualle fracta eſt gitantũ machina. Stantes ſerpentes: qa ſerpentes pedibus ſtabant: ſic .a. fabulæ fingunt: nec caret ratione: nã hiſtoria hoc habet q diluuio aduentãte tempore deucalionis ps q̃ pſertim Boetiã uerſus uergit ſubmerſa eſt aſcenderunt in montes pnaſũ & cithero nẽ ſedato diluuio: cũ bellũ inferrent gentes q̃ ſuperant aliis regionibus: hi q in monte conſtiterant ex aduerſo monte cũ aſcenderẽt muniti pedes ferro uidebant ſerpentinos pedes habere: & ita fabulæ datus eſt locus q ſerpentinis pedibus uiderent repe ex aduerſo montis. Stantes: ſerpentinis pedibus nixi. Erexit id eſt conuertit in montes. Bellũq; im. nã meduſæ caput in umbone clypei pallas geſtabat: & cũ pro ioue cæteriſq; diis contra gigantes pugnaret clypeũ obuertebat gigantibus: in quo ſimul atq; gorgonis caput

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

uidiſſent.ſtatim conuertebant̃ in montes. Immane.impiũ ſacrilegũ. Bellũ deoꝝ.ꝙ contra deos gerebant gigantes. Confecit.perfecit ad exitũ deduxit. Et medio pectore.grogõ quæ ex umbone Aegidis eminebat. Quo poſtquã partu.nunc redit ad fabulã:quomodo perſeus auxilio palladis & Mercurii hanc gorgonẽ obtruncauerit. Quo.i.ad illã partẽ aphricæ ubi gorgõ & ſorores habitabant. Ortũ diuite nymbo.i.natũ auro ꝙ in formã & ſpeciẽ ĩbris ceciderit in grẽiũ Danaes Acriſius pater Danaes cũ accepiſſet:ꝙ uulgatũ erat iouẽ inſidias facere puellis.filiã ſuã turri ferrea incluſit.ne poſſet corrumpi.ſed qua poteſt aurũ accedere.nihil tectũ eſt.ſic etiã dicere ſolebat pelopides.nullũ locũ tã munitũ eſſe quo nõ iumentũ oneratũ accedere poſſet.i. iumentũ auro & pecunia onuſtũ.ita & turris.quanuis ferrea eſſet.tamẽ aurũ accedere potuit.cũ fabula ſignificet iouẽ in ſpeciẽ imbris aurei cecidiſſe in gremiũ Danaes. ſignificat̃ ꝙ ſeruos eius auro corruperat.& eo imbre grauida facta eſt. ex qua natus eſt perſeus. Pa.i. arcadiæ nã parrhaſia pars eſt arcadiæ in qua natus eſt Mercurius. Par.pen.i.Mercurii pẽnæ nã talaria conceſſit Mercurius perſeo ſunt autẽ alati calcei. quibus impoſitis Mercurius celeriter uolat.

Arcados auctoris cytharæ: liqdæq; paleſtræ
Et ſubitus præceps cyllenida ſuſtulit harpen
Harpen alterius mõſtri iam cede rubentem.
A ioue dilectæ fuſo cuſtode iuuencæ
Auxilium uolucri pallas tullit innuba fratri
Pacta caput monſtri:terræq; in fine libyſſæ
Perſea phœbeos conuerti iuſſit ad ortus
Gorgonos auerſo ſulcantem regna uolatu
Et clypeum lenæ fuluo dedit ære nitentem
In quo ſaxificam iuſſit ſpectare meduſam
Quã ſopor æternã tracturus morte quietẽ
Obruit haud togã;uigilat pars magna cõaꝝ
Defenditq; caput protentis crinibus hydri
Pars iacet in medios uultus oculiq;tenebras
Ipſa regit palas trepidum dextraq; tremente
Perſeos auerſi cyllenidra dirigit harpen
Lata colubriferi rumpens confinia colli
Quos habuit uultus lunati uulnere ferri
Cæſa caput gorgon.quãto ſpiraſſe ueneno
Ora rear:quantũq; oculos effundere mortis
Nec pallas ſpectare poteſt.ult⁹q; gelaſſent
Perſeos anerſi.ſi non tritonia denſos
Sparſiſſet crines texiſſetq; ora colubris.
Aliger in cælum ſic rapta gorgone fugit

❡SVLPI. Piqdæ.oleo unctæ. Et ſobitus præceps.& pſeus ſubito uolucer. Præpetes dicũt̃ aues q̃ pſpero augurio locũ idõeũ & q̃ patulis alis & altius uolãt captãt. Harpẽ cyllenida.in curuũ Mercurii gladiũ. Mõſtri.argi q cẽtũ oculos habebat quiq; Ion uaccã ſeruabat ut eſt in primo metha. Iuu᷑cæ.ius q̃ fuerat in uaccã a ioue cõuerſa ne cũ ea dephẽderet̃ a iunõe. Innuba:uirgo nõ nupta Auxiliũ:nã ei cõceſſit ſcutũ ſpecular̃ æneũ & modũ pugnãdi docuit.ea lege ut illius ad ipſã capit pferret. Fratri.pſeo iouis filio & cuius capite ipſa armata pſiliit. Libyſſæ:libycæ. Sulcãtẽ:uolatu diuidẽtẽ. Auerſo:retrouerſus ipe ne os ei⁹cõſpiceret:& ipſa meduſa in clypeo ſpeculari ſe cerneret & ſtatim lethali ſõno corriperet̃. Tracturus qetẽ:pductuꝛus ſõnũ. Obruit:oppſſit extinxit. Protẽtis crinibus:eminẽtibus ſerpẽtibus q p crinibus erãt. Oculiq;tenebras.i.ſedẽ oculi iã tenebroſã:nã oculũ dũ alteri traderet̃:pſeus ſuppoſita mãu furtim ſubtraxerat dormiẽtẽq; ipſã & ſerpẽtes ferro inuaſit ut ſcribit Ouidi. Dirigit:ut recte feriat. Quos:q̃ horrẽdos. Ferri lũati:harpes recuruæ. Oculos ſerpẽtiũ. Poteſt:ſuſtinet. Gelaſſẽt:in ſaxũ uertiſſẽt. Ora:meduſæ. Aliger:pſeus. Gorgõe.capite meduſæ.

❡OMNIBO. Auctoris citharæ.i. Mercurii quẽ dicũt fuiſſe inuẽtorẽ citharæ & paleſtræ:citharã qdẽ inuẽit ſed eã dono dedit phœbo:nã cũ p litora maris erraret Mercurius dicit̃.teſtudinẽ aridã inuẽiſſe.& illius neruos baculo tetigit:qbus tactis ſonũ dedit intellexit ad teſtudinis ſimilitudinẽ citharã poſſe fieri:unde teſtudo etiã dicit̃ cithara. Liqdæ paleſtræ:oleo unctæ nã oleo uncti iuuenes paleſtra ludebãt. Præceps:ſubitus.i. factus uolucris.nã ꝑpetes aues dicũt̃ q̃ uolatu auſpiciũ dare ſolebãt:ſicut oſcines q̃ garitu & uoce futura ſignificãt. Harpẽ cyllẽida.i. Mercurii q collit̃ in cyllene mõte arcadiæ:harpe eſt gladius in curuus ſignificat falcẽ. Harpẽ:anadiploſis eſt. Alterius mõſtri:argi q cẽtũ oculos habebat:iã antea argũ occiderat Mercurius iuſſu iouis ſicut in fabulis habet̃. Fuſo.cu argo occiſo. Iuuẽcæ.iouis. Fratri.i. pſeo nã pſeus & pallas filii ſũt iouis. Innuba:q̃ ꝑpetuã uirginitatẽ ſeruauit. Pacta.ut occiſa gorgõe caput eius ſibi donaret. Terræ:libyſſæ a libya ſit libycus libyſſus & libyſſimus Catullus.Nõ te lẽa mõtibus libyſſimis. In fine.iuxta athlãtẽ ibi.n.habitabat gorgõ. Aduerſo:infeſto uolatu. Et clypeũ.ecce auxiliũ. Quã ſoporẽ.q.nã futurũ erat.ut dormiẽs occideret̃ a pſeo. Protẽ.eminẽtes. Pars ia.i.dormit: Oculiq; te.i. iacet in oculũ clauſũ & alluſit ad fabulã:unũ.n. tantummodo oculũ gorgones habuiſſe dicunt̃. Cyle.har.Mercurialẽ. Dirigit.ſ.in corpus gorgonis. Quos habu.uul.admirantis eſt nõ interrogantis quaſi dicat quã terribiles:quã toruos habuit uultus. Hamati ferri:eſt deſcriptio harpes. Ora.ſ.gorgonis. Effundere oculos:quia oculi eius mutati in morte terrorẽ inferebant. Nec pallas:adeo monſtrũ illud terribile:fuit ut nec pallas quidẽ ſpectare potuerit. Vultuſq; gelaſſent:& haud multũ abfuit quin & ipſe pſeus conuerteret̃ in ſaxũ.niſi pallas ſtati uultus crinibus ſerpentinis texiſſet.ne uidere poſſet perſeus. Gelaſſent:riguiſſent tanquã gelu. Aliter in cœlũ:ſic Meduſã obtruncauerat perſeus & auxilio talaris ſublimis uolare cœ



petat:ſecũ cogitãs iter ꝙ factur⁹ eſſet.& breui⁹ qdẽ uidebat̃:ſi p Europã trãſiret. Verũ pallas noluit inficẽ terras fœcũdas frugib⁹:ſed eũ trãſire iuſſit p libyẽ arenoſã:& hæc cauſa eſt cur regio illa ſerpẽtib⁹abũdat:q̃ñ.aerẽ ſulcãdo uolabat ea guttæ ſãguinæ de capite Meduſæ ceciderũt q̃ in ſerpẽtes cõuerſæ ſunt.

Ille quidẽ penſabat iter.propiuſq; ſecabat
Aera.ſi medias europæ ſcinderet urbes:
Pallas frugiferas iuſſit non lædere terras
Et parci populis:quis enim nõ præpete tãto
Aethera reſpiceret.zephyro conuertit̃ ales
Itq; ſuper libyen.quæ nullo conſita cultu
Siderib⁹phœboq; uacat:premit orbita ſolis
Exuritq; ſolum.nec terra celſior ulla
Nox cadit in cœlum lunæq; meatibu⁹obſtat
Si flexus oblita uagi per recta cucurrit
Signa.nec in boreã aut in notõ effugit ũbra
Illa tamen ſterilis tellus fœcundaq; nulli
Arua bono:uirus ſtillantis tabe meduſæ
Concipiunt:diroſq; fero de ſanguine rores
Quos calor adiuuit putriq; incoxit harenæ
Hic quæ pria caput mouit de puluere tabes
Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit:
Plænior huic ſanguis & craſſi gutta ueneni
Decidit:in nulla plus eſt ſerpente coactum
Ipſa caloris egens gelidũ nõ tranſit in orbem
Sponte ſua;niloq; tenus metitur arenas
Sed quis erit nobis lucri pudor inde petunt̃

❡SVLPI: Penſabat:breuiare uolebat ut argos reuerteret̃. Secabat:uolare uolebat. Parci populis:ne uerterent̃ in ſaxa. Præpete tanto:hoc eſt uolante pſeo. Zephyro conuertit̃:a Zephyro conuerſus ſup libyæ deſerta uolauit: Quæ conſita nullo cultu:q̃ inculta & nõ plantata. Vacat:expoſita eſt æſtui ſolis & ſiderũ. Præmit:urget. Orbita Aſconi⁹ tradit rotæ ueſtigiũ Orbitã dici: Nec terra:Nec ex aliq̃ terræ pte nox altius attollit̃. Eſt.n. nox ũbra terræ q̃ iacit̃ altior ex terra q̃ eſt ſub æqnotiali circulo:q̃ ex remotiori qa circulus ſolaris q illic eſt maximus hic breuior reddut̃:& figura umbræ q̃ terra emittit ꝑpter magnitudinẽ ipſius ſolis eſt ſimilis metæ & turbini inuerſo:neq; excedit altitudinẽ lunæ:quoniã nullũ aliud ſidus eodẽ modo obſcurat̃ ut etiã plinius ait. Cadit:extendit̃ iacit̃:uſuſq; eſt hoc uerbo qa tã ſupra q̃ infra terrã nox ſe extendit. Lunæq; meatibus obſtat:nã cũ ex terræ interpoſitione fiat lunæ eclypſis:nulla altior interponit̃ ipſa libya quũ ea ſit in æqnoctiali circulo. Flexus uagi:nunc.n.in dextrã nunc in ſiniſtrã tendit Recta:q̃ rectæ oriunt̃:ut Cancer.Leo.Virgo.Libra.Scorpius.Sagitarius. Vmbra aphricæ: Nec effugit in boreã:ſed eſt recta. Tabe:corrupto ſanguine. Rores:guttas: Tabes.ſanies. Quæ prima mouit caput:q̃ primũ eſt animata. Somniferã:quos.n. mordet enecat ſomno. Tumida ceruice:plinius ait Colla aſpidũ intumeſcere nullo ictus remedio ꝑterq̃ ſi confeſtim ptes contactæ amputent̃. Plenior ſanguis:maior copia ſanguinis. Plus:ueneni. Sponte ſua:nã capta tranſfert̃ in alias oras.

❡OMNIBO. Penſabat:examinabat iter ꝙ facturus eſſet. Propiuſq; ſecabat:& ſi ſuper europã uolando tranſire:uidebat qdẽ iter breuius fore. Propius:breuius & commodi⁹. Sed pallas fru.qa Europa omniũ rerũ ferax & ideo pci iuſſit europæ. Populis:habitantibus europã. Quis.n.nõ ꝑpete tanto:duabus rationibus pcebat Europe primũ ne guttæ ſanguineæ in ſerpentes conuerſæ caderent in Europã.deinde ut nemo ſuſpiceret uolare tantũ alitẽ.nã caput meduſæ ꝙ geſtabat uidentes:in ſaxa conuerſi fuiſſent. Reſpiceret:ſuſpiceret. Præpete tan.q.d.omnes ſuſpexiſſent cũ uidiſſent tantæ magnitudinis auẽ. Conuer.ze.i.occidentẽ uerſus. Itq; ſup libro & monitu palladis iuit ſup libyẽ. Conſita.plantata. Syde phœboq; ua.i.caloribus tantũ ſolis occupata eſt Premit.ſ.eã ptẽ libyæ. Nec.t.cel.ul.hoc ideo dicit qa terra uicina eſt ſoli:nã omne rotundũ tumet in medio.ideo altius umbra terra cadit in cœlũ quomodo cadit imo aſcendit:cadit autẽ dixit:reſpiciens ad noſtrũ orizontẽ:nã humilior eſt & umbra cadere uidet̃ q̃ in noſtro orizonte eſt.dicit autẽ umbrã terræ ĩ cœlũ cadere:& inter lunã & terrã umbrã cadentẽ lunæ intercipere lumẽ & facere eclipſim eminentia.n.terræ umbra ſua lunæ lumẽ intercipit:& eclipſim facit ideo quotienſcũq; ſub ecliptica linea fuerit linealiter:tunc umbra intercipit lumẽ & eclipſim facit. eſt autẽ ecliptica linea mediũ zodiacũ diuidens.ita ut ſex gradus zodiaci ex altera pte ꝑmaneant.& totidẽ ex altera:itaq; ab Ariete uſq; ad finẽ uirginis:ſigna illa appellant̃ ſeptentrionalia:deinde a uirgine uel libra uſq; ad finẽ piſcis appellant̃ meridionalia:ſed aliquando ſub ecliptica ſunt.quotiens ſol & luna ſub illa fuerint linealiter.ſtatim eclipſis efficit̃ ecliptica dicit̃ ad deficio:qa lumẽ ſolis & lunæ deficit cũ ſub illa linea fuerit. Lunæq; meatibus obſtat.quia uaga iter ſuũ facit luna:modo meridiẽ.modo ſeptentrionẽ uerſus Ideo declinat a ſole.nã niſi ita uergeret:modo in dextrã modo in ſiniſtrã.& ſub ecliptica linealiter eſſet frequẽter eclipſim faceret.nã cũ ſub ecliptica linealiter fuerit:tunc perpendiculariter radii ſolis feriunt lunæ corpus:quæ excipiens radios:nõ permittit ſplendorẽ ſolis ad nos peruenire.& ita eclipſis efficit̃.ſed inter lumẽ lunæ & terrã intercipit umbra lucẽ.& ita luna patit̃ eclipſim. Vagi flexus.declinans modo in dextrã:mod in ſiniſtrã qattẽ per eclipticã.quæ mediũ zodiacũ in duas partes diuidit æquales. Nec in boreã:ſed perpendicularis eſt.nec in hanc.nec in illam partem declinat. Illa tamen ſterilis tellus:ea tellus quãuis naturaliter ſterilis ſit.tamen acceptõ ſanguine concepit ſerpentes. Tabe:ſanguine. Concipiunt:rem geſtam narrat.tanquam nunc primum geratur. Rores.guttas. Incoxit.inoleuit & quaſi partum gremio ſuo terra concepit.ut ſerpentes ederet. Hic quæ prima.hic deſcribit ſerpentum genera.quæ a ſan

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

guiſe meduſæ procreatæ fuerunt: Tumida: inflata. Aſpida: primā dicit ſerpentē natā ex hoc ſanguine quæ aſpis dicit̃: a ſimilitudine dicta eſt ſignificat ſcutū: eo ꝙ reliquo corpore tanquā ſcuto utit̃, ut caput protegat plures diuerſæq; aſpidū ſpecies: uerū (ut inquit Solinus) diſpares effectus ad nocendū: Somniferā: quia quoſcūq; momorderit in ſoporē reſoluit: ita ut dormientes moriant̃: nullo remedio: præterquā ſi contactæ partes ſtatim amputent̃. hoc ſerpentis genus mamillis addidiſſe perhibent Cleopatrā. Plenior hic ſanguis: plurimū ueneni de capite gorgonis in hanc ſerpentē cecidit. Decidit: in hanc ſerpentē. In nulla: ſcilicet quā in hac: hic uel hæc ſerpens dicit̃. Ipſa caloris egens: & quia calorē amat ideo nunquā niſi inuita in regiones frigidas tranſit. inuita autē dixit: reſpiciens ad id ꝙ ſequit̃ ꝙ nunc tanta iniquitas inceſſit animos hominū: ut ſerpens quā abhominari homines deberent: iā in precio eſſe cœpetit apud homines ætatis noſtræ aſpidis uenenū: quia maiorē uim habet: & ita deteſtat̃ auaritiā hominū & ſcelus qui etiā fecerit ꝙ abhominandū erat eſſe preciū nō mediocre. Niloq; tenus: quia nō diſcedit a littoribus nili: niſi quis eā coegerit. Lucri pudor: ſed quis inquit cupiditati & auariciæ modū poſuerit illa quidē inuita diſcedit a regione ſua: nos uero eā cogimus tranſire in europā & uenenū ipſius iā magno precio uendimus & emimus. Quis pudor: ideſt quē queſtū facere nos pudebit: quaſi dicat nullū. Inde: ex regione aphricæ.

Huc libycas mortes. & fecim⁹ aſpida mercē
At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem
Squāiferos ingēs æmorrhois explicat orbeſ
Nat⁹ & ambiguæ coleret qui ſyrcidos arua
Cherſydros. tractiq; uia fumante cylydri
Q uā ſemper recto lapſurus limite cenchris
Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum
Q uā paruos tinct⁹ maculis theban⁹ ophites
Concolor exuſtis atq; indiſcretus arenis
Ammodites: ſpineq; uagi torquente ceraſtæ
Et ſcytalæ ſparſis etiam nunc ſola pruinis.
Euuias poſitura ſuas. & torrida dipſas.
Et grauis in gēinū ſurgēs caput amphiſibēa:

SVLPI. Aſpida: aſpidis uenenū. Nō ſtare: emittit .n. quicquid habet ſanguinis is quē momordit dictaq; eſt æmorrhois ꝙ ſanguinē facit efluere: .n. ſanguis eſt fluo. nā morſu ſanguinē elicit: & diſſolutis uenarū comerciis quicquid anima eſt euocat per cruorē ut ait Solinus. Orbes: ſinus. Coleret qui ſyrtidos arua: qui tā in tera & harena ꝙ̄ in aqua ſyrtiū uerſaret̃ tracto inde nomine .n. terra eſt aqua. Fumante: puluerulenta. Cylydri: ſerpentes qui ſe per terrā conuolunt dicti a ꝙ eſt uoluo & ſerpens: Cylyndrus uero lapis eſt precioſus & columna qua arena æquat̃. Limite: uia nō .n. flectit iter. Cenchris: ſerpens crebras maculas in milii ſimilitudinē habens ꝙ̄ ophite marmore dicit maculoſiorē. .n. miliū ſignificat. Ophytes: marmor maculis albis a cenchri ſerpente denominatū .n. ſerpens eſt. Indiſcretus: qui nō diſcernit̃ quia eſt eis concolor ipſaſq; fodit & ideo dictus Ammodites quia arena eſt & fodio ſignificat. Vagi ſpina flectentes terga. Ceraſtæ: qui cornicula habent quadrigemina quorū motu ueluti eſca ſolicitant ad ſe aues ut plinius Solinuſq; aſſerunt autē cornu eſt. Scytale: ſcytale ut ait Solinus tanta præfulget tergi uarietate ut notarū gratia uidentes retardet: & quoniā reptando pigrior eſt: quos aſſequi nequit miraculo ſui captat ſtupentes in hoc tamē ſquamarū uictore hyemales exuuias prima ponit. Scytale etiā dicit̃ uirga teres ut meminit Gellius. Sola aliæ .n. uero tempore ſe exuunt. Tortida: ſicca nā ſiti interficit. Amphiſibena. hæc ut inquit Solinus conſurgit in caput geminū quorū alterū in loco ſuo eſt: alterū in ea parte qua cauda: quæ cauſa efficit ut capite intrinſecus nitibundo ſerpat tractibus orbiculatis dictaq; eſt ꝙ utrinq; circū deſcendat: nā circū & deſcendo ſignificat.

OMNIBO. Libycæ mortes: ideſt uenenū natū in libya. Huc: in europā. Fecimus aſpida: ideſt uenenū aſpidis. At nō ſtare ſuū: poſt hanc ſubſecuta eſt ſerpens: cui nomē eſt hæmorrhois: quia ſanguinē fluere facit: nā quemcunq; momorderit: ille ſtatim cū ſanguine exhaurit̃: & tanquā ſudor e corpore emanat ideo ſanguis fluo. Miſeris: quos momorderit ſtatim ſanguinē per cutē erumpere facit tanquā ſudorē. Sqamiferos: quia ſquamoſa eſt ſicut piſcis. Natus & ambiguæ cherſydros: quia duo elementa occupat modo terrā: modo aquā: ideo nomē impoſitū eſt: nā terra ſignificat aquā. Via fumante: puluerulenta. Chelydrus eſt ſerpens cū chelis. Cenchris ſignificat miliū: quia diſtinctus eſt maculis in ſimilitudinē milii. Ophites: genus eſt lapidis ad ſimilitudinē huius ſerpentis maculis albis diſtinctus: propterea appellat̃ ophites ab ſerpens: dicit autē pluribus maculis diſtinctū eſſe cenchrim: quā lapidē ophitē: qui naſcit̃ in rgione thebana. Concolor ammodites: ideſt qui concolor eſt harēæ. unde nomē habuit: nā harenā ſignificat & ingredior: quia graditur per harenā. Indiſcretus: nō cognitus: quia nō diſcernit̃ a colore harenæ. Ceraſtæ præferunt quadrigemina cornicicula: quorū oſtentatione ueluti eſca illicitatas aues perimunt (ut refert Solinus) unde a cornibus nomē habent cornu. Et ſcytale: ſcytalis tanta præfulget tergi uarietate: ut notarū gratia uidentes retardet: & quoniā reptando pigrior eſt quos aſſequi nequit miraculo ſui capit ſtupentes: in hoc tamē ſquamarū nitore hyemales exuuias prima ponit: dicta ſcutica & uirga: ſcytalis .n. uirga eſt oblōga & rotūda ad cuius ſimilitudinē etiā appellat̃ hoc ſerpētis gēus. Lacedæmōi appellabāt uirgā lōgā & rotūdā ſcytalī: ꝙ̄ artificioſas & circūſcripras epiſtolas ſcribebāt: ita ut a nullo legi poſſēt niſi ꝙ̄ eiuſmōi uirgā haberet: hoc late plutharch⁹. Exuuias poſitura: aliæ ſerpētes nūquā exuuias depoñūt: niſi uerno tē



pore: ſed hæc media hyeme. Et torrida dipſas: ſcilicet nata eſt quemcūq; momorderit: ille ſiti exardeſcit ut ſatiari nō poſſit ſignificat ſitio: nā ſiti interficit: ut docet Solinus. Amphiſibæna: amphiſibæna conſurgit in caput geminū. quorū alterū loco ſuo eſt alterū in ea parte quæ cauda: quæ cauſa efficit: ut capite utrinq; ſecus nitibundo ſerpat tractibus circularis: ut idē Solinus docet ideo dicit̃ ab circū & uado.

Et natrix uiolator aquæ: iaculiq; uolucres
Et contentus iter cauda ſulcare phareas.
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia præſter
Oſſaq; diſoluēs cum corpore tabificus ſeps
Sibilaq; effundens cunctas torrentia peſtes
Ante uenena nocens. late ſibi ſub mouet oē
Vulgus: & in uacua regnat baſiliſcus arena.
Vos quoq; qui cunctis innoxia nūina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones
Lethiferos ardens facit aphrica: ducētis altū
Aera cum pennis: armentaq; tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros
Nec tutus ſpacio eſt elephas. datis oīa letho
Nec uobis opus eſt ad noxia fata ueneno
Has inter peſtes duro cato milite ſiccum
Emetitur iter: tot triſtia fata ſuorum
Inſolitaſq; uidet paruo cum uulnere mortes:
Signiferq; iuuenum tyrreni ſanguinis aulum
Torta caput retro dipſas calcata momordit
Vix dolor aut ſenſus dentis fuit: ipſaq; lethi
Frons caret inuidia. nec quicꝗ̄ plaga minat̃
Ecce ſubit uirtus tacitum carpitq; medullas

SVLPI. Natrix: a nando dictus. Iaculiq; uolucres: iaculi arbores ſubeunt e quibus in maxima turbinati penetrant animal quodcūq; obuiū fortuna fecerit. Phareas: hic pedes in quos ſe erigit iuxta caudā habet: græci dicunt nos pharia: ut ſpondeus. Præſter: præſter quē percuſſerit diſtendit̃ enormiq; corpulentia necat̃: ut ait Solinus dictuſq; uidet̃ ab ardore enim ardeo eſt. Tabificus ſeps: putrefacio eſt. inde ſit ſeps de quo ſit Solinus ex tuberatos ictus ſepis ſtatim putredo ſequit̃. Peſtes: ſerpentes. Ante uenena: ante morſū nā uiſu & auditu interimit: eſtq; malū in terris ſingulare. Submouet: fugiunt enim auditū aut uiſū ſerpentes. Regnat baſyliſcus: apte dixit regnat enim regem ſignificat & ipſe auctore Solino ſerpens eſt pene ad ſemipedē longitudinis alba quaſi mitrula lineatus caput hominū aliorūq; animantiū exitiū terrā polluit & exurit ubicūq; ſe recipit herbas extinguit: arbores necat: auras corrumpit: ita ut nulla alituū impune tranſuolet infecta ſpū peſtilēti. Quū mouet̃ media corporis parte ſterpit: media arduus eſt & excelſus. Quicquid morſu eius occidit̃ nō depaſcitur fera: nec actrectat ales. Muſtellis tantū uincit̃ in cauernas ubi deliteſcit illatis: hæc ille fere. Numina: diuini enim putant̃ & ſunt ſacri: nec alibi nocent niſi: in aphrica & lucent aureis ſquamis. Strabo ſcribit dracones trecenū cubitorū qui Tauros elephantoſq; capiant in aphrica eſſe. Ducitis: trahitis. Pennis: auibus. Verbere: ictu caudæ. Aulū: tuſcū militē. Torta caput retro: retro flexa quū calcaret̃. Lethi frons caret inuidia: hoc eſt uulnus nō eſt horrendū. Inuidia: odio. Minat̃ aut tumoṙ aut coloṙ aut hiatu. Subit: ſerpit ſenſim. Carpit: rodit.

OMNIBO. Natrix: a nando dicta. Iaculiq; uolucres: genus eſt ſerpentis accerrimū nā quicquid percuſſerit penetrat: ita ut nihil obſtitiſſe uideat̃ Solinus. Iaculi arbores ſubeunt: e quibus in maxima turbinati penetrant animal quodcūq; obuiū fortuna fecerit. Pharias: ſine aſpiratione: a græcis dicit̃ ſerpens qui cauda tantū ſublato pectore incedit. Præſter: præſter teſte Solino: quē percuſſerit diſtendit̃ enormiq; corpulentia necat̃ ſignificat facē ardentē: & flammam. quia fulmineus eſt: & tanquā flammas ſcintillat ab ore. Seps: ſerpens eſt a: ideſt putrefacio quicquid enim momorderit reſoluit̃ in putredinē. ideo tabificū dixit. Ante uenena nocens: baſiliſcus rex eſt cætorū ſerpentū. nā regnū ſignificat uis magna ſerpentis eſt quod ſolo uiſu mortē inferat: ac homines enecat terrā poluit & exurit deniq; extinguit herbas: arboreſq; ipſas corumpit etiā auras. ita ut nulla alitū impune tranſuolet: infecta ſpiritu peſtilentia: animal ad ſemipedē longitudinis albo quaſi mitrula lineatus caput. Sibila: adeo horrendū ſibilat: ut ſerpentes alios terreat. Peſtes: ideſt alios ſerpentes. Vos quoq; loci iniquitas facit ut dracones qui etiā alibi ſunt innoxii in Aphrica uehæmenter noceant: qui colebant̃ quaſi ſacrati & adhuc conſuetudo manet apud agreſtes: qui exiſtimant nefas eſſe necari huiuſmodi ſerpentes. dracones dicti ſunt a quod eſt uideo: nā clariſſimā dicunt̃ habere occulorū aciē: qua ex re etiā incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſa antiqui finxerunt poetæ. ideo etiā Eſculapio draconis forma dat̃ quoniā oportet medicū uigilatiſſimū eſſe. Aurato fulgore: quia habent ſquamas quodammodo aureas: unde etiam dracones in templis dicant̃. Virgi. delubra ad ſumma dracones. Numina. ideſt tanquā numina. Serpentis: repere proprie eſt ſerpentum & ſerpere: cum ingrediunt̃. Ardens aphrica. nam nimio ardore incendunt̃ dracones tametſi alibi ſint ſine ueneno. Ducitis altum aera. ideſt uolatis. Verbere: quia cauda eo uſq; uerberant Tauros. ut eos etiam enecent. Nec tutus. elephantes etiam mitæ magnitudinis animalia uincunt̃. Datis omnia letho. ideſt caciditis quicquid uobis obuiā factum fuerit. Nec opus ueneno: etiam ſine ueneno ſatis uirium habetis ad mortem. Has inter peſtes: poſtquam deſcripſit periculum ꝙ in aphrica erat. & per eā partē in primis qua gradiebant̃ nūc redit ad iter eorum. Peſtes. ſcilicet ſerpentum. Duro: forti. In paruo uulnere. non enim paruo uulnere mors inferri ſolet. tamen parua plaga ſer

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pentis quæ uix inſpici poſſet moriebanť milites. Signiferū iu. primū autē militē dicit cecidiſſe nomine Aulū. Calcata re pedibus huius .ſ. eræ dolore caput conuertit: & morſū cruri eius infixit. Vox dolor: adeo tenuiter momorditut uix eū ſenſerit. Frons caret inuidia:quia ſi eū inſpexiſſes uenenatū, nō oſtendebat ſigna mortis in fronte. Plaga minať:adeo perexigua erat. Ecce ſubit uitus: ſed ſenſim uitus diſfundi cœpit per uenas: ut uniuerſū corpus humore & ſanguine exhauriret.

Ignis edax, calidaq; incendit uiſcera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fuſum
Peſtes: & in ſicco linguam torrere palato
Cœpit defeſſos iræt qui ſudor in artus
Nō fuit. atq; oculos lachrymaꝶ uena refugit.
Non decus imperii, non mœſti iura catonis
Ardentem tenuere uirum: ne ſpargere ſigna
Auderet: totiſq; furens exquireret aruis
Quas poſcebat aq̄s ſitiens in corde uenenū
Ille uel in tanaim miſſus rhodumq; padumq;
Arderet nilumq; bibens per rura uagantem
Acceſſit morti libyæ: fatiq; minorem
Famam dipſas habet terris adiuta peruſtis
Scritatur uenas penitus ſqualentius arenæ
Nunc redit ad ſyrtes & fluctus accipit ore
Aequoreuſq; placet: ſed non & ſufficit hūor
Nec ſentit fatiq; genus mortemq; ueneni.
Sed putat eſſe ſitim ferroq; aperire tūentes
Suſtinuit uenas atq; os implere cruore
Iuſſit ſigna rapi propere cato diſcere nulli
Permiſſū eſt hoc poſſe ſitim, ſed triſtior illa
Mors erat āte oculos. miſeriq; i crure ſabelli
Seps ſtetit exiguus quem flexo dēte tenacē
Auulſitq; manu. piloq; affixit arenæ.
Parua mō ſerpens. ſed qua non ulla cruentæ
Tantū mortis habet. nā plagæ ꝓxima circū
Fugit rapta cutis pallentiaq; oſſa retexit
Iamq; ſinu laxo nudum ſine corpore uulnus
Membra natant ſanie. ſuræ fluxere, ſine ullo
Tegmīe poples erat. fēoꝶ quoq; muſcul9 oīs

SVLPI. Tabe:ueneno. Peſtis ebibit:uenenū exhaurit. Vitalia:epar cor cerebrū pulmonē. Nō fuit: defuit quia aruerat. Decus imperii: honor aquilæ quā gerebat. Iura:poteſtas. Mœſti: miſerantis ipſū & reliquos. Acceſſit morti libyæ: addita eſt morti ſiticuloſæ regio ſicca: Famā fati: mortis infamiā. Adiuta:uideť enim potius æſtu regionis quā ipſo ueneno necare. Scrutať: inquirit auſus. Squalentis:ſiccæ. Syrtes:ubi fons ammonis. Fluctus:maris aquā. Placet:nō offendit. Venas ſuas:ut ſanguinē biberet. Rapi ſigna: quæ ſitiens aulus abiecerat. Diſcere nulli:nunquā amplius uiſū eſt hoc: ut quiſquā ſitiens ſuū ſanguinē biberet. Diſcere:diſcendo uidere aut audire. Stetit in crure: inheſit mordens in tibia. Parua modo: parua menſura ſed qua nulla mortē infert cruentiorē. diſſoluiť: enim corpus in fruſta decidit. Circū proxima plagæ:circū uicina uulneri. Sinu laxo: aperta uulneris curuatura & orbiculo ipſo. Sine corpore ſine carne. Ci. ad Gallū nā & uires & corpus amiſi: Martialis inq; omni nuſquā corpore corpus erat. Suræ:pulpæ poſteriores. plinius in omni genere Suræ homini tantū & crura carnoſa. Virgi. purpureoq; alte ſuras uincire cothurno. Poples: poples eſt pars poſt genu prope ſummā ſurā & inani coſſā plinius idē poplites intus flectit hominis modo. Muſculus. torus & pulpe denſæ tumor.

OMNIBO. Ignis: ueneni. Calidaq; incendit: quia calore nimio uniuerſū corporis humorē deſiccauit: unde ſitis ſequebať intolerabilis. Ebibit: exhaurit. Vitalia: præcordia. Defeſſos iret: etiā ſudor nullus in toto corpore relinquiť: tamet ſi nimio ardore caleret. Atq; oculos lachrimarū: relictus eſt. Nō decus imperii: nullū catonis imperiū ueritus: ſigna procul abiecit: & quā maxima celeritate potuit. quæſiuit aquā: qua inuenta ſaciari nō poterat. Decus: maieſtas. Mœſti. ideſt triſtis. ſeueri. Sitiens uenenū. ſcilicet ſitim adducens in corde. Ille uel in tanaim: dicit tota flumina quātacūq; fuiſſent: huius ſiti ſufficere nō potuiſſent. Tanais (ut refert Strabo) ex iiſdē inde montibus ferť ex quibus ochus: & oxus iaxartes & omniū ſeptē triōaliſſim9 Europā ab Aſia diſiungēs. Nilūq; bi. cuius inundatio tanta eſt ut: uniuerſā perfundat ægyptū: tamē nō ſuffeciſſet huic. Acceſſit mor. li. ad hanc ſitim quæ inducebať morſu dipſadis: acceſſit etiā exuſtio regionis. Fati. ideſt mortis: quia nō omnino tota mors attribuiť dipſadi: ſed peruſtæ regioni. ideo dicit dipſadē minorē inuidiā habuiſſe. Adiuta: ſcilicet dipſas. Terris a. libyæ quæ ſicca eſt. Penitus. interitus etiā in uiſcera terræ. Aequoreuſq; placet: quamuis homines abhorreant maris undā: tamē ſitis tanta erat. ut ea ſibi grata eſſet: nec ſufficeret quidē. Nec ſentit fatiq;. g. quia nō poterat extinguere ſitim exiſtimabat naturalē ſitim eſſe: potius quā uenenū: Ferroq; aperire tumentes: quando aqua ſedare nō poterat ſitim: aperuit uenas brachiorū & ſanguinē ſugebat. Iuſſit: nix aulus confectus abiecerat ſigna: cum ſtatim iuſſu catonis alius affuit qui ſigna acciperet. Hoc. uidelicet cogeret ſitis aliquem in tantum furoris. Sed triſtior illa: at uero alius nomine Sabellus crure morſum ſepis: accepit & uulnus quidem erat exiguum ſed uim habuit incredibilem: ſi quidem uniuerſum corpus reſoluit & ad nihilum redegit ab effectu ergo nomen accepit. nam σήπειν eſt putrefacere. Sabelli: de ſabina regione: aut potius tamen proprium eſt: Stetit in crure: in crure intulit morſum: ille e crure rapuit ſpem & impegit humi. deinde pilo tranſfixit. Fixo dente: ut non facile poſſet a crure auelli. Modo: ideſt menſura: quia admodum breuis eſt. Sed quam non ulla. maiorem enim ha



bet uim cæteris: q̄a reſoluit in nihilum corpora. Plagæ. & primū quidē partes proximæ morſui refugiunt & ſenſim totum corpus tabeſcit. Circumfugit: rupta: ideſt circunrupta: & eſt temeſis. Iamq; ſinu lapſo lapſa cute: nam ſignum ſanguinis cutem appellauit. Sanie: quia caro omnis in ſaniem conuerſa erat. Surræ ꝓprie dicuntur muſculi crurum. Virgi. Purpureoq; alte ſuras uincere coturno. Fluxere: reſolutæ in putredinem. Tegmine. & cute & carne.

Liquitur. & nigra diſtillant inguina tabe.
Diſſiluit ſtringens uterum mēbrana fluūtq;
Viſcera: nec quātum toto de corpore debet
Effluit in terras. ſæuū ſed membra uenenum
Decoq̄t: in minimū mors cōtrahit oīa uirus
Vincula neruorū: & lateꝶ cōtexta cauumq;
Pectus. & abſtruſum fibris uitalibus omne
Quicq̄d homo eſt apit peſtis. natura ꝓfana
Morte patet. manāt humeri forteſq; lacerti.
Colla caputq; fluunt: calido nō ocius auſtro
Nix reſoluta cadit. nec ſolem cera ſequetur.
Parua loquor corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum
Hoc & flāma pōt. ſed q̄s rogus abſtulit oſſa
Hæc quoq; diſcedūt. putreſq; ſecuta medullas
Nulla manere ſinūt rapidi ueſtigia fati.
Cinyphias inter peſtes tibi palma nocendi ē
Eripiunt omnes amnimam. tu ſola cadauer.
Ecce ſubit facies letho diuerſa fluenti
Naſidium marſi cultorem torridus agri
Percuſſit præſter. illi rubor igneus ora
Succendit, tenditq; cutem pereunte figura
Miſcens cūcta tumor toto iā corpore maior
Humanūq; egreſſa modū ſup omnia mēbra
Efflatur ſanies late tollente ueneno.
Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus:
Nec lorica tenet diſtenti corporis auctum.
Spumeus accenſo non ſic exundat aeno.

SVLPI. Tabe: ſanie. Inguina: genitalia. Diſſiluit membrana: diſſoluta eſt cutis & cartillago uentris. Viſcera. extra & inteſtina. Nec quantū debet: nec quantum corruptum eſt excidit ſed uritur: & cōſumitur anteq̄ cadat. Virus: ſuccum & ſaniem uirulentā. Contexta laterum continuatio lateris crateſq; pectoris. Abſtruſum oē: oē q̄ latet circa fibras cordis & epatis. Peſtis aperit: uenenū diſſoluit. Natura: interior corporis pars. Manāt. diſſoluunť. Cadit: fluit. Parua loquor. imminuo rem dicendo carnem & uſtam & ſolutam fuiſſe ueneno q̄m hoc etiā ignis facit: ſed ignis non exedit oſſa Nulla ueſtigia: nullum ſignū quo cognoſcatur mors recens. Cinyphias: cinyps fluuius eſt garamantū apud quē naſcūtur grandes hyrci. Peſtes cinyphias: ſerpentes libycas. Cadauer: nam diſſoluis corpus. & oſſa. Ecce: ſubit: en ſubſequiť alia mortis ſpecies ab ea q̄ ſoluit corpus: nam auget & tumefacit. Torridus alluſit ad nomē nam ardeo ſignificat. Succendit: in flammat. Tendit. extendit. Pereunte figura. ut nō cognoſcať forma. Efflatur ſanies: emittitur ſpuma ſuper membra timidiſſima. Tollente: tumefaciente Merſus confuſus. Cōgeſto: conglobato & informi. Auctū diſtenti corpus: incrementum tumefacti corporis.

OMNIBO. Liquitur: liqueſcit tabeſcit. Virgi. Vere nouo gelidus canis cū montibus humor liquitur. Muſculus: muſculum appellat ſolidā carnem: quæ in femore eſt quod glandium. alio nomine appellatur. Diſtillant inguina. i. reſoluūtur in ſaniem. Membrana: ideſt carthilago q̄ inteſtina coercet reſoluta eſt. Stringens uterū .i. continens inteſtina. Diſſiluit: dirupta eſt. Nec effluit. ſ. tantum quantū debet effluere. Sæuum uenenum: quia anteq̄ ex oſſibus deciderent carnes: prius ardore ueneni ex maiori parte conſumptæ ſunt. Decoquit: conſumit. In minimū: exiguū uirus. Contrahit omnia: ideſt membra omnia ad minimum redigit. Abſtruſum: reconditū. Fibris uitalibus: uenis uitam ferentibus nam ſedem animæ in ſanguine eſſe uoluerunt fibræ ꝓprie iecoris uenæ. Quicq̄d homo: ideſt omnes hominis partes etiā ſecretiores. Natura patet: quicq̄d eſt i uniuerſa hominis natura patefactū eſt. Profana: execrabili & nefanda. Manāt: euaneſcūt: tabeſcunt. Calido non ocyus auſtro: non ſegnius inquit corpus ſabelli ueneno reſolutū eſt & liquefactū q̄ ſole nix liqueſcere ſolet. aut cera igne. Ocyus: uelocius. Parua loquor quia ſimilitudo hæc minor eſt: q̄ huic ueneno cōueniat. Hoc: ſcilicet ut aliquod corpus guttatim reſoluatur: ſed fecit aliquid multo maius uenenū: quia nihil omnino reliq̄t. Sed quis rogus: non omnino rogo ſuperimpoſitum corpus conſumiť quin pars oſſium relinquatur. Medullas: quia una cum medullis oſſa quoq; conſumpta ſunt. Rapidi: rapacis. Cynipheas inter peſtes: dicit inter libycos ſerpentes: hanc unam ſepem uim cæteris maiorē habere. Tibi: o ſeps exigue. Eripiunt animam: qua mortem inferunt. Cinypheas: libicas cibyps fluuius eſt libiæ defluens p uberrima regionis illius arua: circa quam grandiores naſcūtur hirci ſicut poetæ perhibent. Virg. ciniphei tondent hirci. Ecce ſubit facies ſecutus: & illud Et prodeſſe uolūt: & delectare poetæ. res. n. uanas deſcribit Lucanus: ut erectum legentis animum teneat: nam diuerſum lethi genus deſcribit quem momorderit ſeps ille ſenſim liqueſcit: ſed pſter tumeſcere facit adeo ut nulla membra dignoſci poſſint. Leto furenti: ideſt tabificæ peſti. Subit. ſuccedit ſcilicet ſepi. Marſi. de regione marſarum. Torridus. quia torret & ardorem immittit ut ſupra dictum eſt. Rubor igneus: quia ita rubeſcebant genæ. ut ardere uiderentur. Tendit. tumeſcere facit. Pereunte figura: quia ita inflatur: ut membra diſtingui non poſſint. Late: per uniuerſum corpus. Tollente. non auferente: ſed extollente. ac eleuante ueneno ſaniem. Ipſe latet. tumefacto corpore ut dignoſci non poſſit. Congeſto. in ſimilitudinem aggeris. Auctum. augumentatum. declinauit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

hic auctus us.nl. Spumeus accenſo: per ſimilitudinem oſtendit quantū ille ueneno ſerpētis intumuerit.nō magis inquit unda tumeſcit:quū feruet aheno:aut uela cum uentis implentur.

Vndarum cumulis.nec tanto carbaſa coro
Curuauere ſinus: tumidoſq̨ iā nō capit artus
Informis globus. & cūfuſo corpore trūcus.
Intactum uolucrū roſtris: epulaſq̨ daturum
Haud impune feris.nō auſi tradere buſto
Nondū ſtante modo creſcēs fugere cadauer
Sed maiora parant.libycæ ſpectacula peſtes
Impreſſit dentes æmorrohis aſpera tullo
Magnanimo iuueni miratoriq̨ catonis
Vtq̨ ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycii ꝑſſura croci: ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine uirus
Sanguis erāt lachrimæ q̄cūq̨ foramia nouit
Hūor ab iis larg⁹ manat cruor.ora redūdāt.
Et patulæ nares: ſudor rubet.omnia plenis
Mēbra fluunt uenis.totū ē ꝑ uulnere corp⁹
At tibi leue miſer fixus præcordia præſſit:
Niliaca ſerpente cruor.nulloq̨ dolore
Teſtatus morſus: ſubita caligine mortem
Accipis: & ſtigias ſomno deſcēdis ad ūbras
Non tam ueloci corrumpunt pocula letho
Stipite quæ diro uirgas mentita ſabæas
Toxica ſatilegi carpunt matura ſabæi.

